6 i. 10 ~~4.b.7~~

# LEXICON HEPTAGLOTTON,

Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Samaritanum, Æthiopicum, Arabicum, Conjunctim;
Et Persicum, Separatim.

*Opus non tantum ad*
BIBLIA POLYGLOTTA *LONDINENSIA*,
BIBLIA REGIA *PARISIENSIA*,
BIBLIA REGIA *ANTWERPIANA*,
BIBLIAque CARD. XIMENII *COMPLUTENSIA*;
Sed ad omnes omnino tam MSS. quam impreſſos Libros, in Univerſis hiſce Linguis extantes, apprimè utile & perneceſſarium.

In quo vocum ſignificationes, omnium præſertim in SS. Hebræis Bibliis ſemel tantum occurrentium, multo aliter quam apud Modernos, ſive Hebræos, ſive Chriſtianos, ex tribus Chaldæis Targumin, utroque Babylonico, & Hieroſolymitano Talmude, vetuſtiſſimorum Rabbinorum Commentatoribus, Theologis, & Philoſophis, Variis S. Scripturæ Lectionibus Hebr. Chald. &c. tribus exemplaribus V. & N. T. Syris, tribus magna ex parte utriuſque Æthiopicis, tribus Arabicis, duobus Perſicis, tribus Pentateuchis Samaritanis: Lexicis item in omnibus hiſce Linguis vix numerandis; Alcorano, Avicenna, Geographo Nubienſi, &c. ut & Græca LXX Interpretum verſione, amplè & dilucidè eruuntur, proponuntur, & explicantur.

Adjectis hinc inde vocabulis Armenis, Turcicis, Indis, Japonicis, &c. ad illuſtrationem harum Linguarum inſervientibus.

Variorum inſuper Interpretum difficiles ac diſcrepantes ſententiæ, conferuntur & examinantur: quamplurima Errata in aliis Lexicis, nec non in ipſis Bibliis Polyglottis, tum noſtris, tum & aliis omnibus, etiam pravæ haud raro Tranſlationes emendantur, & ad verum ſuum ſenſum reſtituuntur.

---

Cui acceſſit BREVIS, & HARMONICA
(quantum fieri potuit)

## GRAMMATICÆ,

Omnium præcedentium Linguarum Delineatio.

---

*Authore* EDMUNDO CASTELLO, *S. T. D.*
*Regiæ M. à Sacris: Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienſes Profeſſore:*
*Atque Eccleſiæ* CHRISTI Cantuarienſis *Præbendario*.

---

*LONDINI*,
Imprimebat THOMAS ROYCROFT, LL. Orientalium Typographus Regius; Proſtant apud *Gulielmum Wells*, & *Robertum Scott*, ad Inſignia Principis, in vico Little Brittain dicto.
CIↃ. DC. LXIX.

161

V1p10

6 i.10


EDMVNDVS CASTELLVS S.T.D. ECCLESIÆ CHRISTI CANTVARIENS: CANONICVS ETC.
Ætat. 63
Anno. 1669.
Will. Faithorne Pinxit
et Sculpsit.

6 i. 10.
~~4.L.7~~

# LEXICON HEPTAGLOTTON,

HEBRAICUM, CHALDAICUM, SYRIACUM,
SAMARITANUM, ÆTHIOPICUM, ARABICUM,
Conjunctim;
Et PERSICUM, Separatim.

*Opus non tantum ad*
BIBLIA POLYGLOTTA *LONDINENSIA*,
BIBLIA REGIA *PARISIENSIA*,
BIBLIA REGIA *ANTWERPIANA*,
BIBLIAque CARD. XIMENII *COMPLUTENSIA*;
Sed ad omnes omnino tam MSS. quam impreſſos Libros, in Univerſis hiſce Linguis extantes, apprimè utile & perneceſſarium.

In quo vocum ſignificationes, omnium præſertim in SS. Hebræis Bibliis ſemel tantum occurrentium, multo aliter quam apud Modernos, ſive Hebræos, ſive Chriſtianos, ex tribus Chaldæis Targumin, utroque Babylonico, & Hieroſolymitano Talmude, vetuſtiſſimorum Rabbinorum Commentatoribus, Theologis, & Philoſophis, Variis S. Scripturæ Lectionibus Hebr. Chald. &c. tribus exemplaribus V. & N. T. Syris, tribus magna ex parte utriuſque Æthiopicis, tribus Arabicis, duobus Perſicis, tribus Pentateuchis Samaritanis: Lexicis item in omnibus hiſce Linguis vix numerandis; Alcorano, Avicenna, Geographo Nubienſi, &c. ut & Græca LXX Interpretum verſione, amplè & dilucidè eruuntur, proponuntur, & explicantur.

Adjectis hinc inde vocabulis Armenis, Turcicis, Indis, Japonicis, &c. ad illuſtrationem harum Linguarum inſervientibus.

Variorum inſuper Interpretum difficiles ac diſcrepantes ſententiæ, conferuntur & examinantur: quamplurima Errata in aliis Lexicis, nec non in ipſis Bibliis Polyglottis, tum noſtris, tum & aliis omnibus, etiam pravæ haud raro Tranſlationes emendantur, & ad verum ſuum ſenſum reſtituuntur.

---

Cui acceſſit BREVIS, & HARMONICA
(quantum fieri potuit)

## GRAMMATICÆ,

Omnium præcedentium Linguarum Delineatio.

---

*Authore* EDMUNDO CASTELLO, *S. T. D.*
*Regiæ M. à Sacris: Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienſes Profeſſore:*
*Atque Eccleſiæ* CHRISTI Cantuarienſis *Præbendario.*

---

*LONDINI,*
Imprimebat THOMAS ROYCROFT, LL. Orientalium Typographus Regius; Proſtant apud *Gulielmum Wells*, & *Robertum Scott*, ad Inſignia Principis, in vico Little Brittain dicto.
CIↃ. DC. LXIX.

G.R. III

# AUGUSTISSIMÆ MAJESTATI
# CAROLI II.
## Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis
## Deſideratiſſimi, Fidei Defenſoris; &c.

S*Citum eſt illud antiquiſſimi inter Hebræos ſcriptoris* כל מה שנזכר בתורה בנביאים ובכתובים רומזים אל החכמה *Omnia quæcunque in Lege, Prophetis, & Hagiographis extant memorata, ſapiunt & reſpiciunt ad Sapientiam h.e. Meſſiam. Folia SS. Scripturarum ſunt faſciæ Chriſti, quibus placidiſſimè involvitur Unigenitus ille, & æternus Dei Patris filius. Has plurium (ni fallor) quam poſt homines natos unquam antea, Linguarum præcipuarum maximéque primitivarum ornatu variegatas, inque uno veluti faſce ſimul colligatas, ante undecim annos in Bibliis Polyglottis, orbi dedimus literato. En jam tandem, in* Heptaglotto *hoc* Lexico, *quod ad pedes T.M. quàm humillimè provolvo, ſub Maximi Nominis T. auſpiciis, non unam tantùm (qualis illa quæ Magis aliquando viſa eſt) ſed ſeptem ſtellarum plauſtrum (CAROLINI inſtar illius quod in cœlis) tum ab Oriente, tum à Meridie exortum, ad Lumen omnibus ſalutem atque Servatorem ſuum, illo in loco ubi ſolùm & ſemper conſpiciendus jacet quærentibus, pateſaciendum exhibemus. Utrumque hoc opus reverà unum eſt, idémque. Quid enim aliud SS. Scripturæ ſine Interprete, quàm concluſus hortus, & fons obſignatus? Neque cum varietate hac Linguarum, præ aliis harum, quæ primæ ſunt ab Hebræa derivationis, & (ut loquuntur) extractionis, Interpres alius in hoc genere comparandus eſt ullus: Non S^ti^. Patres, quantumvis primitivi, hac dote deſtituti; non Scholaſtici, non Commentatores, antiqui vel moderni; non ipſa Eccleſia, nedum Philoſophia, ut ſomniant quidam Neoterici.*

*De Ave quadam, cujus nomen apud Syros hiſtoricos* ܐܦܝܡܟܘܣ *apud Græcos & Latinos* Epimachus, *ferunt, harum in parentes ſenio confectos tantum eſſe amorem, ut eos benignè foveant, nutriantque, necnon cæcutientibus ipſorum oculis, ac tantum non cæcis, quibuſdam applicationibus, viſum denuò reſtituant clarum; Idem officium præſtant filiæ iſtæ ſex primogenitæ, Chaldæa, Syra, Samaritana, Æthiopica, Arabica, Perſica, in gratiam matris Hebrææ; cujus caligini in quamplurimis vocibus auxilio ſunt, atque illuſtrationi, ſæpè ſupra quod dici poteſt, ſingulari. Sub unaquaque ferè radice, hujuſce rei veritas conſtabit luculenter.*

*Nullus opinor Lexicographus (quod ingenuè fatendum) mediis ad certiſſimam Maternæ hujus Linguæ intelligentiam fruitus eſt magis abundanter, quàm nos, in longo hujus Operis decurſu, qui Facem hîc tantum præferimus aliis, quâ ipſi Lumen multò ſplendidius, tum Arcanis Dei eloquiis, tum etiam univerſo Orbi aliquando tradituri ſint Chriſtiano.*

*Eſt maximo totius Africæ Imperatori Templum quoddam* መካነ፡ ሥላሴ፡ *dictum, in quod nemini ſine munere ſuo licet introire. Ego jam ſecundâ vice M.T. aulam ingreſſus ſum cum munuſculo meo, levidenſi nimis, quia T.C. nihil à ſubdito offerri queat Magnum. Interim venia (uti ſpero) mihi dabitur uſurpandi illud ſacratiſſimi ac planè Regii Vatis,* Domino meo Regi victimas me neutiquam immolaturum gratuitas; *ſed (ſi fas dicere) carè quidem emptas. Non enim qui plurima dedit, ſed cui pauciſſima ſunt relicta, qui* ὅλον τ͂ βίον, *quicquid facultatum habet, in Dei, Principiſve ſui conjicit donaria, is demum à ſupremo Mundi judice laudatur maximè. Hoc puto innoteſcit omnibus, ſcilicet quibus ego notus ſum, nihil eſſe quod mihi parentes reliquerunt, (Patrimonium aliquando ſatis commodum atque amplum) nihil quod in anteacto vitæ meæ tempore laboribus meis atque ſolicitis acquiſiveram curis (acceſſio minimè contemnenda) quod non integrum in offertorium hoc jam olim impenderim.*

*Annus jam agitur decimus ſeptimus, ex quo relicto rure paterno, immanibus hiſce atque tremendis auſis (talia fuerunt certè) non ſine M.T. conſenſu, quum primùm ſpecimen hujus Operis* *ſub ejus initium ob oculos fuit poſitum; necnon literis inſuper quamplurimis, à viris magni nominis, quà in Eccleſia, quà in Rep. domi, foriſque ad me miſſis, ( quarum magna pars, uti etiam Bibliothecæ meæ, cum multa ſupellectile & tricenis Lexici Heptaglotti exemplaribus, in flammis periit Londinenſibus ) me ſubmiſi invitus admodum, animóque ( quod teſtabitur* ὁ Καρδιογνώστης *) multùm horreſcente, quodq; ſatis ſuperque noverunt illi omnes ſummi viri, qui me promiſſis tum auxilii, tum etiam remunerationis ad iſthæc non pellexerunt tantum, ſed vi quadam urgenter impulerunt. Mihi verò, in Molendino hoc per tot annorum luſtra indeſinenter occupato, dies ille tanqrā feſtus & otioſus viſus eſt, in quo tam Bibliis Polyglottis, quàm Lexicis hiſce provehendis, ſexdecim, aut octodecim horas dietim non inſudavi. Mitto privata quæ corpori in curriculo hujus Operis contigerunt mala, membrorum confractiones, luxationes, contuſiones; quodque præ omnibus hiſce graviſſimè dolet, Oculorum lumen, perpetuis atque indefeſſis vigiliis tantùm non ademptum: item alia magis publica, Bellum nationale, Peſtem ſæviſſimam, & miſerandum Urbis hujus incendium; quibus omnibus diutiùs multò ut protractum fuit hoc antea languens negotium, ita ſupra modum ingraveſcebant ſimul onera mea & impenſæ. Dictum illud ſapientiſſimæ in ſuo tempore gentis, mihi hîc favet,* חיזק שאינו ניכר אין שמיה חיזק Damnum illud nullum eſt, quod non agnoſcitur, vel ſentitur. *Sunt tamen præter hæc omnia, aliæ inſuper ( nec paucæ nec parvæ ) quibus gravatus fui infœlicitates, quas ſatius atque conſultius puto, ſilentio contegere, quam non ſinè periculo in publicum proferre.*

*Tandem verò, cùm ad Culmen jam perductus fuit miſeriarum mearum cumulus, duplicatis quaſi lateribus,* Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς *T. M. tempeſtivè mihi ſuccurrit, idque multis modis. Primò, Literis ad omnes Archiepiſcopos, Duces, Marchiones, Comites, Vice-comites, Epiſcopos, Barones, alióſque totius Regni Subditos, hujus Operis recommendatitiis. Quas inſecutæ ſunt aliæ à RR. DD. Archi-Epiſcopis, Reverendiſque admodum DD. Epiſcopis ſingulis ſubſignatæ. Item ante quinquennium aliæ, à Reverendiſſ. Honoratiſſimóque Præſule, Patrono meo valde benefico,* GILBERTO Archiepiſcopo Cantuarienſi, *totius* Angliæ *Primate, ad ſingulos ſuæ Provinciæ Epiſcopos conſcriptæ. Quas omnes prelo commiſi, quaſdam non ſemel, at ſucceſſu parum felici. Enimvero univerſæ hæ literæ, plus minus ſeptingentas libras tantùm mihi porrexerunt, ad promovendum Opus, in quo millenas multò plures infauſtus exhauſi; præter plurima atq; ingentia valde, quæ contraxi debita. Quid quod, prænominatæ collectæ ſummæ pars maxima, quadringentæ ſc. libræ, procuratione atque operâ ſolertiſſimâ prudentiſſimâque, Reverendi admodum in Deo Patris* SETHI *D. Epiſcopi* Sariſburienſis, *intra quatuordecim dies fuerunt conquiſitæ?*

*Ante triennium, M. T. Sacellanus Ordinarius factus ſum, atque hoc pacto conceſſa ſunt mihi Privilegia quædam, quo huic Operi ſecuriùs incumberem. Ante annum, donavit me M. T. Canonicatu in Eccleſia Cathedrali* CHRISTI Cantuarienſi; *necnon nuperrimè Diſpenſatione pro abſentia mea ab eo loco, partim ob munus aliud ( in quo laboris multum, emolumenti mihi adbuc vix quidquam ) quod mihi demandatum eſt in Academia* Cantabrigienſi, *illinc longè diſſitâ; partim ob Corpus tot, támque diris vexatum caſibus, ad itinera omninò nunc ineptum.*

*Pro omnibus hiſce T. M. tot tantiſque beneficiis, atque præ omnibus, quòd ad hæc tam ardua, ( modò me pereunte, ea Eccleſiæ* CHRISTI *profuerint, & Reipublicæ Literariæ ) juſſus fui, quod unicum, & quidem ſolum jam mihi reſtat, Deum O. M. veneror, ut M. T. concedat pacatum, ac indies magis magiſque florens Imperium domi, Victorias famigeratiſſimas forìs, Valetudinem ſupra terras, pluſquam pancraticam, atque ſerò tandem in Cœlis, Coronam ſempiternam: Ita vovet,*

Sereniſſimæ T. M. à Sacris,

*EDMUNDUS CASTELLUS.*

# PRÆFATIO.

PRAVITATE atque malitia, ſimul ſemelque, vel una vice, infecta fuit univerſa humanæ naturæ maſſa, at paulatim vix tandem, aut ne vix, in triſti hoc mortalitatis ſtatu, unquam expurgatur: Ut Lux prima Creationis, reliquaque omnia Hexamerȣ opera, à טוב ad טוב מאד gradatim ſunt progreſſa. Nec aliter ſeculis hiſce ultimis, Orientalis, *h.e.* optimæ Scientiæ indies increſcens ſplendor. Jubilæus jam agitur quartus, ex quo primum Occidentalem, atque Borealem hanc mundi partem illuſtrare cœpit, (pro more Magni Luminaris in ſuo orbe curſus naturalis) pariter Sol iſte lucidiſſimus. Anno 1500. *Hebraicæ* tantum linguæ, ope laudatiſſimi *Capnionis*, ejuſque ſequacium, exiguus emicuit radius; nec non *Chaldaicæ*, paulo poſt, ſtudiis indefeſſis doctiſſimi S. *Munſteri*. 2, Poſt Annum 1550. fauſtiſſimis *D. Widmanſtedii* in Orientem profectionibus atque curis, dialectus *Syriacæ* enituit exoptata cognitio: Sub idem tempus prodierunt Biblia *Complutenſia*, & Regia in tribus iſtis Linguis. 3, Poſt annum 1600 literæ *Arabicæ*, ſtudiis cumprimis *M. Bedwelli* noſtri, atque *Cl.T.Erpenii* læte ac fœliciter nobis affulſerunt. 4, Ab anno autem 1650. longe fulgentior exortus eſt aſteriſmus Lingg. *Æthiopicæ*, *Perſicæ*, *Malaicæ*, apud nos in *Anglia*, & apud *Belgas*, *Armenicæ*, *Anamaticæ*, *Copticæ*; *Turcicæque* nunc apud *Italos*, qui Lexicon nuper ediderunt *Italico-Turcicum*, nec non apud nos *Grammatica Latino Turcica*, ſtudio digniſs. viri *D.Seaman* confecta eſt, & propediem excuſura.

In ſeptem primis linguis impreſſa ſunt ante decennium *Biblia Polyglotta*. Labore autem noſtro haud levi in iis edendis, vixdum exantlato (ob quem, Honorarium illud quod in Præfatione *Waltoniana* dicor accepiſſe, in illud ipſum opus non refundebam tantum omne, ſed mille plus minus libras, ad promovendum illud, partim ab aliis ſolicitando procurabam, partim ipſe donabam ultro) cum ecce ad aliud novum difficilius longe, nec unquam antea à quopiam per omnia tentatum opus, impenſe vocor. Hoc autem ex quibus, quot, quantiſque authoribus ſatis diligenter perlectis contextum eſt, omnibus ut clarius conſtet, nomina eorum hic in limine ſubtexam.

*Biblia* noſtra *Polyglotta* ſexies evoluta, cum duobus aliis Exemplaribus *Syriacis*, totidem *Arabicis*, item *Pentateuchis Samaritanis*, collata.

*Pentateuchus Mauritanus Arabice*, & *N. Teſtamentum*, à *Cl. Erpenio* editum. Fragmentum *Pentateuchi Arabico-Samaritani*, & Commentarii *Arabici* in eundem MSS.

MS. *Arabicum* librorum *Hiſtoricorum*, *Joſ. Jud. Sam.* mihi à Doctiſs. viro *D. Buncle* benigne communicatum.

Paraphraſtes *Chaldæus* in *lib. Paraleipomenȣ*, quem ex autographo in Academia *Cantabrigienſi* accurate deſcripſit, & *Latinitate* donavit D. *Sa.Clericus* amicus meus ſingularis, & in *Bibliis Polygl.* συνεργὸς diligentiſſimus, Cujus etiam opera ac ſtudiis laudatiſſimis in parato eſt apud *Oxonienſes* ſeptimum *Bibliorum Polyglottȣ* Volumen, cum Verſionibus antiquiſſimis, nec adhuc unquam editis, non *Chaldaica* tantum hac, ſed *Syriacis* inſuper, *Æthiopicis*, *Copticis*, *Arabicis*, *Perſicis* contextum. *Pſalteria* quatuor *Arabica*, *Nebienſe*, *Romanum*, *Impreſs.* Gallicanum & *Mauritanum* MSS. *Pſalterium Æthiopicum* MS *D. Pocockii*: Item *Syriacum Neſtorienſe* & *Jacobiticum*. Verſio *Arabica* Prophetarum *MS.* olim *D. Seldeni*, nunc in Bibliotheca *Oxonienſi*. Tres Liturgiæ *Samaritanæ*, & partim *Arabico-Samaritanæ*. Rituale *Jacobiticum*. Miſſale, atque Breviarium *Syriacum*. Officium Simplex *Maronitarum*, *Syr.* Miſſale *Æthiopicum Romæ* impreſſum.

Decem Liturgiæ *Æthiopicæ* MSS$^{a}$. *ſc.S$^{i}$ Johannis* Evangeliſtæ; *Nicenorum* patrum. *S$^{i}$ Epiphanii*. *S$^{i}$ Jacobi*. *S$^{i}$ Chryſoſtomi*. *Anonymi*. *Sanctorum Apoſtolorum*. *S$^{i}$ Cyrilli*. *S$^{i}$ Gregorii*. *S$^{i}$ Dioſcori*, quod ultimum ſub finem Lexici *Æthiop.* à Honorat. D. *J.Ludolfo* contexti una cum Grammatica *Æthiop.* & Confeſſione fidei *Æth.* à *CLAUDIO* Imperat. *Æthiopiæ* ſcripta, *An. Dom.* 1661. hic fuit Impreſſum. Encomium *Æthiop.* $^{1}$ *B. V. Mariæ*. $^{2}$ Patriarcharum. $^{3}$ Cœleſtium & Terreſtrium, ſive Menologium Poeticum. Horum omnium MSS. *Æthiop.* copiam mihi fecit Cl. D. *D. Pocockius* Lingg. *Hebr.* & *Arab.* in Academia *Oxon.* Profeſſor Regius eminentiſſimus. In hoc ultimo, Menologio, *ſc. Æthiop.* exactiſſime evolvendo, valde ſedulam navarit operam Cl. vir D. *Mich. Wanſleben*.

Liber magnus Homiliarum *Æthiop.* in folio. Liber precum *Æthiop.* Pſalterium. *Æthiopicum MS.* quorum omnium uſum benevole mihi conceſſit vir ſummæ ac reconditæ eruditionis D. *Theodorus Petræus Danus*. מחזור *Germanicus* in folio, & *Portugallenſis* 8° in quatuor Voluminibus. Collectiones ex *Gregorio Syro*, Catena Patrum *Syr.* &c. mihi à Cl. Nobiliſs. atq; omnigenæ ſecretioris literaturæ callentiſſimo D. *D. Loftuſio* amice conceſſæ. Ut mittam quæ ex S$^{to}$ *Ephrem*, & aliis ipſe collegi. *Hebræorum* quorum ſæpius occurrunt nomina. *Ra. Sa. Jarbi*. *Ab. Eſra*. *D. Kimhi*. *Rabboth*. *Abravanel*. מכלל יופי *Menahem*. *Tanchuma*. *Becai*. *M. Nachman*. *M. Alſhic*. *Iſ. Abuhaf*, &c. in Pentateuchum omnes, & in univerſum V. *Teſtamentum* quidam. *Juda Leo* in libros Hiſtoricos. *Ob Sfurno*. *R. Simeon*, aliis perperam *R. Samuel* in *Job*. *Ob. Gaon* in *Pſalmos*. *Mo. Elmoſin*. *Joſ. Taiſac* in *Megilloth*. Talmud *Babylon.* & *Hieroſolym.* *Moſ. Majmon.* לבוש התכלת Aliique non pauci.

Evangelia *Perſica Cl. Abr. Wheloci*, & Celeberr. D. D. *Pierſon* opera edita. Tractatus *Perſici* D. *Jo. Gravii*. Roſarium *Perſicum*. Hiſtoria *Chriſti*. & *Petri Perſice*, *Hiſtoria Judith*, aliaque plura MSS$^{a}$. *Perſica*.

Quantum ad Lexica, hæc præcipue præ oculis continuo habuimus; *Hebraica D.Kimbi*(& quod Lexici inſtar, *Nathanis* Concordantias.) *Avenaru*, *Forſteri*, *Pagnini*, D. *Pomarii*, *Buxtorfii*, *Schindleri*, quod fere integrum in hoc opus transfudimus; *Chaldaica* trium ultimorum, item *B.Aruc. Ph.Aquinatis. Eliæ Thiſb. Cohen de Lara. G.Fabritii*, *S.Munſteri*, *Plantavitii*. Emendationes, nec non Additiones quædam *M.Buxtorfii* ad ſuum Lexicon *Chald.* partim à Cl.D. *Derſhovio*, viro admodum tam ingenuo, quam docto; ſed maxima ex parte, à proprio D.*Buxtorfii* filio, atq; in Cathedra ſucceſſore longe meritiſſimo, & quidem ingentis ſpei viro, cujus vel nomen gentis ſuæ decus eſt, & honor.

*Syriaca*, *Maſii*, *Ferrarii*, *Troſtii*, *Buxtorfii*, *Th.* à *Novaria*, *&c.* *Samaritanum*, D.*Morini*. Dictionarum Trilingue, *Sam. ſc. Chal.* & *Arab.* Cl.D.Doctoris *Marſhalli*, viri reconditæ eruditionis peritiſſimi, mihiq; amiciſſimi, opera deſcripti, & ad me tranſmiſſi. *Æthiopicum*, *Wemmers*, & Nobiliſſimi, nec à me unquam ſine honoris præfatione nominandi, D. *Jobi Ludolfi*. *Arabica*, *Raphelingii*, *Giggei*, *Germani*, atque viri excellentiſſimi, omniſq; literaturæ tam Orientalis, quam Occidentalis peritiſſimi D.*Ja.Golii* Lingg. Oriental. tum & Matheſeos Profeſſoris ordinarii.

*Lexica MSS<sup>a</sup> quibus uſi ſumus in hoc opere.*

Dictionarium *Syriacum Bar Bahluli*, ingens volumen in folio, in hoc opus tranſvectum, apud quem ſæpiſſime citantur ſequentes authores; quaſi *Syriace* extantes; *Bar Seruſhai*, *Zacharia*, *Raban*, *Almeruzai*, ut puto Lexicographi. *P. Ægineta*, *Dioſcorides*, *Galenus*, *Aetius*, *Bar Serapion*, Medici. *Ariſtotelis* Volumina ſeptem. *Beſunandus* Hiſtoricus nominatiſſimus. S. *Ephrem.* S.*Gregorius.* *Gr.Nyſſenus.* S.*Epiphanius* contra *Eunomium.* *Arius*, & *Apollinaris.* *Bar Malco*, forte *Aben Melec Hebræus.* *Meſues Arabs.*

Etiam hi quorum nomina nobis adhuc ſunt minus nota; *ſcil.* ܒܪܘܢܢܐ, ܐܢܘܢܘܣ, ܒܢܝܡܝܢ, ܡܘܣܝܣ, ܗܘܕܒܪܘܢ, ܢܪܣܝ, ܒܠܟܐ ܕܦܠܘܛܘܣ, ܐܦܠܐ, ܡܓܝ, ܡܘܣܩܘܣ, ܟܬܒܐ ܕܦܪܘܣ qui ultimus liber à *Bar Cepha*, ni fallor, ſcriptus fuit. Alios mitto infinitos; ut hinc intelligamus, *Syris* nullum omnino deeſſe ſcientiæ genus.

Taceo etiam ſcriptotum *Arabicorum* catalogum apud *Camuſium* longe numeroſiorem.

Lexicon *Æthiopicum* Cl. D. *Gallæi* Miniſtri *Zyricſenſis* mihi benigne tranſmiſſi. In *Æthiopicis* autem adjumento mihi fuit maximo vir Nobilis D.*Jobus Ludolfus* Principi *VINARIENSI* à Conciliis, hujus linguæ Magnus Apollo; de quo plura in Lexico, *pag.* 853. à quo MS. Lexicon *Æthiopicum* una cum Grammatica, Confeſſione fidei *CLAUDII* Imperat. *Æthiopiæ*, *&c.* per manus Cl.D.*M.Wanſlebii* accepi, quæ omnia (Curioſitatis monumenta non vulgaria) *A.D.* 1661. prelo hic commiſi. Lexica *Arabica*, *Giauhari*, & *Camuſii*; item D.*Lanceloti Brunii Avicenniſtæ* incomparabilis, atque viri ob præcellentiam in hiſce literis ſumme admirandi; D.*Bedwelli* ſeptem Volumina in folio, & duo in 4°. quæ ſummo cum favore virorum celeberrimorum, Nobilis *Jo. Seldeni*, Cl.D.D. *Merick* Collegii *Londin.* Medici celeberrimi, D. D. *Worthington*, Academiæ *Cantabrigienſis* tunc temporis procancellarii digniſſimi, & Cl. D. *M. Smith* procuratoris, mihi commodata fuerunt mutuo.

Lexicon *Perſicum*, cui nomen نعمت الله, cum tribus MSS<sup>is</sup> collatum; quorum unum vir Cl. D. *Tho. Gravius* pro ſumma ejus humanitate amice mihi communicavit, magna ex parte à D. *Seamanno* viro integerrimo, inque hac ac Lingua Turcica exercitatiſſimo, transfuſum fuit. At hic etiam à me ex multis authoribus addita ſunt non pauca. Hanc autem partem exornavit maxime, atque luculenter ampliavit Theſaurus *Perſicus* deſideratiſſimus Prof. Eminentiſſimi. D.D.*Golii*, τȣ μακαρίτȣ.

Ex præcedentibus ſcriptoribus, atq; aliis quam plurimis nonnulla vocabulorum plauſtra, in omnibus ſex linguis, *Chald. Syr. Sam. Æth. Arab.* & *Perſica*, ſimul hic comportata, inq; ſuas ſeries ordine habemus digeſta, quæ in aliis Lexicis, qua Impreſſis, qua MSS<sup>is</sup> fruſtra quæſiverit quiſpiam. Et ni fallor, non multa ſunt ſcripturæ loca, apud Criticos veteres, aut modernos, quibus ab Orientalibus linguis lux aliqua oboriatur, quæ hic conſtanter non reperiet lector.

Dictiones etiam *Hebræas* centenas puto aliquot, ſecundum proprietatem hujus, aut vicinæ alicujus linguæ, non ſine Ratione optima, Contextus analogia maxime appoſita, conſentientibus fere ſemper primis atq; antiquiſſimis SS. Scripturæ interpretibus, multo aliter transfuſas, quam ſaltem Modernorum quivis (de Tranſlatoribus loquor publicis) adhuc expoſuerit.

Hoc enim minime celandum judico, à paucis adhuc animadverſum, quo melius intelligant atque clarius, poſteritati quantum obſit aliorum pertinax imitatio; *R. Davidem* in *Hebraicis*, & *B.Aruc* in *Chaldaicis* (magni nominis ſcriptores) non ut nudos homines, ſed plane θεοπνεύστȣς per omnia ſequuntur non Judæi tantum, ſed Chriſtiani fere univerſi: Cum tamen ambo ingenue ſatis atq; aperte in multis, nec raro, ſuam fatentur ignorantiam; proinde ab utriſque (poſt conſiderationem mature deliberatam, & argumenta tam artificialia, quam inartificialia diutius librata) haud meticuloſi ſæpe diſcedimus.

Primus ante, & ferme ſolus inter recentiores omnes *M.Buxtorfius*, vir naris emunctioris, ſpiritu ſagaciſſimo præ aliis imbutus, malum in utroque reprobavit, & utplurimum retinuit quod bonum fuit, ac merito eligendum.

In *Syriacis* à præclariſſimo *Ferrario* quoties ceſpitatum eſt, nonnunquam à doctiſſimo *Morino* in *Samariticis*, à Copioſiſſimo, & ob magnam induſtriam merito celebrando *D.Giggæo* in *Arabicis* ſæpiſſime: idem triſte mortalitatis privilegium, & nos proculdubio, nec infrequenter manet. Interim eorum ſphalmata candide, atque crebrius ſine ne nomine (hoc ideo ab aliis viciſſim in noſtri gratiam pariter expectantes atque expoſcentes) emendavimus, nec non eorum expoſitiones multum ſuſpectas licet (donec quid certius conſtiterit,) dubii, nec non aliquando parùm dubii, in Legentium exercitium annexuimus; ejuſmodi conjecturarum cumulum, in aliud tempus, apud nos indies congerentes.

Arcanas atq; SS^as^ Literas, Talmud, & Alcoranus, tres Canones (ut ita dicam) Oecumenici, quibus hodie regitur, ac dirigitur univerſum pene genus humanum, allegavimus quam creberrime, & quantum potuimus accurate; Unde cuivis conſtare poteſt, quæ Chriſtianorum, Judæorum, Mohammedanorum ſententia atque fides, non è vagis neſcio quibus lacunis, ſed genuinis maximeq; authenticis ipſorum fontibus ab omnibus agnitis, deprompta; Quæ nempe de Deo, Meſſia, *D. Ieſu,* Spiritu S°. Hominis lapſu, renovatione, reſurrectione, *&c.* credunt. Atq; hinc etiam exoriuntur haud raro argumenta neutiquam contemnenda (adverſariorum enim teſtimonium magni ſemper æſtimant Rationis magiſtri) ad fidem noſtram corroborandum. *Vide* שלוש. משיח, יהוה, הוא *&c.*

Mortalibus quippe mos iſte inolevit (heu nimis inveteratus) antagoniſtis ſuis falſa audacter affingendi; hoc nos Judæis facimus, atque Mohammedanis; atq; idem nobis illi; Conceſſis ab utraque parte refragari nefas: Nec Doctrinalia tantum, ſed Ritualia, Juridica, Medicinalia, atq; nonnunquam Proverbia notavimus, (loca ſaltem in quibus occurrunt) tam in illis tribus, quam in aliis libris impreſſis, atq; ipſa verba, in MSS^is^ præſertim *Syriacis, Samarit. Æthiop. & Perſicis,* in quibus parum adhuc laborarunt prela. *e. g. Samaritanorum* dogmata de [1] Dei vita abſoluta. [2] Perfectione, [3] Incomprehenſibilitate, [4] Providentia, [5] Conſtantia, [6] Miſericordia univerſali, [7] de S^a^ Scriptura, [8] Traditionibus, [9] Bonis operibus, [10] Sabbatho, [11] Hebræis, [12] Sacerdotum lapſorum reſtitutione, & ob quod in omni ſeculo male audierunt, ſed injuria, [13] de Imaginibus, *Vide,* 1 [illegible] in קום & [illegible] in ענה ; [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] & [illegible] 7 [illegible] in כתב 8 [illegible] 9 [illegible] סבל 10 [illegible] & [illegible] 11 [illegible] עבר 12 [illegible] 13 [illegible] Mitto plura alia, quæ ſparſim reperientur.

Idem in cæteris Linguis præſtitum, ut non Lexici tantum munus obit, ſed Indicis materiarum, peculiariter Biblicarum, in quo loca Scripturæ tam difficilia, quam male atque abſurde transfuſa (quorum numerus eſt non exiguus in *Bibliis Polyglottis,* reliquiſq; omnibus) vel enodantur, vel emendantur; imo tantum non Concordantiarum inſtar eſt, quantum ad voces minus uſitatas.

Verſionum etiam optimarum errores omnes enumerare, non patitur præfationis ratio; eorum ſpecimina quædam, in certas claſſes digeſta, additis tantum duobus, tribus, aut pluribus exemplis, exhibuimus in *Oratione* noſtra, in Scholis Theologicis apud *Cantabrigienſes* habita, ad primam muneris *Arabici* ſuſceptionem; *A. D.* 1667. edita.

Quibus addi poſſunt vocabula *Hebræa* ἅπαξ λεγόμενα fere omnia; quæ ex priſcorum ſcriptis, & proprio Linguarum genio, ſuccenturiante utriſq; ipſa contextus ſerie, non parum conſequuntur luminis certioris, quam antea ex modernis quibuſlibet illis attributum fuit. Quibus otium eſt, alias inter innumeras voces, conſulant has ſequentes;
אביב. אבח. התאבך. אנוז. אוחים. אהלים & [illegible] in Append. אלמנים. תאשור. בכא. ברומים. ברקת. נר, in נרד. נלש. מנעת. אלגביש. רנן.
דבב. נרגל. נדרש. הוא. הדר. זרב. חלילי. חציר. חרגל. חשש. חפרפרות. יה. In Append. יזם. יעה. ישח. כפים. הכפיש. כסוחה. ברבר. כרוב. כרסם.
כרפס. כחש. להלה. ליקהה. הלעיט. מוג. מכרות. נמרץ. משיח. נול. נוע. נבובה. ננבה. נכאת. מנעל. נעצוץ. נתע. סוחף. סחרת. סחרחר. סלעם.
נסחף. סחר. עיר. עלס. עפאים. עצם. ערער. נעתם. פלח. פרס. פתבג. צרי. צבוע. צפה. קרקר in קרר. קסת. קטורות. קרבן. קנץ. סקשה. קרי. קשות.
v. Æth ወስፍ: ראם. ראמות. in רום. רגב. הרעל. רוה. ריק. רצה. רקה. רקע. רשף. שבר. שבל. שדה. שסן. אשפר. שפי. שקע. משרה. שרף. התו.
תחש. תוללים. תלפיות. מתעתע. תפתיא. תורק. Mitto dictiones omnes *Syriacas, Samaritanas, Æthiopicas, Arabicas, Perſicas,* quæ mirifice illuſtrant textum ſacrum, & generatim cunctæ ſibimetipſis mutuo ingens impartiuntur lumen.

Et quidem pace doctiorum, hoc mihi videtur extra dubium; Neminem eſſe qui harum Linguarum, vel unam aſſequi queat perfecte & accurate, qui non intelligat omnes. Ut alios taceam authores; in Talmude *Babylonico* (cui vulgo nomen à confuſa Linguarum ibidem loci multitudine, quarum vix ulla eſt, in Oriente ſaltem, quæ ſuum huic Operi non contribuerit ſymbolum) ejuſmodi voces haut raro occurrunt, quas fruſtra tentaverit quiſpiam explicare, qui in harum aliqua manet inexpertus. In quibus Voluminibus (niſi à bardis) minime ſpernendis, obſervatu hoc reor non indignum: Loca in Novo Teſtamento ex Veteri allata, nonnunquam cum textu *Hebraico,* ſæpius autem conveniunt cum LXX. In hac diſcrepantia, veterum Rabbinorum nonnulli, nec non Talmudici (ab altiori Spiritu proculdubio ad id inducti) ita legunt, citanque illa, prout occurrunt in Novo Inſtrumento, & apud LXX. *vide* מטה in נשק, נטה, *&c.*

Socios quidem habui in hoc Opere, ſed perexiguo tempore mecum in illo commorantes, neſcio an dicam, immenſitate laboris plane exterritos. Quos diutius retinui, hi fuerunt; *D. M. Murray Grypſwaldenſis,* vir non minus doctus, quam admodum ingenuus, cui per ſeptennii fere ſpatium *Arabicas* meas concredideram collectiones; *D. Gul. Beveridgius,* vir in ſecretioribus hiſce literis egregie verſatus, per dimidium illius temporis, curabat *Syriacas:* prout in *Æthiopicis* per idem tempus operam impendebat ſuam *D. M. Wanſlebius,* qui ad perpoliendum ejus in iiſdem ingenium, in varias Orientis oras longa atque perículoſa ſuſcepit itinera. Per plures annos, jam ætate provectus, & una cum patrimonio ſatis competenti, exhauſtis etiam animi viribus, oculis caligantibus, corporis variis in hoc Opere confractis, & diſlocatis membris, relictus ſum ſolus, ſine amanuenſi, aut vel Correctore ullo, venia ideo apud candidos lectores (uti ſpero) ob παροράματα ſiquæ occurrerint, aliquanto dignior.

Quantum ad inveſtigandum thema aliquod, ſive vocabulum in hoc Opere, quædam ſunt hic notanda. Primo, mo, Literæ heemanticæ ſunt quam ſæpiſſime detrahendæ. א ut, אבעבעות ſ. בעה, ارفنج ſ. نفن etiam in medio, ut צואר ſ. צור ב ut בנלל ſ. גלל, בכן ſ. כון quin & ſæpe aliter, Particulæ præſertim, ſub primis initialibus literis, quæ cum illis junguntur, ut דלמא ſ. ד ה ut האח & הלא ſ. אח & לא ו ut חרוה. וולת ſ. חרה. ולת י ut יהלום ſ. הלם כ ut נכה ſ. כה ל ut לבר ſ. בדד מ ut מבוא ſ. בוא נ ab Arab. حنفقيق ſ. حفق : حرنبلة ſ. حرب. Sic alii, nos fere ſecuti ſumus ordinem Alphabeticum. של ut שלמה ſ. מה ת ut תבל ſ. בלל, תבנית ſ. בנה, תהלה ſ. הלל, תלונה ſ. לון, תמס ſ. מסס, תנואה ſ. נוא

Quædam ſunt Literæ etiam addendæ. א ut חד ſ. אחד, נשים ſ. אנש & החיו ſ. אחה & מכלת ſ. אכל [illegible] ב ut סב ſ. סבב & ſimiliter in omnibus Defectivis ſecunda, ut חג ſ. חגג, חר ſ. חרר &c. ſic ולות ſ. זפה. וזלל ſ. זסם ה ut מן ſ. מנה ו ut זד ſ. זוד & ſic in omnibus Quieſcentibus ſecunda, עדה ſ. עור. שחת ſ. שוח. ששון ſ. שוש. מסקנא ſ. סעל ſ. עלה ה ut קי ſ. קוה י ut כל ſ. יכל. ועה ſ. יעו. חמה ſ. יחם. עדה ſ. יער. צא ſ. יצא & צואה it. in medio, מץ ſ. מיץ. רחים ſ. ריח ſ. מוק ſ. סועף ſ. עוף. מיעקה ſ. עוק ſæpe per Dages compenſatur, מַצִּר ſ. יצר. יצע ſ. מַצָּע. ם ut משפה ſ. שפם ſic in omnibus à Defectivis ſecunda, נ ut הכרה. הַצָּלָה ſ. נכר. נצל. שיאה ſ. שיג. נשא ſ. נשג in medio ob Dages, ut שְׁתַּיִם ſ. שנה

Et quædam denique mutandæ, א ut נאר ſ. נור. ראש ſ. רוש. זאת ſ. זה. נבאים ſ. נבה. שנאות ſ. שנה. שוא ſ. שוה. צרא ſ. צרה ܠ ſ. חלה & hoc communiter in *Syriacis*, & *Arabicis*. ה ut מחלה ſ. חלא ו ut תושיה ſ. ישה. נועו ſ. יעו. תונה ſ. ינה. תורה ſ. ירה *Arab.* مونس ſ. انس & ſic in omnibus ab *Elif*, ubi *Damma* ſuccedit loco *Elif*. י ut שייל ſ. שאל. ריב. חיל. הידה. רובו ſ. חול. פאתא ſ. פאה ה ut עיסה ſ. עסס. ציה ſ. צי. עיה ſ. עי. נקה ſ. נקי. נהה ſ. ני. רוה ſ. רי. כוה ſ. כי. חוץ ſ. חיצון. עור ſ. עיר. עוף ſ. עיף. חור.

Finita in ם — ין — ון — ום vide in Quieſcent. tertia, פדיום. סריון. ענין. קנין. שכוי. שקוי ſ. פרה. סרה. ענה. קנה. שכה. שקה. Voces in quibus אוי quærendæ inter literas magis radicales, ut טאנים ſ. טנם هلبون ſ. חלן. Sæpe etiam ſub primis literis initialibus [illegible] ſ. איל جونهم ſ. جون ſic [illegible] ſ. גיל [illegible] ſ. אוך [illegible] ſ. רום & [illegible] aliaque Geminant. ſecundam, ut, ערער ſ. עור. עפעף ſ. עוף alias autem inter Verba perfecta, ut צלצל ſ. צלל Compoſitæ voces, ſæpe occurrunt ſub poſteriori earum parte, ut פחבנ. עכבטיט ſ. בנ & טיט interdum etiam ſub Perfectis, ut צלמות ſ. צלם Parentheſi includuntur fere, quæ *Giggeius*, vel plura, vel diverſa habet à *Golio*.

Conjugationes *Æthiopicæ* non uno modo citantur; in Lexico, ſecundum ordinem *Arabicarum*; in Grammatica autem, juxta methodum *Ludolfianam*, qua aptior nulla eſt, nec adeo accurata.

Coronidis loco, agnoſcenda hic, atq; publicanda merito Illuſtriſſimorum virorum (in tanto, tamq; longo plurimorum annorum decurſu, non multorum quidem) beneficentia, qui Opus hoc neglectum, & caſibus non paucis diris ac duriſſimis langueſcens nimis, donariis ſuis amplis, atque munificentia perbenigne excitarunt, ac promoverunt.

*Horum ſequuntur Nomina.*

Auguſtiſſimus D. *CAROLUS* II. *Angliæ*, *Scotiæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* Rex, &c.
Honoratiſſimus D. *Johannes* Comes de *Bridgwater*, Vicecomes *Brackley*, Baro *Elſemere*, Regiæ Ma^ti. à ſecretioribus Conſiliis.
Honoratiſsimus D. *Georgius Villars* Vicecomes *Grandiſon*.
D. *Edmundus Forteſcue* Eques & Baronettus.
D. *Nortonus Knatchbull* Eques & Baronettus
D. *Thomas Rich* Eques & Baronettus.
D. *Thomas Wendy* Eques, & Ordinis Balneati miles.
D. *Franciſ. Theobald* Armiger, harum etiam Lingg. callentiſs.

Reverendiſs. D. *Gilb. Cant.* totius *Angliæ* Primas, & Metropol. ac Regiæ Ma^ti. à ſecretioribus Conſiliis.
Plurimum Reverend. *Joh. Dunelm.*
Plurimum Reverend. *Matth. Elienſ.*
Plurimum Reverend. *Rob. Lincoln.*
Plurimum Reverend. *Georg. Winton.*
Plurimum Reverend. *Hen. Ciceſt.*
Plurimum Reverend. *Edw. Norvic.*
Plurimum Reverend. *Will. Bath. & Well.*
Plurimum Reverend. *Seth. Sarum.*

Eſt adhuc Honoratiſsimus unus, vel alter alius, quos intra velum latere jubet Prudentia, & rerum Ratio. Optimus, Maximuſque omnium bonorum Remunerator, Honoratiſsimis hiſce, atque vere Generoſis viris, eorumque poſteris in ſempiternum retribuat quæcunque in Theſaurum hunc Verborum, ipſi Revera effuderunt, animitus oro, & obteſtor.

*Abbreviaturæ, quæ in hoc Opere occurrunt explicantur,*

*Acc. Accuſativus caſus.*
*Act. Activum, ſ. Verbale nomen.*
*Adverb. Adverbium.*
*Ag. Agens, ſ. Participium activum.*
*Af. Affixum.*
*al. aliis.*
*An. Æth. Animadverſiones Æthiopicæ,*
*An. Sam. Animadverſiones Samaritanæ, utræq, in ſexto Bibliorum Tomo.*
*ap. apud.*
*Aq. Ph. Aquinas Lexicographus. Chald.*
*BB. Bar. Bahlul.*
*Bc. D. Buncle, qui perhumaniter mutuo mihi commodabat. MS. Judicum, Sam. &c.*
*Bd. Cl. Bedwellus.*
*Bx. D. Buxtorfius.*
*c cum*
*cca conſtruitur cum Accuſativo.*
*ccg. conſtruitur cum Genitivo.*
*ccga conſtruitur cum gemino Accuſativo.*
*cap. cum Accuſ. perſonæ*
*car. cum Accuſ. rei.*
*CL. Cohen de Lara.*
*Col. Collectivum.*
*Comp. Comparativum.*
*Cn. Conſtructum.*
*conv. convenit.*
*DD. D. Derſhovius.*
*DP. David de Pomis.*
*Def. Defectivum.*
*Denom. Denominativum.*
*Der. Derivativum.*
*Dim. Diminutivum.*
*Dipt. Diptoton.*
*Emp. Emphatica.*
*&ſ & ſimilia.*
*ex. al. exemplar aliud.*
*F. Ferrarii Lex. Syriacum.*
*f. fœmininum. fi. fine.*
*fo. fortè. fr. forma.*
*Fut. A, I. O. Futurum in Fatha, Keſra, Damma.*
*G. D Golius.*
*GF. Guido Fabricius.*
*Gg. Giggeius.*
*Gent. Gentile nomen.*
*Gl. Gloſſa.*
*H. Hebræus. h. e. hoc eſt*
*IL. D. Jobus Ludolfus.*
*Imperſ. Impersonaliter. in. initium.*
*Intranſ. Intranſitivum*
m. *maſculinum.*
*Maſ. Maſius.*
*MP. Maſii peculium.*
*Maſd. Maſdid, ſ. Arab. Infinitivus modus.*
*med. Phat. Keſr. Dam.* h. e. *mediâ radicali in Præterito, habente vocalem Phatha, Keſra, Damma*
*Met. Metaphoricè.*
*No. Nomen.*
*No. Un Nomen Unitatis.*
*Opp. Opponitur.*
*Part. Participium.*
*PB. Participium Benoni.*
*PP. Participium Præteritum.*
*Paſſ. Paſſivum.*
*pec. peculiariter.*
*Perſ. Perſicè.*
*Pl. Plurale.*
*Pl pauc. Plurale paucitatis.*
*Pl. mult. Plurale multitudinis.*
*Plp. Plurale Pluralis.*
*Pl. ſan. Plurale ſanum*
*Poſ. Poſſeſſivum.*
*præc. præcedens.*
*prop. propriè.*
*prox. ſeq. proximè ſequens.*
*pt. poteſt.*
*Prov. Proverbium.*
*q. quia. q. d. quaſi dicat*
*qſ. quaſi Rn. Reſpondet*
*s. ſub. ſ. ſive. ſc ſcilicet*
*ſeq. ſequens.*
*ſign. ſignificatione.*
*Sing. Singulare.*
*Superl. Superlativus.*
*T. Talmud.*
*TH. Talmud Hieroſolymitanum.*
*Tranſ Tranſitivum.*
*Tranſl. Tranſlatio.*
*v. vide. v. verſus.*
*V. Lec. Variæ Lectiones, in ſexto Bibliorum Tomo.*
*VL. Vulgata Latina.*

# Harmonia brevis & perpetua ſex Linguarum Orientalium,
## *HEBRAICÆ, CHALDAICÆ SYRIACÆ, SAMARITANÆ, ÆTHIOPICÆ, ARABICÆ,*
Cui annectuntur Linguæ *PERSICÆ* Rudimenta, quæ aliqua ex parte etiam præcedentibus illis eſt conformis.

***Alphabet. Hebraicum & Chaldaicum.*** — ***Samaritanum.***

| Num. | Nom. | Fig. | Samaritanum. | in MS. |
|---|---|---|---|---|
| 1 | Aleph | א | ࠀ | ࠀ |
| 2 | Beth | ב | ࠁ | ࠁ |
| 3 | Gimel | ג | ࠂ | ࠂ |
| 4 | Daleth | ד | ࠃ | |
| 5 | He | ה | ࠄ | ࠄ |
| 6 | Vau | ו | ࠅ | |
| 7 | Zain | ז | ࠆ | ࠆ |
| 8 | Cheth | ח | ࠇ | |
| 9 | Teth | ט | ࠈ | |
| 10 | Jod | י | ࠉ | ࠉ |
| 20 | Caph | כ | ࠊ | |
| 30 | Lamed | ל | ࠋ | ࠋ |
| 40 | Mem | מ | ࠌ | |
| 50 | Nun | נ | ࠍ | ࠍ |
| 60 | Samec | ס | ࠎ | |
| 70 | Ain | ע | ࠏ | |
| 80 | Pe | פ | ࠐ | ࠐ |
| 90 | Tſade | צ | ࠑ | |
| 100 | Koph | ק | ࠒ | |
| 200 | Reſch | ר | ࠓ | |
| 300 | Schin | שׁ | ࠔ | |
| | Sin | שׂ | | |
| 400 | Tau | ת | ࠕ | |

*Literæ finales.* 500 ך, 600 ם, 700 ן, 800 ף, 900 ץ.

*Numerus* ࠉ 10. ࠀࠉ 11. ࠄࠉ 15. ࠊ 20. ࠋ 30, *&c. ut Heb.*

*Item* ת״ק 500, ת״ר 600, ת״ש 700, ת״ת 800, תת״ק 900, א̈ 1000, ב̈ 2000, ג̈ 3000, *it.* בא̈ גא̈ *id.* נת״ק 3500.

De ratione numerandi vide plura apud *Balmeſ. Gram. Heb. & Joſ. Accurateuſ. Gram. Syr.*

***Literæ Rabinicæ.***

| Ital. | Germ. | Poteſtas. | |
|---|---|---|---|
| א | א | *Aſpiratio levis.* | |
| ב | ב | Bh | |
| ג | ג | Gh | |
| ד | ד | Dh | |
| ה | ה | *Spiritus aſper.* | |
| ו | ו | *V conſonans.* | |
| ז | ז | *Z vel ſ inter duos vocales.* | |
| ח | ח | *Spiritus aſperior.* | |
| ט | ט | *Gr.* θ Th | |
| י | י | I *conſona; al.* Y. | |
| כ | כ | *Gr.* χ *al.* K. | |
| ל | ל | L | |
| מ | מ | M | |
| נ | נ | N | |
| ס | ס | *Gr.* χ *Hiſp.* X *Ger.* Sch. | |
| ע | ע | *Spiritus aſperrim. LXX.* | |
| פ | פ | Ph *vel* F. | *nunc per γ,* |
| צ | צ | Tſ *vel* Sſ. | *nunc per γſ,* |
| ק | ק | K *vel* Q. | *exprimunt,*<br>*ut* Ἀſγαὶ, |
| ר | ר | R. | Gen. 13. 3. |
| ש | ש | S *acutum, ut in Lat. Sex.* | |
| ת | ת | *Gr.* τ *LXX. per* τ *&* θ *efferunt.* | |

Literæ Rabinicæ finales.

*Ital.* כך מס נן פף צץ

*Germ.* כך מס נן פף צץ

Specimina hujus characteris v. apud *Cl. Buxtorf. Gram. Heb. Maj. p. 659.*

***Alphabetum Syriacum.*** — ***Literæ Syriacæ***

| Nomen. | Figura Fine. | Figura Med. | Figura Init. | Duplices. | Neſtorianæ. | Eſtrangelæ. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Olaph | ܐ ܐ | ܐ | ܐ | ܐ | ܐ | ܐ |
| Beth | ܒ ܒ | ܒ | ܒ | ܒ | ܒ | ܒ |
| Gomal | ܓ ܓ | ܓ | ܓ | ܓ | ܓ | ܓ |
| Dolath | ܕ ܕ | ܕ | ܕ | ܕ | ܕ | ܕ |
| He | ܗ ܗ | ܗ | ܗ | ܗ | ܗ | ܗ |
| Waw | ܘ ܘ | ܘ | ܘ | ܘ | ܘ | ܘ |
| Zain | ܙ ܙ | ܙ | ܙ | ܙ | ܙ | ܙ |
| Hheth | ܚ ܚ | ܚ | ܚ | ܚ | ܚ | ܚ |
| Teth | ܛ ܛ | ܛ | ܛ | ܛ | ܛ | ܛ |
| Judh | ܝ ܝ | ܝ | ܝ | ܝ | ܝ | ܝ |
| Coph | ܟ ܟ | ܟ | ܟ | ܟ | ܟ | ܟ |
| Lomad | ܠ ܠ | ܠ | ܠ | ܠ | ܠ | ܠ |
| Mim | ܡ ܡ | ܡ | ܡ | ܡ | ܡ | ܡ |
| Nun | ܢ ܢ | ܢ | ܢ | ܢ | ܢ | ܢ |
| Semchath | ܣ ܣ | ܣ | ܣ | ܣ | ܣ | ܣ |
| Ee | ܥ ܥ | ܥ | ܥ | ܥ | ܥ | ܥ |
| Pe | ܦ ܦ | ܦ | ܦ | ܦ | ܦ | ܦ |
| Sſode | ܨ ܨ | ܨ | ܨ | ܨ | ܨ | ܨ |
| Cquoph | ܩ ܩ | ܩ | ܩ | ܩ | ܩ | ܩ |
| Riſch | ܪ ܪ | ܪ | ܪ | ܪ | ܪ | ܪ |
| Schin | ܫ ܫ | ܫ | ܫ | ܫ | ܫ | ܫ |
| Tau | ܬ ܬ | ܬ | ܬ | ܬ | ܬ | ܬ |

Poteſtas eadem quæ præcedentibus. Numerus ܝ & ܝ̄ 10, ܝܐ & ܝܐ̄ 11, ܝܗ & ܝܗ̄ 15, ܟ & ܟ̄ 20, ܠ & ܠ̄ 30, ܡ & ܡ̄ 40, ܢ & ܢ̄ 50, ܝ̇ 100, ܟ̇ 200, ܠ̇ 300, ܡ̇ 400, ܢ̇ 500, &c. Interdum more Hebr. ܩ 100, ܪ 200, ܫ 300, ܬ 400, &c. ܐ̦ 1000, ܒ̦ 2000, ܓ̦ 3000, &c. ܐ̱ & ܐ̭ 10000, ܒ̱ & ܒ̭ 20000, ܓ̱ & ܓ̭ 30000, &c. Eſtrangeli hoc faciunt; cum linea supernè & infernè, *ut Æth.* Quænam poteſtas, ſ. vera literarum pronunciatio, v. *Balmes Gr. Hebr.* 19, 25, 539.

***Alphabetum Æthiopicum.***

| Nomen. | Figura, & poteſtas. | | | | | | | | Numerus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | a<br>breve. | u | i | a<br>long. | e | y | o | *ut Heb.* | |
| Hoi | ha ሀ | hu ሁ | hi ሂ | ha ሃ | he ሄ | hy ህ | ho ሆ | ה | 1 ፩ |
| Law | la ለ | lu ሉ | li ሊ | la ላ | le ሌ | ly ል | lo ሎ | ל | 2 ፪ |
| Haut | ha ሐ | hu ሑ | hi ሒ | ha ሓ | he ሔ | hy ሕ | ho ሖ | ח | 3 ፫ |
| Mai | ma መ | mu ሙ | mi ሚ | ma ማ | me ሜ | my ም | mo ሞ | מ | 4 ፬ |
| Saut | ſa ሠ | ſu ሡ | ſi ሢ | ſa ሣ | ſe ሤ | ſy ሥ | ſo ሦ | ס | 5 ፭ |
| Ryys | ra ረ | ru ሩ | ri ሪ | ra ራ | re ሬ | ry ር | ro ሮ | ר | 6 ፮ |
| Saat | ſa ሰ | ſu ሱ | ſi ሲ | ſa ሳ | ſe ሴ | ſy ስ | ſo ሶ | ש | 7 ፯ |
| Kaf | ka ቀ | ku ቁ | ki ቂ | ka ቃ | ke ቄ | ky ቅ | ko ቆ | ק | 8 ፰ |
| Bet | ba በ | bu ቡ | bi ቢ | ba ባ | be ቤ | by ብ | bo ቦ | ב | 9 ፱ |
| Tawi | ta ተ | tu ቱ | ti ቲ | ta ታ | te ቴ | ty ት | to ቶ | ת | 10 ፲ |
| Hharm | ha ኀ | hu ኁ | hi ኂ | ha ኃ | he ኄ | hy ኅ | ho ኆ | ח | 20 ፳ |
| Nahas | na ነ | nu ኑ | ni ኒ | na ና | ne ኔ | ny ን | no ኖ | נ | 30 ፴ |
| Alph | a አ | u ኡ | i ኢ | a ኣ | e ኤ | y እ | o ኦ | א | 40 ፵ |
| Caf | ka ከ | ku ኩ | ki ኪ | ka ካ | ke ኬ | ky ክ | ko ኮ | כ | 50 ፶ |
| Waw | wa ወ | wu ዉ | wi ዊ | wa ዋ | we ዌ | wy ው | wo ዎ | ו | 60 ፷ |
| Ain | a ዐ | u ዑ | i ዒ | a ዓ | e ዔ | y ዕ | o ዖ | ע | 70 ፸ |
| Zai | za ዘ | zu ዙ | zi ዚ | za ዛ | ze ዜ | zy ዝ | zo ዞ | ז | 80 ፹ |
| Yamam | ju የ | ju ዩ | ji ዪ | ja ያ | je ዬ | jy ይ | jo ዮ | י | 90 ፺ |
| Dent | da ደ | du ዱ | di ዲ | da ዳ | de ዴ | dy ድ | do ዶ | ד | 100 ፻ |
| Geml | ga ገ | gu ጉ | gi ጊ | ga ጋ | ge ጌ | gy ግ | go ጎ | ג | 200 ፪፻ |
| Tait | tha ጠ | thu ጡ | thi ጢ | tha ጣ | the ጤ | thy ጥ | tho ጦ | ט | 300 ፫፻ |
| Pait | pa ጰ | pu ጱ | pi ጲ | pa ጳ | pe ጴ | py ጵ | po ጶ | פ | 400 ፬፻ |
| Zadai | za ጸ | zu ጹ | zi ጺ | za ጻ | ze ጼ | zy ጽ | zo ጾ | צ | 500 ፭፻ |
| Zappa | zza ፀ | zzu ፁ | zzi ፂ | zza ፃ | zze ፄ | zzy ፅ | zzo ፆ | צ | 600 ፮፻ |
| Af | fa ፈ | fu ፉ | fi ፊ | fa ፋ | fe ፌ | fy ፍ | fo ፎ | פ | 700 ፯፻ |
| Pſa | pa ፐ | pu ፑ | pi ፒ | pa ፓ | pe ፔ | py ፕ | po ፖ | פ | 800 ፰፻ |

*Alia ſyllaba, non Diphthongi, quia ex ſententia doctiſſ. nullas habent. Hæ ſemper in analogas variantur* በሐኰ: f. *Pl. Præt.* በሐኳ:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| kua ኰ | kuy ኵ | kui ኲ | kua ኳ | kue ኴ | 900 ፱፻ |
| kua ቈ | kuy ቍ | kui ቊ | kua ቋ | kue ቌ | 1000 ፲፻ |
| gua ጐ | guy ጕ | gui ጒ | gua ጓ | gue ጔ | 2000 ፳፻ |
| hhua ኈ | hhuy ኍ | hhui ኊ | hhua ኋ | hhue ኌ | 3000 ፴፻ |

*Literæ Amharicæ.*

ሸ ሹ ሺ ሻ ሼ ሽ ሾ
ቸ ቹ ቺ ቻ ቼ ች ቾ
ኘ ኙ ኚ ኛ ኜ ኝ ኞ
ኸ ኹ ኺ ኻ ኼ ኽ ኾ
ዠ ዡ ዢ ዣ ዤ ዥ ዦ
ጀ ጁ ጂ ጃ ጄ ጅ ጆ
ጨ ጩ ጪ ጫ ጬ ጭ ጮ

*v. Cl. D. D. Jobi Ludolphi Gr. Æthiop. 3.*

Omnes hæ literæ (utpote Auſtrales) more Septentrionalium, leguntur à ſiniſtra dextram verſus: Reliquæ ſex Orientales contrà, Orientis inſtar Solis, ab ortu moventur in occaſum, à dextra in ſiniſtram. Armeni, Iberi, *&c.* qui cum Æthiopibus hic conſpirant, ſuas et. hâc in re habent rationes. Arabes & Perſæ cum his eodem ordine numerant, μι, μμ, *&c. v. Grav. Gr. p. 8.*

## *Alphabetum Arabicum.*

| Nomen | Figura. | | | Poteſtas. | | Numeri. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | *Final.* | *Med.* | *Init.* | | | |
| Elif | ـا ا | ـا ا | ا | א | 1 | ı |
| Be | ـب ب | ـبـ | بـ | ב | 2 | μ |
| Te | ـت ت | ـتـ | تـ | ת | 3 | ω |
| Thſe | ـث ث | ـثـ | ثـ | *blaſum* ת | 4 | ع |
| Zjim | ـج ج | ـجـ | جـ | Zj | 5 | o |
| Hha | ـح ح | ـحـ | حـ | Hh | 6 | ч |
| Cha | ـخ خ | ـخـ | خـ | *ferè Gr.* γ | 7 | v |
| Dal | ـد د | ـد | د | *Hebr.* ד | 8 | ʌ |
| Dhſal | ـذ ذ | ـذ | ذ | ד *blaſum* | 9 | 9 |
| Re | ـر ر | ـر | ر | *Hebr.* ר | 10 | 1. |
| Ze | ـز ز | ـز | ز | *Hebr* ז | 20 | μ. |
| Sin | ـس س | ـسـ | سـ | ס | 30 | ω. |
| Schin | ـش ش | ـشـ | شـ | ש | 40 | ع. |
| Sad | ـص ص | ـصـ | صـ | צ | 50 | o. |
| Dad | ـض ض | ـضـ | ضـ | צ *blaſum.* | 60 | ч. |
| Ta | ـط ط | ـط | طـ | ט | 70 | v. |
| Da | ـظ ظ | ـظ | ظـ | *blaſè ut* ט | 80 | ʌ. |
| Aain | ـع ع | ـعـ | عـ | *Hebr.* ע | 90 | 9. |
| Gain | ـغ غ | ـغـ | غـ | *G, quod in gutture effertur.* | 100 | 1.. |
| Fe | ـف ف | ـفـ | فـ | *Hebr.* פ | 200 | μ.. |
| Kaf | ـق ق | ـقـ | قـ | ק | 300 | ω.. |
| Kef | ـك ك | ـكـ ـكـ | كـ | כ | 400 | ع.. |
| Lam | ـل ل | ـلـ | لـ | ל | 500 | o.. |
| Mim | ـم م | ـمـ | مـ | מ | 600 | ч.. |
| Nun | ـن ن | ـنـ | نـ | נ | 700 | v.. |
| Waw | ـو و | ـو | و | *ut Angl.* W | 800 | ʌ.. |
| He | ـه ه ـة ة | ـهـ ـهـ | هـ | ה | 900 | 9.. |
| Je | ـي ي ـيـ | ـيـ | يـ | י | 1000 | 1... |
| Lam elif | ـلا لا | ـلا | لا | | | |

Ordo literarum apud Occidentales Arabes, *ſ.* Mauros, *v. Erp. Gr. Ar.* 5.

## *Alphabetum Perſicum.*

| Nomen. | Figura. | | | Poteſtas. |
|---|---|---|---|---|
| | *Fin:* | *Med.* | *Init.* | |
| Elif | ـا ا | ـا ا | ا | *Ar.* ا |
| Be | ـب ب | ـبـ | بـ | ب |
| Pe | ـپ پ | ـپـ | پـ | *ut* P *Lat.* |
| Te | ـت ت | ـتـ | تـ | *ut Ar.* |
| Se | ـث ث | ـثـ | ثـ | *ut Ar.* |
| Sjim | ـج ج | ـجـ | جـ | *ut Ar.* |
| Che | ـچ چ | ـچـ | چـ | *Angl.* Ch. |
| Hha | ـح ح | ـحـ | حـ | *ut Ar.* |
| Cha | ـخ خ | ـخـ | خـ | *ut Ar.* |
| Dal | ـد د | ـد | د | *ut Ar.* |
| Zal | ـذ ذ | ـذ | ذ | *ut Ar.* |
| Re | ـر ر | ـر | ر | *ut Ar.* |
| Ze | ـز ز | ـز | ز | *ut Ar.* |
| Zhe | ـژ ژ | ـژ | ژ | Zz *Ital.* |
| Sin | ـس س | ـسـ | سـ | *ut Ar.* |
| Schin | ـش ش | ـشـ | شـ | *ut Ar.* |
| Sad | ـص ص | ـصـ | صـ | *ut Ar.* |
| Zad | ـض ض | ـضـ | ضـ | *ut Ar.* |
| Ta | ـط ط | ـط ط | طـ | *ut Ar.* |
| Sa | ـظ ظ | ـظ ظ | ظـ | *ut Ar.* |
| Aain | ـع ع | ـعـ | عـ | *ut Ar.* |
| Gain | ـغ غ | ـغـ | غـ | *ut Ar.* |
| Fe | ـف ف | ـفـ | فـ | *ut Ar.* |
| Kaf | ـق ق | ـقـ | قـ | *ut Ar.* |
| Kef | ـك ك | ـكـ | كـ | *ut Ar.* |
| Ghaf | ـگ گ | ـگـ | گـ | *ut* Gh. |
| Lam | ـل ل | ـل ل | لـ | *ut Ar.* |
| Mim | ـم م | ـمـ | مـ | *ut Ar.* |
| Nun | ـن ن | ـنـ | نـ | *ut Ar.* |
| Waw | ـو و | ـو و | و | *ut Ar.* |
| He | ـه ه | ـهـ | هـ | *ut Ar.* |
| Ye | ـي ي | ـيـ | يـ | *ut Ar.* |

---

IN nominibus literarum ferè conveniunt Orientales hi omnes, de quorum ſignificatu, & quæ in iis continentur myſteriis, Judæi multa. *v.* Ben Jochai, Alchanna. שערי אורה Ars Cabal. l. 713, 824. De ſignificatu Æthiopicarum *v.* Ach. Venerium, *&* M. Victorium. Hæc nomina שין׳ ריש׳ טית׳ גימל׳ *&c.* originem planè ſapiunt Chaldaicum, potiùs quàm Hebr.

Figura proinde literarum, quæ Hebraica ubique nunc audit, eſt extra dubium Chaldaica. *v.* Cl. Gerh. Harm. Ling. Or. 16. Capelli Diatr. Altredz. Antig. d. Eſpañ 147.

Sex habent Hebræi, & in MSS. multò plures, literas dilatabiles, אהלםתח (rariùs hoc ult.) quia voces ſub lineæ finem dividere non ſolent: quod Æth. & Syris in uſu eſt, præſertim in MSS. *v. Alpheſ. H.* ס׳ תורה 148 2. Syrorum literæ ex utraque parte ligabiles, ܒܓܚܛܝܟܠܡܢܣܥܦܩܫ Et ex una tantùm ܐܕܗܘܙܨܪܬ Quædam aliquando longiùs producuntur ــب etiam Arab. الـ

Perſæ quatuor habent literas, *Pe*, *Che*, *Zhe*, *Ghaf*, ab Arabicis planè diverſas, quarum tres illis cum Turcis ſunt communes, *Pe*, *Che*, *Ghaf*, etiam quàm ſæpiſſimè prout ſui ſimiles, *Be*, *Zjim*, *Ze*, *Kef*, indifferenter occurrunt, ſcribunturque. Quin ad exprimendas voces exoticas *ſ.* peregrinas, vel ſaltem ab iis deductas, (ut ሐ & ፐ apud Æthiopes, *v. Lexic. Æthic.*) frequenter inſerviunt. Sic voces cū پا & پي incipientes non paucæ, aliquid

quid ad pedem *ſ.* manum (quæ anterior eſt pes) pertinens denotat. چتليق Catholicus, چيرا *Gal.* Choſe, چيلة *Gal.* Souflet, چريسي Zirbus, چكم Jecur, چرا Quare? ژنده Cento, ژنگار Σκωρία, ژك *i. q. Ar.* شكا Sic et. گاو Taũo, گان *Mina*, گاره *Caſa.* Hoc idem cæteris etiam eſt commune; at peculiare magis illud, cum tribus Turcicis literis, atq; hujus gentis voces haud paucæ in hanc linguam ſe ingeſſerunt.

Ventri literarum apud Hebræos & Chal. duo inſcribuntur puncta, *Dageſch* & *Mappik*, Syriacæ illud, (*v.* ܪܘܟܟܐ) hoc Chal. originis, à נפק Uſûs igitur recentioris. *Dageſch* eſt vel Lene, quod literas ב ג ד כ פ ת indurat, בּ *b*, גּ *g*, דּ *d*, כּ *k*, פּ *p*, תּ *t*, quorum Rafata poteſtas, *bh, gh, dh, &c.* vel Forte, quod literas geminat, לִבּוֹ libbo, *cor ejus*. Omnibus accidit, exceptis Gutturalibus. In initio dictionis, & in medio, poſt Sheva quieſcens, eſt Lene: in medio, poſt vocalem brevem, aut longam, eſt Forte: *it.* in fine, niſi ante finalem *Begadkephath ſchevatam* aliud Scheva quieſcens præcedat, *ut* נֵרְדְּ *Nerd*, ܒܙܬ *Bazt*. Tam apud Syros, quàm Hebr. compenſatur defectus literæ per Kuſhoi, ܢܦܟܘܢ à ܢܦܠ *fraudabitis*, cum Ruchoch, ܢܟܠܘܢ à ܟܠܐ *Prohibebitis*. Ut H. *Dageſch* forte in Nominibus רַבִּים *&c.* Sic Sy. *Kuſhoi*, ܪܒܐ ܓܒܐ *Rabo, Gabo*; ܟܠܬܐ *Kaltho*; ab Heb. כַּלָּה literæ defectū connotat. Punctorū apud Syr. uſus in Verbis, *v.* in Tab. Conjugationū. Notæ ſunt et. Pl. numeri. Duplex punctum ſupra *Reſch*, interdum notat literam, & primā præteriti, *ſ.* Fut. vel Benoni, ut ܩܪܝܬ *Kryt*, Vocavi; non *Krait*, Vocâſti.

Ebræorum Dageſch forte, Chald. Syr. Æth. Arabibus & Perſis per Nun reſolvitur. מַנְדְּעָא *pro* מַדְּעָא & קַנְצִי *pro* קַצִּי. Ex Heb. אַתְּ אַתֶּם *Syr.* ܐܢܬ, ܐܢܬܘܢ; *Æth.* አንተ: አንትሙ: *ex* אבוב טבור חטה انبوب طنبور حنطة ab hoc ult. Perſ. گندم & سنبه ሰንበት: à Chal. שַׁבְּתָא *i. q.* שבת. *Mappik* eſt punctum educens literam ה in fine, & ו in medio, è quiete in motum, *ut* רַגְלָהּ צִיּוֹן גָּבְהָהּ pes ejus, f. Hoc olim per Raphe, Zach. 5. 11. לָה Exod. 9. 18. הִוָּסְדָה Sic & Chal. & in m. g. רַגְלָהּ In verbis perit, ſequente vocali, *ut* גְּבָהוּ Syri punctum illud ſupra ponunt cum *Pthobo* ܒܝܬܗ ܙ *Ar.* ة punctatum, ſonum ת *Te* habet.

Samaritani lineolā ſupernè, loco Dageſch interdum uſurpant. Syris eſt punctū ſupra ܩܘܫܝܐ quod (Dageſch lenis inſtar, & ex illius legibus) indurat; infra ܪܘܟܟܐ quod mollit: literam autem geminant nullam.

Æthiopibus in uſu eſt geminatio literarum, at nullâ notâ indicatur. 1. Nomina formæ ግብር: *gybbur*. 2. Eliſio literæ. ነደ: *Nedda*, *pro* ነደደ: 3. Secunda pl. Præter. maſc. penult. geminat, ገበርክሙ: *gabarkymmu*. *v.* *Gr. Æth. IL.* 10.

مؤد *pro* مؤدو *Partic.* IV. Pollens viribus, robore. 2, Apparatu neceſſario, armis inſtructus. 3, *Sine Hamza primæ radicalis,* Periens, perditus. *v.* ودي IV.

إيداء *Act.* IV. Adjumentum, opitulatio: corroboratio.

أدواء Paſſiones, πάθη, παθήματα. Rom. 1. 26. c.7.5. *Erp. v. in* دوي.

---

**אדח** Ar. ادخر Aladchir, *vel* Aladkir. *Avic.* iijſvj30. *Et ſine articulo B.* Adchar, Squinanthum ijtij 597. *eſt*

σχοῖνος *ſ.* Juncus *in genere*, odoratus & non odoratus. *Avic.* ijtij 7. *Ar. Dioſcor.* j 16. & iiij 52. *Scribitur etiam cum* ذ.

---

**אדט** Ar. أدط *v.* ذط.

---

**אדי** Æth. አዴ: *v.* ዐዴ:

Ar. أدي, أدي *Act. Fut.* I. Incraſſuit lac, in ſpiſſiorem conſiſtentiam coivit, *ut quando in oxygalam vel cremorem convertitur.* 2, Multus evaſit, fuit. ادي السقاء Vix potuit jactari uter ad eliciendum butyrum; *adeò plenus & gravatus fuit.* 3, *i.q.* ادو 4, I. Per inſidias captavit. *cc* ل. 4, قطع الله اديه Amputavit, ſecuit Deus manus ipſius. *i.e. adagiali ſignif.* Opibus exuit eum, ut non ſit quod largiri poſſit; *aut* Enervavit, diminuit potentiam; *ſ. imprecationis form.* Amputari manus ejus velit Deus. II. Fecit ut quid perveniret: miſit, attulit, adduxit, perduxit. Gen. 42. 19. c. 45. 17. *Erp.* Jud. 15.12. 2, Perſolvit *decimas*, præſtitit quod debebat. Hebr. 7. 2, 4, 9. Eccli. 46. 6. *ccar.* & ل *p.* IV. *pro* اعدي Juvit, ſuppetias tulit. *ccap.* & على. *r.* 2, Paravit, inſtruxit ſe *ad iter. cc* ل. *v.* ادو. V. *i.q.* 2, II. *cc* ل *p.* & من *r.* 2, Pervenit *nuncius. cc* الي *p.* X. *i.q.* استعدي Auxilium & opem petivit, ſuppetias imploravit. *ccap.* & على *r.v.* ادو. Moleſtus graviſque fuit & eſſe cœpit: importunè exegit & extorſit *pecuniam. cc g a.* Jud. 1.28,30,33,35.

أدي Paucus *grex*, opes. 2, *contrà de veſte*, Amplus. *v.* ادي & يدي.

آدي هو آدي للامانة منك *pro* الادي Præſtandâ fide, *ſ.* præſtando & reddendo eo quod fidei commiſſum, potior te eſt.

أداء & *quidam cum Keſra, qs. Act. irregul.* II. *Conj.* Solutio, præſtatio. 2, Perductio, miſſio. 3, Res quæ perſolvitur, penditur, *aut* quæ debita præſtatur.

مودي Perſolutus, præſtitus. 2, Adductus, perductus.

أدي *Nom.* Viri: *ut qui pater Malic aſſeclæ Muhammedis.*

أدي *Nom.* Viri: *e. g. ejus qui avus fuit Meádi Ibn Habl.*

¶ أدي *Fut.* A. Læſus fuit; percepit noxam, damnum, moleſtiam, incommodum, ægritudinem. *cc* ب *r.* & من *à quo.* 2, Noxâ, moleſtiâ, dolore, damno affecit, vexavit, læſit, offendit. Gen. 26. 11,29. Joſ. 2.19. Jud. 15. 12. c. 16. 16. c. 18. 7. (*cum* د Ruth 2.9.) 1 Sam. 10. 27. c.24.7. c.25. 7,15. 2 Sam. 14. 15. c.24. 13. 1 Paral. 16. 21. Marc.14.6. *Erp.* IV. *i.q.* 2, I. *quæ ſignificatio potiùs ad hanc pertinet. ccap.* & ب *r.* V. *Paſſ.* *Conj.* II. *cc* ب *r.* & من *p. à qua.* Dan.6.2. Hoſ.9.7.

أذي, أدي, *loco* ي *etiam* ا, *qs.* ἄτη, أداة, أذاة, أدية *qs.* ἀηδία *Gr. Act.* I. 2, *ipſa potiùs* Moleſtia, noxa, detrimentum, offenſa, ægritudo. 3, Id ex quo illa oriuntur, percipiuntur.

آد, *f.* أدية, أد *pro* أدي, أدي, الأدي, (*Pl.* أوادي Undæ Maris) Moleſtiam, incommodum, noxam capiens: vexatus, læſus, offenſus. Affectus dolore. 2, Eodem loco conſiſtere neſciens & impatiens *camelus, a, brutum, velut noxa aut molestia impulsum, quietis moreve impatiens, non ex morbo aliquo aut dolore, sed ex indolis vitio peculiari aut feritate.* 3, *ab ea mobilitate,* Unda & fluctus *maris.*

اذي Valde molestus, gravis & noxius. 2, Fluxus maris, unda.

موذ *pro* موذي, ٥ Nocens, fædens. Infensus, perniciosus. Lxſ. s. Job. 36. 16. Jerem. 37. 10. 1 Reg. 18. 17, 18. 2 Reg. 2. 19. Act. 5. 16.

اسدتادية Vehemens noxa: magna læsio. *Avic. jfid5ſ3c* 1. *Bd.*

بلا اذي Absque noxa, tutó. *Avicen. passim. Bd.*

---

**ארך** Ch. אֲרַךְ Extinxit. *i. q.* דעך *It.* Imbuit, instituit. *G. F.*
אֲרַךְ Illa, ipsa; alius, alia.
אַדְכִי Adhuc, amplius, præterea.
אַרְכִי Duæ lineæ ædificii, duo muri. *G. F.*
אורכי *v.* אורבי.

---

**ארל** Chald. אֲדִילֵי *v.* ארוילי.

Syr. ܐܕܠܠ Plaustrum cœleste; Ursa major.

ܐܕܠܬܐ Zingiber. *Pl.* ܐܕܠܬܐ Fores, *vel* portæ bipatentes.

ܐܕܘܠܐ Juncus, Scirpus. *It.* Fibra, filamenta *nervi.*

Sam. ࠀࠃࠋࠌࠀ & ࠉࠃࠋࠌࠀ Antequam. Gen. 2. 5. c. 24. 15. Lev. 14. 36.

Æth. አድለወ *v.* ድለወ :

Ar. أدل *Fut.* I. Sanatum fuit & bene habuit elapsâ eſcharâ *vulnus.* 2, *Fut.* A. Jactitando motitavit *lac* eliciendi butyri ergô, *quod in utre facere Arabum mos est.* 3, Rixatus fuit *de re gestanda* graviùs onustus. *qs. pro* عدل.

ادل *i. q.* اجل, *vel pro eo,* Dolor colli. 2, Lac crassum & acidum, *idoneum ut jactando eliciatur butyrum.* 3, Res de qua movetur, *vel* ex qua oritur, rixa.

¶ أدل *Fut.* I. *Act.* أدل, Mentitus fuit.

---

**אדם** אָדַם Rubuit, rufus, rubicundus fuit. Thren. 4. 7. *Py* Id. *Part.* Nah. 2. 3. *al.* 4. *Pl.* Exod. 25. 5. *Hiph.* Id. *Fut.* Isa. 1. 10. *Hithp. Fut.* Prov. 23. 31.

אָדוֹם m. Rufus, ruber, rubicundus, & *aliquando* rubedo. Cant. 5. 10. Isa. 63. 2. *Pl.* 2 Reg. 3. 22. f. אֲדֻמָּה Rufa. Num. 19. 2.

אֱדוֹם Edom: *Cognomen Esau patris Edomitarum, ita dictus à pulmento* rufo *pro quo primogenituram vendidit.* Gen. 25. 30.

אֹדֶם m. Pyropus, Sardius, rubinus, *lapis pretiosus.* Exod. 28. 17. & 39. 10. Ezek. 28. 13.

אָדָם c. Homo, *quia creatus est* עָפָר מִן אֲדָמָה *pulvis ex terra,* Gen. 2. 7. Psal. 82. 7. Isa. 44. 13. *Quando opponitur* אִישׁ *significat* hominem plebeium, & infimæ sortis, *ut* Psal. 49. 3. *It.* quisque, Lev. 1, 2. אָדָם *denique est* nomen Urbis Tiberiadis stagno vicinæ. Jos. 3. 16.

אֲדָמָה c. Terra quæ colitur, humus, pulvis, *à subrufo colore.* Gen. 2. 7. *Const.* Gen. 47. 20. Exod. 3. 5. 1 Sam. 4. 12. *Aff.* Gen. 47. 23. Prov. 12. 11. *Pl.* Psal. 49. 12.

אַדְמֹנִי m. Rufus, rubicundus. Gen. 25. 25. 1 Sam. 16. 12. & 17. 42.

אֲדַמְדָּם m. Subrufus, *al.* impensè rufus. Lev. 13. 42. f. *v.* 43. *Pl.* f. Lev. 14. 13.

Chald. אֱדַם Rubuit, rufus est. *Hithp.* Id. *Pa.* אַדֵּם *i. q.* הַדֵּם discidit. *Avoda Sara f.* 38. 2.

אַרְמְתָא Terra, à rufo *colore qui ei in Oriente naturalis.* Gen. 2. 5. 2 Reg. 5. 17.

אָדָם Adam, *Nomen primi hominis, qui ab Hebræis communiter vocatur* אדם הראשון Homo primus, *à Chaldæis* אדם קדמאה Id. Ps. 92. 1. Gen. 1. 27. *In quem locum Jonathan corpus humanum* 248 *membris et nervis* 665 *constare observat.*

אָדִים Rubrum. בְּכוּרֵי דְאָדִימֵי Inter albos *pisces erant,* qui *jam* (sc. alterâ die post capturam) acti sunt rubei. ספר רפואות

אֹדֶם Rubedo; Semen muliebre, *q.* rubrum. *Savim c.* 2.

אֲדַם ,אדם Sanguis. *v. in* דָּם.

אֱדוֹם Edom, Edumæa, Edumæus populus. *Eo Judæi regnum Christianorum, & imperium Romanum Græcumque intelligunt, et utrumque etiam sub voce* כִּתִּים: *Hócque quia Titum Vespasianum, Romanos et Christianos quoscunque ex Edom propagatos existimant. Sanh. c.* 11. *S.* 34. *in Gem. v. Coch. in l.*

אֱדוּמָה Cholera, rubra bilis.

אֱדוּמִי Edumæus. *Pl.* אֱדוּמִיִּם & אֱדוּמָאֵי Gen. 36. 9. Ezech. 36. 5.

אַדְמִישׁוּת Rubedo, rufus color.

אֲדַמְדְּמָנִי Uvæ immaturæ. *al.* colores rubri, *ut* minium. *al.* pulvis ex fungis rubeis factus ad necandas muscas.

דְּמְדוּמָה Rubedo, *per aphær.* א *In Gem. Schab. f.* 118. 2.

מַאֲדִים Mars Planeta, *præ cæteris rubens, &, juxta Astrologos, rubicundos gignens.*

Syr. ܐܕܡ Homo, quisquam. Gen. 2. 7. 1 Reg. 17. 32.

ܐܕܡܬܐ Terra, *pec.* rubra. Gen. 2. 7.

ܐܕܘܡ Terra rubra. Edom, Idumæa. Isa. 34. 6. *Etiam* Roma: *aliis a.* Damascus. *B. B.*

ܐܕܘܡܝܐ Idumæi. Isa. 34. 5.

ܐܕܡܘܣ Adamas. Amos. 7. 7, 8. *al.*

ܐܕܡܐܣ Id.

ܐܕܡܘܣܝܐ Adamantinus.

ܐܕܡܘܬܐ Similitudo. *B. B.*

Sam. ࠀࠃࠌ *v.* דם.

Æth. አደመ : Placuit, complacuit: jucundum, delectabile fuit: prosperè egit. Matth. 14. 6. *Fut.* 2 Cor. 11. 18. Heb. 13. 16. 1 Joh. 3. 22. 3 Joh. 2.

አዳም : Jucundum, delectabile. Psal. 132. 1. Cant. 2. 14.

አዳም : Adam. Luc. 3. 38. *q. d. Dei* delectatio Prov. 8. 31.

ኣዲም : Pellis, corium rude. Matth. 3. 4. Mar. 1. 6.

አድማስ : Adamas. *Miss. Æth. p.* 172. *c.* 2. *l.* 20.

አድማስ : ሰገድ : Nom. propr. regis Æthiopiæ.

አድያም : Vicus, vicina. Psal. 43. 14. Matth. 2. 16. Marc. 6. 6. Can. 7. 11.

እድሜ : *v.* ዕድሜ :

Ar. أدم *Fut.* O. I. Junxit, addidit *rem rei. ccap.* & ب *r. conf.* نظم. *Pec.* ادم الخبز باللحم Addidit panem carni, *et qs.* carne condivit. ادم لهم خبزهم Opsonio junxit & miscuit illis panem. De opsonio prospexit, opsonium dedit. *ccap.* 2, *i. q.* 1, IV. *et Pass.* احري ان يودم بينكما Præstat convenire inter vos, amorem intercedere & concordiam. 3, Fuscus evasit *vel* fuit. *Et Præt.* I. *Fut.* A. *It. Præt.* O. idem. 4, *Fut.* O. *i. q.* 1, *seq.* III. *ad quam potiùs pertinet. ccap.* III. Pro exemplari, antistite, duce, quem alii sequerentur, fuit. *ccap. an qs. Adami instar? an pro ὁδηγεῖν?* 2, *i. q.* 2, IV. IV. Pacem fecit, amore junxit, redintegravit amorem. Concordiam & consensum conciliavit, firmavit. *cc* بين. 2, Convenit, concors fuit: consuetudine, familiaritate, amicitiâ junctus fuit. *qs. hominem se præbuit.* لا يودمن الا مودما Non amant *fœminæ* nisi amantem. 3, Opsonatus fuit. Opsonio condivit panem. *cca.* 4, ادم الاديم, *i. e.* اظهره, Conspicuam reddidit, retexit cutem. VIII. Junctus, additus fuit *rei alteri. cc* ب. Opsonium fecit, pro opsonio fuit. 2, *Metaph. qs. ab opsonio,* subeunte novo humore revixit, refectumque fuit & nutriri cœpit lignum *s.* arbor, *uti veris initio.* X. Petivit opsonium. *ccga.*

أدم *Act.* 1, 2, I. 2, Conjunctio, necessitudo: familiaritas. Consensus, concordia.

أدم, *pro quo & dr.* ادام & ادمة, Quod quis sibi imitandum sumit, exemplar, antistes: *uti* هو ادم اهله Dux & antistes est suorum.

ادم *Act.* 3, I. 2, Adam *pro* آدم, Gen. 2. 7. 1 Cor. 15. 45. Homo. *pro quo frequentiùs* ابن ادم Filius Adami. Fœtus humanus plenè formatus; *quod jam homo.* 3, Sepulchrum. 4, Dactylorum species, *Berni.* 5, *dicitur. Nomen* 6, *Poetis,* Arabia felix الادم loci *prope Dzu-kar, quod aqua est prope Cufam;* 7, loci *circa Amk, vallem apud Thaïf oppidum Arabiæ partis Higiázæ;* 8, pagi *in territorio Sanaæ, quæ Ar. felicis metropolis;* 9, tractûs *prope Hagiar in Arabia;* 10, tractûs alterius *in Oman, Arabiæ regione altera.*

آدم *pro* أادم (*Heb.* אָדֹם ruber) *Pl.* اوادم, Fuscus, olivastrus. *Hisp.* Morado, *vulgo* Molato; *Pers.* كندم, كونه, *Turcis* اكلو بغداي Triticeo colore præditus. *Inde* 2, Adam, Gen 1. 27. primus hominum pater, *quòd ex rufiore creatus terra.* 3, *Camelis tributum,* Candidus, perquam albus. Pilosus. Albam & nigram *s. variegatam* utramque habens pupillam. Cineraceis *s.* pulverulentis striis notatus *dorcas mas, sed ita ut* cætera albus.

ادام *Nom.* loci. 2, *Triptoton.* ما يودم به Id cum quo res alia jungitur, *vel* quod intercedit ad conjungendum.

ادام *Pl.* ادم, آدام *pro* الادام, ادمة. *Pers.* نان خورش, *Turc.* اتمك قتقي Opsonium. ما يطيب به لطعام, Quicquid pani additur in condimentum; *uti butyrum, mel, lacticinia, carnes, fructus, &c.* 2, Dux, antistes, exemplar. 3, Concordans, consentiens. 4, *Nom.* putei, *qui distat diei itinere à Medina.*

ادام Coriarius, qui coria vendit, *pecul.* caprina.

اديم, *Pl.* ادم, آدمة *pro* اادمة, آدام, Opsonio junctus & *qs.* conditus *panis.* Opsonium, condimentum. مادوم Idem. *Prov.* اطعمتك مادومي, *ad verbum,* Apposui in cibum tibi panem meum cum obsonio, *h. e.* اتيتك بعذري Attuli tibi excusationem meam, quoad potui excusavi me. 2, Superficies terræ; *ab Heb.* אֲדָמָה terra. *Pl.* ادم, It. Coria. *Et al. Pl. juxta Marufid* اادم, *quod a. Gieuh. vult carere Sing. Hinc* 3. Pellis. (Marc. 8. 6. *sine* ℈e.) & Corium; idque *s.* crudum *s.* concinnatum. *Pec. i. q. Pers. & Turc.* سختيان *Sachtian,* Corium ex pelle caprina. & corium odoratum, quod ex Ar. felice portatur. Exod. 26. 14, (*absque* ℈e c. 25. 5. 1 Par. 17. 1.) 4, *Metaph.* اديم السماء *i. q.* רָקִיעַ Expansum cœli. Job. 37. 21. Ecclesiastic. 16. 15. cap. 26. 20. c. 43. 9. اديم النهار Expansio diei *s.* lucis, *i. e.* عامته Diffusio & albedo, claritasque ejus. Totus & integer dies. ظل اديم النهار صايما واديم الليل قايما Egit totum diem jejunans & totam noctem vigilans. اديم الضحى Splendor & vis provectæ diei, cùm plenâ luce Sol fulget. *Nom.* 5, loci prope vallem Wadi Kora, *quæ vicina Meccæ;* 6, tractûs cujusdam terræ Serátæ; 7, tractûs, *aliis* Arab. felicis, *aliis*

Tehamæ, *quæ Occidentalis Arab.. depreſſior pars eſt.* 8, equi Abraxi Kelebitæ.

اديم *Nom.* Arabis Talebitæ cujuſdam è numero ſociorum Muhammedis; 2, loci.

ادمة *Act.* Fuſco colore imbui *aut* præditum eſſe. 2, Color fuſcus *in homine.* Candor, albedo clara & vegeta, *in camelo.* Color nigro *aut* albo miſtus *dorcadi tributus*; *hinc* 3, Commiſtio, miſtura, miſcella. 4, Conjunctio, nexus, *ſ. potiùs* ejus cauſa: & id quo intercedente res duæ junguntur. Propinquitas, affinitas, neceſſitudo. 5, Munus, donarium; *quòd eo mediante acceſſus paratur ad principes & quoque ad amicos.* 9, Exemplar, dux, antiſtes.

ادمة *Pl.* ادمات (*Oppoſ.* τῷ بشرة ἐπιδερμὶς *Gr.* cuticula externa & aſperior) Cutis, *ſpec.* interior & mollior, quæ operit carnem *ſ. potiùs* omentum; δέρμα. *It.* externa, *utì capitis.* *Hinc* مودم مبشر, *qs.* λειοτραχὺς mollis & aſper *vir*, qui lenitatem cum aſperitate conjunctam habet, *id eſt*, *i. q.* حاذق وبحرب Ingenio pollens, induſtrius. Expertus, prudens, vafer. 2, Interior pars terræ. *v.* اديم *contrar.* 3, *i.q. proximè præc. ſignif.* 4, & 6.

آدمي, ה, Adamicus, Humanus. Qui ex Adamo prognatus, homo. *Dual.* Gen. 5. 2. Adamæi *ſ.* Adami *homines duo, ſc.* Adam & Eva. *Bd. ex Comm.*

ادمي 1, ادمام 2, اديمة 3, ادمان 4. *Nom.* 1, loci. 2, oppidi. 3, montis. 4, arboris. *It.* Putredo *ſ.* mucor nigricans, inficiens cor *ſ.* medullam palmæ; *à fuſco nigrove colore.*

ادمان, f. ה *pro* ادماء, *Diptoton*, Candidi coloris *dorcas.* *Triptoton verò Pl.* τοῦ ادم, Fuſci, æ. *It.* Candidæ, ſimulque ſtriis cineraceis notatæ *dorcades, quod genus in clivoſis durioris ſoli terris ſubinde reperitur.* *Fœmininum uſurpatur in carminibus Dzulrumma, quod tn. carpit rejicitque Aſmaeus. Pro anomalo habet Camus.*

ايدامة, ايدمة *Pl. juxta Kam.* اياديم, Terra dura lapidibus carens.

¶ ادوم Edom, *nom.* regionis ab Eſau dictæ. Gen. 36. 21.

---

**אדן** אֶדֶן m. Baſis, fulcrum, ſtylobates. Exod. 38. 27. *Pl.* Exod. 26. 26. *Conſt. ibid. & v.* 36. *Af.* Exod. 35. 11. & 38. 10. Job. 38. 6.

אָדוֹן m. Dominus. *qui quaſi baſis domûs aut familiæ.* Exod. 23. 17. Iſa. 1. 24. *Conſt.* Joſ. 3. 11. Pſal. 97. 5. *Aff.* Gen. 23. 15. & 47. 18. *Hinc* Adonis, *qui etiam* Thammuz *dictus, v. Selden. de D. Syr. l.* 2. *c.* 11. *Pl.* אֲדוֹנִים Domini, *dicitur & de uno & de pluribus, ad morem hujuſce linguæ, quâ Pluralis ſæpe ponitur pro Singulari ad amplificationem honoris & dignitatis. Sic dicitur de uno Deo*, Pſal. 136. 3. Mal. 1. 6. *it. de uno Potiphare, Pharaone, Joſepho, &c. v.* Gen. 24.9. c.39.2. c.40.1. c.42. 30. Jud. 3. 25. 2 Sam. 20. 6. *Conſt.* Gen. 42. 30. Deut. 10. 17. *Aff.* Gen. 24. 51. Pſal. 8. 2. Amos 4. 1. אֲדֹנִי. Domini mei *cum patach ſemper ſcribitur (niſi ob accentum mutetur) cùm dicitur de hominibus; at cùm Deo tribuitur et Angelis Divinis cum camets, idque ut vocalibus reſponderet nomini Tetragrammato* יְהֹוָה: *v.* Gen. 28. 27, 30. Pſal. 2. 4. *et* 73. 28. *At* Gen. 19. 2. *cum patach de Angelis adhuc ignotis dicitur. Eſt hoc inter Attributa Dei (ut notant Judæi) extremum, et creaturis proximum. Jezirah p.* 8.

Chald. אוּדְנָא, אוּדֶן Auris. *ex Heb.* אזן *literis* ז *et* ד *inter ſe commutatis.* Job. 12. 11. Pſ. 18. 45. *Af.* Job. 4. 12. Jer. 6. 10. *Pl.* Pſ. 115. 6. *Conſt.* Pro. 23. 9. *Aff.* 1 Sam. 15. 13. Zach. 7. 11.

אוּנָא *contractè pro* אוּדְנָא. id. *Tal. Breſh. R. S.* 45. *Pl. Cholin. f.* 105. 2. *met.* Manubrium, anſa, *ut* אונא דזיקא Anſa utris. *Gittin f.* 69.

אוּדְנָא Cupa. *Sic Aruch ex Gemara, ubi jam legitur* אנגנא: *it.* Balneum, Thermæ.

אָדוֹן Dominus.

אַדְנוּת Dominatus, dominium. *R. Salomon in Gen.* 35. 7. *et* Iſa. 19. 4.

אַדְנֵי Heliotropium. Herba, *inquit R. Salomon*, cujus folia mane ſe inclinant versùs ſolem, meridie erecta ſunt, veſperi rurſus incurvant ſe versùs occidentem ſolem. *Schab. f.* 35. 2. *Gem. In gloſſa ſcribitur* אדאני.

אודייני *et* אורנ׳א Tentorium, tabernaculum. *al.* ſpecula alta cuſtodum agrorum. *al.* Ciſterna aquarum tecta. *Bava Baſra f.* 144. 1. *ſcribitur et* אידווני.

ארני שדה Homines agreſtes. *al.* Beſtia homini ſimilis, *ut* ſimia, cercopithecus. *Kilaim c.* 8. *v. Bx.*

אִדָן Salix, *aut* ſpecies ſalicis cui lanugo adnaſcitur. *Schab. c.* 2. *init.*

הָאִידָּנָא, אִידְּנָא Nunc, hodie, hoc tempore, *ex* עדן *per commut. gutturalium.* עד האידנא uſq; nunc, uſque ad illud tempus. *Talm.*

אידונריקי, אֲדוֹנְקִי Magnates, proceres, Satrapæ, honorati. *Cholin f.* 60. 2. *R. David* Joſ. 13. *In Jalkut* ארנדקי.

אֱדַיִן Tunc. *in* אר. אדינרי *v:* דנר.

מוֹאדְנִין Lances, *a* מֹאזְנַיִם Eccleſ. 2.8.

Syr. ܐܶܕܢܳܐ, ܐܶܕܢܳܐ f. Auris. 1 Cor. 2. 9. c. 12. 16. *Af.* Marc. 14. 47. Joh. 18. 10, 26. 2 Tim. 4. 4. *Pl.* Mat. 11. 15. Luc. 8. 8. c. 12. 3. *Af.* Gen. 20. 8. Mat. 10. 27. c. 13. 15, 16. Luc. 1. 44. *It.* Oenophorum coriaceum. *F.*

ܐܕܘܢܝ & ܐܕܘܢܝ Deus. Pſ. 5. 1. 2 Par. 20. 17.

Ar. ادني Proximus, minimus. *Sed v.* دنو. 2, Aliquis, quidam, 1 Cor. 6. 4. *Erp.*

مادون *pro* مودون, Brevis, curtus *manibus vel collo. General.* vitio diminutæ partis laborans.

¶ أدن (*Act. ſignif.* 5 ادن, 6 ادن, 7 ادن, & *ipſa* Venia, licentia) *Hebr.* אָזַן, *ſ. potiùs Rabb.* אָזַן *ubi vide*, Aurem accommodavit, aures præbuit & arrexit: audivit, auſcultavit; auribus captavit; *Græc.* ἐνωτίζειν. Obſecutus fuit. Veniam dedit. *Cor. Sur.* cc ل & الي. 2, 3, Vocavit, Pſal. 12. 81. 104. 33. *Ro. et* 4, *i. q. ſequentis* II. *ad quam potiùs pertinent*, 2, 3, & 4, *ſignific. Mediâ Keſrat. Fut.* A. 5, *i. q.* 1, & *eodem constructionis modo.* اذنت لربهم Paruit Domino ſuo. *Cor. Sur.* 84. 2, & 5. 6, *hinc conſequens*, Accepit, certus factus eſt, percepit, cognovit: ſcivit. *ita in Corano* فاذنوا بحرب من الله Scitote bellum vobis paratum eſſe à Deo. اذن لرايحة الطعام Captavit odorem cibi, *i. e.* appetivit cibum. 7, Permiſit, veniam conceſſit, licitum fecit. 1 Sam. 20. 7, 28, 29. c. 25. 24. Matth. 19. 8. Luc. 8. 32. c. 9. 59, 61. باذن الله permiſſu Dei. Eccli. 38. 7. cc ل *p.* & ب *r. vel Fut. Actionis. Etiam cc* الي *r. Hinc Imperat.* ايذن, ئيذن *pro* لتأذن *Poeticè*, Veniam da: liceat. يوذن لكم Permittitur vobis. *R.* Licet. Act. 16. 21. *Mediâ Damm.* 8, Marceſcere cœpit *planta*; *qs. aurem demiſit.* II. Aurem *ſ.* anſam fecit: *ut calceo, cantharo, &c. cca.* 2, Percuſſit *illi*, perfricuit aurem *vel* torſit. *cc a p.* 3, Vocem, clamorem edidit. Altâ voce proclamavit, præconizavit. *Cor. Sur. Joſ.* 12. 71. *qs. feriens audientium aures in illas immiſit. Pecul.* Ad publicas convocavit preces; *ſ.* Indixit, promulgavit Muhammedicæ religionis aſſeclis precationis horam, ad eam populum convocavit æditiuus *ſ.* præco. *It.* Certiorem reddidit, ſignificavit, & *quidem* ſtudiosè & frequenter. *cc a p.* & ب *r.* 4, Ad potum adduxit *ſ.* aquatum, nec potu rigavit *ſ.* illum dedit. *cca.* 5, Germina recepit & pullulavit *planta*; *qs. aures exeruit.* IV. *i. q.* 2, *et* 3, II. *Et eodem conſtruct. modo*, Certiorem reddidit, notum fecit. *Cor. Sur.* 41. 47. 2, Aditum negavit, ſecluſit: Prohibuit. *ab* آذن Janitor. V. *i. q.* 3, IV.

Certum, conſcium fecit. *Hinc* 2, Per præconem edixit Princeps populo; promulgari in populo juſſit *ſ. mandatum, ſ. interdictum. & c* ب *r.* 3, Juravit. 4, تأذن بالشر *i.e.* تقدم فيه Audax fuit in patrando malo. Permiſit ſibi mali quidvis. تأذنت لأفعلن Haud dubiè ſum acturus: haudquaquam vereor facere. X. Rogavit veniam: petiit ut liceret ſibi. Joſ. 9. 14. 2 Sam. 13. 13. *Cor. Sur.* 9. 44. *Hiſt. Sarac.* 171. *c c a p.* & في *r.*

اذن, اذن f. Pſ. 9. 41. *Ro.* Pſ. 17. 45. c. 57. 5. *Hebr.* אֹזֶן, *Chald.* אוּדֶן, *Gr.* Οὖς, Auris: لبست اذني له Operui illi aurem meam, *i.e.* Averſum me præbui, non curavi illum: Obſequi nolui. جاء ناشرا اذنيه Venit arrectis expanſiſque auribus, *i. e.* طامعا Concupiſcendo, cum magno deſiderio captatum quid, *ut animalia, equi arrigere aures ſolent.* ام اذن Mater auris, *Metony.* Mus *vel* glis fœmina. 2, *Quòd auri ſimilis*, Anſa *calcei, cantharis, urnæ.* اذنا القلب Auriculæ cordis. اذن السهم Ala Sagittæ. 3, ذو الاذنين *Cognom.* Inſi Ibn Malic, *qui religionis Muhammedicæ primariorum* 4. *Antiſtitum unus fuit.* 4, *Aliud poſt ſe regens Subſtantivum denotat varias herbas, utì* اذن العبد Auris mancipii *ſ.* Æthiopis, Aliſma *Dioſc.* iij 169. *Dual.* اذنان Mat. 11. 15. *In Plur.* آذان Aures, *Neh.* 13. *for.* 13. 1. Pſ. 43. 1. Anſæ. *Hinc diverſa formantur etiam nomina herbarum, np.* آذان, 1. الغزال, الشاة, الارنب. 2. الدب *i.q.* بوصير. 3. الجدي, *i.q.* لسان الحمل. 4. الحمار. 5. الفار. 6. الفيل. 7. القسيس & القاضي. Aures, 1. Dorcadis, ovis, leporis, *i.e.* Cynogloſſum. 2. urſi, *qs.* Hæmorrhoidica herba, *i. e.* Verbaſcum. 3. hædi *ſ.* capri, *i. e.* Plantago, *ita Andaluſiis dr. aliàs Syris cæteriſque, i.q.* Lingua arietis. 4. aſini, *i. e.* Herba foliis longis, radice paſtinacæ, veſcâ & dulci. 5. Muris, *i. e.* herba, cujus ſpecies duæ: *Hortenſis*, Alſine; *Sylveſtris*, Myoſotis. *Avicen.* ijtij 43. 6. Elephanti, *i. e.* Arum, *juxta alios* Colcas *ſ.* Faba Ægyptia. 7. Presbyteri & Judicis, *i.e.* Cotyledon, umbilicus Veneris. *Quæ nomina herbarum etiam in Singul. & Duali uſurpantur eàdem ſignificatione.*

اذن *pro* آذن, *Ag.* Qui canendo legit recitàtque Coranum: *quòd hic ſimile quid habet cum eo qui canora voce indicit preces.* 2, *at rariſſimè ſine Medda*, Janitor, conclavis regii cuſtos & præfectus; *quòd illius ſit permittere & prohibere ingreſſum.* 3, Auſcultans. Sciens. *Malè per* ا *Keſr. ſcribitur.*

اذن, ה Qui cuique aurem præbet. *Nom.* 2, montis; 3, tribûs Arabicæ بنوا اذن.

اذن *particula retributionis.* *v.* اذا.

اذن *pro* الاذن, اذناء *f.* (اذني, *de homine præſertim*) Auritus; magnis (longiſque) auribus prædita. *Imprimis de brutis dr.*

اذان, اذان *Act.* 3, I. *nimir.* Significatio, denunciatio: præconizatio. *ita* اذان الصلاة *& abſolutè* الاذان *eſt* Indictio, promulgatio publicæ precationis Muhammedicæ; *quando ex turri vel alio editiore loco ejus hora indicitur elata & ferè canora voce; quâ populus convocatur & officii monetur, Deus laudatur, et invocatur,*

*vocatur, et ita pars orationis ſacræ obitur, quod quinis quotidie vicibus fieri ſolet ex ſingulis templis & delubris. Ideoque in eas partes genti illi diviſus eſt dies. Menſe a. Ramadhano, qui jejunio dicatus, idem obſervatur in duabus precationibus aliis, iiſq; acceſſoriis, quæ fiunt non ex neceſſario religionis præſcripto, ſed velut pio tantùm ritu.*

ادين. *Act.*7.I. 2, *i.q. præced.* Præconium *precum.* 3, *ipſe* Præco. 4, Locus ad quem illa precum indictio & convocatio undique pertingit; *Ubi ex diverſis turribus vox illa æditui ſ. præconis audiri pôteſt: velut parochia vel vicus.* 5, Dux, antiſtes, columen. *Hinc* 6, Sponſor, præs, fidejuſſor. 7, *Nom.* viri.

ادون *Nom.* pagi apud Rei, *quæ urbs eſt ad Coronum Mediæ montem.*

ادين, *Diminut. ab* ادن *ſignif.* 2, Anſula. 2, *Nom.* viri.

ادينه *Diminut. ab eod. utriuſque ſignif.* Auricula. Anſula. 2, Parva ſcientia: levis perceptio. *Nom.* 3, regis cujuſdam Amalekitæ; 4, Vallis *ſ.* alvei; *loci depreſſioris & cavi, ſ. per eum aqua fluat ſ. non.*

ادنه Adana, *i.e.* Ciliciæ urbs prope Tarſum. 2, *Nom.* montis circa Meccam.

ادنه *Pl.* ادن, ادنات (*It.* Montes in quibus 20. milliarium ſpacio eadem obtinet juriſdictio & idem territorii præſidium ac aſylum.) Folium grani *ſ.* frumenti. 2, Parvulus, Parvi ex camelorum & pecorum genere. 3, Gratus & appetibilis, *ſ.* appetitum excitans odor *cibi.*

ادنه, Qui recondit aliquid & aſſervat; *uti depoſitum.*

مودن Præco *in genere. Cor. Sur. Joſ.* 71. *pec.* Æadituus, *ſ.* præco Muhammedicus, qui è turri templo appoſita publicam precationem promulgat. *v. ſup.*

(مآدن *ſ.* مآدن *Pl.* ميدنه) مادنه & ميدنه *uſitatiùs,* Turris & locus editus: *pec.* unde populo Muhammedico altâ voce indicitur publica precatio. *In hunc duntaxat uſum apud aſſeclas Muhammedis turres extruuntur noſtratibus graciliores: ad ſingula fana ſingulæ: ad magna templa ac regia ferè quaternæ; & quælibet ſuum habet præconem.*

مادون Permiſſus, licitus.

مودنه *Nomen* avis.

ادوناي الرب Adonai Dominus. Ezech. 5. 5,7,8,11. c.7. *& ſeq.*

---

**אדף** Ar. اداف Membrum genitale maris, veretrum. 2, *i.q.* ادن Auris. *Cum quo illud utcunque convenit; vel qs.* ὦτα.

ادفيه *Nom.* montis Arabum Beni Koxeir.

ادفوه Civitas eſt propè Alexandriam; & بليد in Thebaide ex qua prodiit illuſtris Mohammed *f.* Haly, Aludfawy Grammaticus. *Bd.*

¶ اداف *i.q.* اداف *præced.*

بادف *Nom.* oppidi, quod 8. paraſangis Halebo diſtat.

---

**אדק** Chald. אֲדַק Adhæſit, inhæſit, compactus eſt. *Thren.* 4.8. *Pael.* Id. *Fut.* Deut. 28.21. *Jon. Ithpa.* Job 41.8,14. *Fut.* Deut. 28. 60. *Jon. Apud Rabbinos Part.* ארוק במצות: ארוק Occupatus in præceptis. *Pl.* ארוקין & ארוקים *Bava Metſia f.*7.1,2.

אֲדַק Aqualis, vas hortenſe irrigatorium. *al.* clepſydra, harpagium. *Aruch legit* ארק.

אודיק *v. in* דוק.

Æth አድቅ ፡ Conjunctim, adhærenter, ſimul. አድቅ ፡ ርዕደ ፡ ወቀነፀ ፡ Simul trepidavit & tripudiavit.

Ar. ادف Familiaritas, Ecclus. 6. 35.

---

**אדר** *Niph. Partic.* נֶאְדָּר Magnificus. Ex. 15.11. *cum* ' *parag.* Exod. 15. 6. *Hiph.* הֶאְדִּיר, Magnificavit. *Fut.* וְיַאְדִּיר Jeſ. 42.21.

אַדִּיר m. Magnificus, validus, amplus. *Ad qualitatem & quantitatem refertur. Af.* Jer. 30. 21. *Pl.* אַדִּירִים Ex. 15.10. *Conſt.* Jer. 25. 34. *Af.* Nah. 3.18. *Rabb. eſt unum ex Dei nominibus ſive attributis.*

אֶדֶר m. Magnificentia. Zach. 11.13. *It.* toga, *veſtis propria Chriſtianis, h.e. Monachis & monialibus; Nathan.* Pallium magnificum, Mich. 2.8. *quo Reges, Prophetæ, & potentiores uſi ſunt.* Joſ. 7.21. אדרת שנער *h.e. veſtis piloſa ex Babylonia, quæ variis coloribus intexta fuit. Plinius* 8. *c.*48.

אַדֶּרֶת f. Idem. *Af.* Jon. 3.6. Zach. 11. 3. *v. Fuller. Miſc.* 4. *c.* 7. Zach. 13. 4. אדרת שער: *Solebant falſi Prophetæ induere ſaccos & veſtes piloſas inſtar lugentium ob ſua peccata, & Deo ſervientium, ut plus fidei haberent, nec etiam noſcerentur, atque ita homines ſeducerent.*

אֲדָר m. Februario noſtro reſpondens. Eſth. 3.7. *Ex Perſ. lingua, ut videtur.*

אֲדַרְכוֹן m. Drachma. *Pl.* 1 Par. 29.7. Ez. 8.27.

Ch. אדר Aſſilire. *v. in* דרה.

אֲדָר, אֲדָר Menſis Februarius, Hebræis duodecimus. Eſth. 3.7. *Hic quarto quoque anno duplex eſt, & ſecundus vocatur* וְאָדָר: *Is intercalaris. Prior vocatur Adar primus, alter Adar ſecundus ſive poſterior. Hujus menſis die* 13. *celebrant Judæi Jejunium Eſther,* Eſth. 4. 16. *& die* 14. *&* 15. פורים ſortes. *Schindl.*

אִדַּר Area, horreum. Ruth 3. 2. Cant. 7. 2. *Emph.* Num. 15.20. *Af.* Job 39. 15. *Pl.* אִדְּרַיָּא, 1 Sam. 23.1. *It.* Pellis, uter, utris.

אַדְרָא Velum navis. *In Gem.* אדארא.

אדרא *Cedri vel alterius cujuſdam præſtantiſſimæ arboris ſpecies. Roſch. haſch. f.* 23. 1. *Sic Aruch ex Sanhed. fol.* 108.2. *ubi nunc* ארא. *In Gittin f.*69.2. *folia hujus arboris dicuntur contra febrem conducere. Alibi* הרוצה שיתקיימו נכסיו יטע בהן אדרא Qui cupit ut ſtabiliantur & firma ſint bona ſua, plantet in eis arborem Adra, *juxta illud,* אַדִּיר בַּמָּרוֹם יְיָ Pſal. 93.4. *Berza f.* 15. 2. *Hinc videtur dicta eſſe hac arbor, qs.* אדיר magnifica, robuſta. *In Aruch parvo hoc ita enarratur,* Faciat ex eis eleemoſynam: & Adra *eſt ſpecies arboris infrugiferæ & magnæ, ramoſa et frondoſa, ex qua ſi ſepes agro circumducatur, nulla beſtia in eum poteſt ingredi, et conſervatur perpetuó.*

אדרא Spina, Os piſcis. *Schab. f.*67.1. *l. ult. Aruch legit* אדרא.

אוּדְרָא Lana, pluma, muſcus: molle quodvis quo pulvinaria replentur, aut aliquid obthuratur. *Schab. f.*40.1. *Aruch* אוּדְרָא.

אֲדוּרָה Morticinum, cadaver. *v. in* עדר:

אֲדוּרָא Pellis: Uter, utris.

אודרייתא Pelles, ſacci pellicei. *In Gem.* אורוותא Præſepia; *de quo v. in* ארה.

אַדְרִיבָא Menſura aridorum dimidii cori. *Eruv. f.*102. 1.

אדרבא, אדרבי Contrà, è contrario. *Schab. f.* 53.2.

אדרבלם, אדרבלין ὑδραύλης, qui canit tibiis aquâ immerſis. *It.* ὑδραυλὶς. Inſtrumentum Muſicum. *C.L.*

אֲדַרְגָּזְרַיָּא Senatores, proceres regni. Dan. 3.2. *v. d. Dieu in lo. & Jachiad. per l' Empereur. p.*58. *Nomen Perſicum. Saadias exiſtimat eſſe qs.* באדר גורזין cum magnificentia decernentes.

אַדְרַזְדָּא Diligenter. Feſtinanter. Eſth. 7.3. Ez. 7.23.

אדריונטוס Summitas, cacumen. *Tanch. ſ.* ואלה פקודי Exo. 38. *Vel* effigies, ſtatua viri. *In Aruch adducitur* אדריונטים *ex Bereſ. rab. ſ.* 8. *ſed ibi hodie legitur* אִינְדְּרָטִין Effigies: *de quo v. in* אנר.

הַדְרִיכָל, אַדְרִיכָל Architectus, *Talm. i. q. in Targ.* אַדְרִיכְלָא *de quo in* ארד.

אַדְרַכְתָּא *v. in* דרך.

אֲדַרְכוֹ m. Drachma. *Plur.* 1 Par. 29. 7. Ezr. 8.27.

אֲדְרַמֶּלֶךְ Idoli nomen, 2 Reg. 17. 31 *D. Kimh. i.q.* פרד Mulus, *portans onera regis, à* דור portare. *Talmudici de Adrammelec & Anammelec quærunt,* Quidnam ſunt iſta? Mulus eſt, & Equus (Adrammelec cognomentum Muli, Anammelec, Equi) Adrammelec ſic dicitur, q. portat domini ſui onera. *Sanhedr. f.*63.2.

אַדְרִימוֹן Nomen propr. loci. *Vajikr. rab. ſ.* 35. *Fortè corruptum ex* ἔρημος, ἔρημον deſertum. *Unde meliùs Aruch* ארימון.

אִדְרוֹן Cubiculum, conclave, cœnaculum. Eſth. 2.16. *Plur.* Job 9.9. *Rabb.* אדרונא.

אִדְרוֹפִּיקוֹס Hydropicus. *Rab.*

אֲדְרוּתָא Honor, gloria, *ab Heb.* הדר: *Talm.*

אדררקי Generoſulus. *Sanhedr. f.* 38.1. Infundite חמר אדררקי vinum paulò generoſius & meracius.

אידורורוסטון ὑδροροσάτον. *Aruch edit. B. Muſaph. v. Gorræi Def. Med. p.*653.

Syr. ܐܕܪ & ܐܕܪܐ Area. Fovea, foſſa. *Pl.* ܐܕܪ̈ܐ *B.B.* Num. 15.20. Deut. 15.14. Ruth 3.2,3,6.

ܐܕܪ m. Martius menſis.

ܐܕܪܒܘܣ Cyclamen. *Ar.* ادربونه.

ܐܕܪܘܡܠܝ ὑδρόμελι.

ܐܕܪܘܣܛܐ Imago, idolum quoddam. *B.B.*

ܐܕܪܘܛܘܣ ἱδρώς.

ܐܕܪܝܟܠ Architectus. 2 Reg. 12.12.

ܐܕܪܘܡܠܘܢ & ܐܕܪܘܡܠܝܘܢ ὑδρόμηλον. *B.B.*

ܐܕܪܘܪܘܕܘܢ Aqua roſacea; *vel fortè* Vinum roſatum. *B.B.*

ܐܕܪܘܟܣ Herba quâ utuntur fullones: Smegma. *Affine eſt Gr.* Ἀδράχνη *ſive* ἀδαχία.

Sam. ࠀࠃࠓࠏ *v.* דרע.

Ar. ادر, *Act.* ادر, Herniâ correptus fuit, laboravit eâ. Lev. 21. 20.

ادره, ادره Hernia, ramex. *Int. Avic.* iij *f* xx *t* ij 18. iij *f* xxij *t* j 2. *ſpec.* teſticularis: Inteſtinalis. *Inter verbalia refert Mercat, & exponit,* Hernioſum fieri, herniâ laborare.

آدر *pro* ادر, *Pl.* ادر. *It.* مادور, *Pl.* مآدير, Hernioſus, herniâ affectus. *Unde* خصيه ادراء Teſticulus hernioſus, inflatus, magnus, *etiam abſque ruptura.*

ادار *Nom.* menſis Chaldæorum *ſ.* Syromacedonum, ordine ſexti, quando initium fit à Tiſrin priore, *i.e.* Octobri, & Martio reſpondet. *Iis a. menſibus & Arabes utuntur, cùm anni ſolaris rationem habent. At* ادار. אֲדָר *Judæis eſt* Februarius, *np.* menſis duodecimus anni Eccleſiaſtici, quem à Niſan *ſ.* novilunio menſis Martii ſubducunt juxta præceptum Moſis. *eſt nom.* menſis Perſici noni. 2, *per* ذ *a. Perſicè illud nomen, ut &* آذر, Fulmen & ignem *notat: etiam* Deum; *ſiquidem Ignis Perſarum et Medorum veterum Deus fuit. De utroque v. Alfraganum.*

ادريون, *ſed potiùs ſcribendum per* ذ *ubi vide.*

ادارقي *Interp.* Adarce, Medicamentum aliquod acre. *Avic.* ij *t* jj. 33. *Ar. Dioſc. l.* 5. c. 137.

ادريس, *Diptoton,* Enoch. *Ægyptiis* Oſiris. *De quo Kirch. T.*1. *p.*67. II, 77. *quòd primus poſt Sethum, qui unquam calamo ſcripſit. It. primus Sartor. Cor. Sur.* 19. 56. *Sur.* 21. 84.

¶ ادار, آدار *i.q.* ادار, *quod vide.*

اداری Repentinus, ſubitus. Subitó. *Int. Avic.* j *f* ij *d* iij *ſ* ij 8.

ادري, *& cum Medda,* *Nom. gentile ab* آدر بيجان, *quæ* Adiabena; *np.* regio Mediæ & Armeniæ partem continens, *& Borealior quàm illa quæ* Adiabenæ *nomine exhibetur in tabulis Ptolemæi.*

ادريون,

آذريون ,آدريون ,ادريون, (*Perſicè* آزركون *i.e.* πυῤῥόχρως, ignis colore præditus, fulvus, rutilus) *&* *per* د, *Nom.* floris, qui fulvo *ſ.* anthracino colore micat, in medio orbiculum nigrum habens, *ſ.* capillamentis mediis nigris: *gemina ejus ſpecies*, Fulva *&* Rubra. *Complures ad genera* Ochawân, *i. e.* Parthenii, *referunt, quod tn. non quadrat cum notis ſupra dd. At Zeinathar Perſa* Rhoeadis *ſ.* argemonæ *ſpeciem veram eſſe contendit. Scribitur* ـ *Ibn Sina. Plempius in Can. & cum finali* د *Avic.* ij *t* ij *p.* 41. *cum antiquis Interpretibus* Cyclaminum *eſſe putat, cui etiam à Dioſcoride* ij 194. *tribuitur, quòd contacta partum abigat.*

---

**אדש** אדש *v.* דוש.

Syr. ܐܕܫ Diſſimulavit, connivit. *F.* Neglexit; ſocors, incurioſus fuit. *B. B.*

ܐܕܫܘܬܐ Diſſimulatio. *F.* Negligentia; incuria. *B. B.*

ܡܬܐܕܫܢܘܬܐ *Eliſo* ܐ Diſſimulatio, conniventia. *F.*

ܐܕܫܐ Fructus, emolumentum. Jud. 9. 13. 2 Reg. 18. 32. Rom. 1. 13. c. 6. 21. *It.* Species, *juxta Logicos.* Modus, forma. *B. B.*

ܐܕܫܐ Id. *Pl.* ܐܕܫ̈ܐ Species. *In Bar-cepha; Adam impoſuit nomina* ܐܕܫ̈ܐ ܠܟܠܗܘܢ Omnibus ſpeciebus *animalium.*

---

**אהה** אֲהָהּ *Interjectio dolentis,* Ah. *Convenit cum* נהרה *&* הוי Jud. 6. 22. Joel. 1. 15. *Aliàs* הָהּ Ezech. 30. 2.

Sam. ࠀࠄ *i.q.* ࠀࠅ Aut. *v. An. Sam. in* Levit. 12. 6. *It. i. q.* ࠄࠀ Ecce. Gen. 18. 25, 31. *&* 22. 7.

ࠄࠀࠉࠄ *Heb.* האיה. Pica. Levit. 11. 14.

Æth. ለሀ፡ Eia, agedum: *particula hortandi.*

ለሆ፡ *i. q.* ለሀ፡ *It. particula reſpondendi affirmatè,* Etiam, ita, maximè, quidni. Matth. 21. 30. *&* 27. 20. *Cum verbo* በሃለ፡ Annuere, conſentire, acquieſcere, conformare: Obedire. Rom. 2. 4. *&* 3. 26. *&* 6. 12, 16. Act. 5. 40. Jac. 3. 3. *&* 4. 7. Act. 23. 21. Jac. 5. 6.

ለሆ፡ በሃሊት፡ f. Facilè acquieſcens, ſuadibilis. Jac. 3. 17.

ለሆ፡ በሂሉት፡ Conniventia. Gr. μακροθυμία Rom. 2. 4. *&* 3. 26.

Ar. آهَ *Act.* أَهَ (*qs. d.* Mœruit) præ dolore ſuſpiravit & dixit Ah. II. *i. q.* I. V. Doluit, mœſtus fuit.

آهِ, آهٍ, *&* آهَ, آهُ, *pro* أَوِّهْ, *Particulæ quærentis et dolentis,* Ah. Zach. 2. 6. *v.* اوه.

أَهَّةً ,آهَةً *&* أَوِّهْ *i. q.* آه. Dicere & efferre Ah. Dolorem & mœſtitiam commonſtrare. *Hinc*

آهَةً *&* أَوَّهْ *Particula ſ. Adverb.* imprecandi. *cc* ل.

أَهْوَجُ Longus, *ſimulque* mobilis *&* fatuus. *Sed eſt ab* هوج.

---

**אהא** Syr. ܐܗܐ ܐܗܐ Apage, apageſis. Bellè, bellè: exactè, exactè. *B. B.* Euge, Euge: *Interjectio irridentis; plerumq; in oratione iteratur. Fer.*

---

**אהב** אהב ,אָהֵב Amavit, dilexit. Gen. 37. 3, 4. *Af.* Gen. 44. 20. *Partic.* Pſa. 33. 5. *f. cum* י *parag.* Hoſ. 10. 11. *Pl.* Deut. 13. 3. *P. P.* Neh. 13. 26. *Fut.* Prov. 8. 16. *Aff.* Gen. 44. 20. *Pl. Conſt.* Pſ. 5. 12. *Niph.* נֶאֱהַב *P. pl.* 2 Sam. 1. 23. *Piel* אִהֵב Pro. 1. 22. *P. pl.* Zach. 13. 6. *Rabb. Hiph.* הֶאֱהִיב Amare fecit.

אֲהָבִים m. Prov. 5. 19. *&* אֳהָבִים Pro. 7. 18.

אַהֲבָה f. Amor. *Conſt.* 1 Sam. 20. 17. *Aff.* Pſ. 109. 4.

Sam. ࠀࠄࠁ *i. q. Heb. Lit. Sam.*

Ar. أَهَبَ Paravit & inſtruxit ſe *ad rem. cc* ل. II. *i. q.* I. *et ejuſd. conſtructionis.* V. *i. q.* I. Paratus, inſtructuſque fuit. Prov. 30. 27. *p.* 397. 2 Cor. 13. 1. *Erp. Reſpondet Verſ. Syriacæ* 2 Tim. 3. 17.

أُهَابُ *Nom.* loci prope Medinam.

إِهَابٌ *Pl.* أُهُبٌ ,أَهَبٌ ,آهِبَةٌ, Pellis, corium: crudum *ſc.* non inſpiſſatum *ſ.* more ſuo paratum.

أُهْبَةٌ, *pro eo* هُبَّةٌ, *Pl.* أُهَبٌ, *Avic. P.* 1. *p.* 93 *l.* 24. Apparat' *belli, gravitatis. Gregor. p.* 10. Quæ neceſſarii ſunt apparatûs. اخذ اهبة الشي Cepit apparatum rei; inſtruxit ſe iis quæ ad eam ſunt neceſſaria. 2, Munus, donum. Pſ. 17. 38. *Ro. v.* وهب.

مُتَأَهِّبٌ, د. Accinctus, paratus. 2 Reg. 6. 8. Eccli. 26. 11. 2 Tim. 3. 17.

---

**אהד** Ch. אהדה *v.* הדה.

Syr. ܐܗܕܘܢ Avis (*inquit B. Seruſhai*) quæ nunquam dormit. Aedon. *Fer.*

Sam. ࠀࠄࠃࠄ *i.q. Æth.* ሐድ፡ pars, portio. Num. 31. 30, 47.

ࠀࠄࠃ *v.* ࠀࠄࠃ.

Æth. አሁድ፡ *v.* አሐድ፡

---

**אהו** Ar. أَهَا Riſit altâ voce, ingeminando Ha Ha.

أَهْوَازُ *Ahuaz,* Elamitæ. Eſa. 21. 2. *&* 22. 6. Jer. 49. 34. *ſeq. p.* 263. Dan. 8. 2. Act. 2. 9. 2, Provincia quædam inter Baſeram & Perſidem. Eſa. 11. 11.

---

**אהי** אֱהִי Ubi. Hoſ. 13. 10, 14. *qs. pro* אַיֵּה, *v. Cl. Pocock. Port. Moſ. App. p.* 69. *Aliis eſt Fut.* ע״ה היה Ero, *per Apoc. pro* אהיה.

---

**אהל** אֹהֶל Tentorium. Gen. 4. 20. *Aff.* Gen. 13. 3. *Pl.* אֹהָלִים *&* אֳהָלִים. *Aff.* Jud. 7. 8. Job 22. 23. *Conſt.* Pſa. 120. 5. Gen. 9. 27. Cant. 1. 5.

אָהַל Tentorium figere, tendere, *vel* movere. *Fut.* Gen. 13. 12. *Hiph. Fut.* Job 25. 5. Jeſ. 13. 20. יַאֲהִיל *v. in* הלל.

אֲהָלִים m. p. Santali, arbores, *R. D. Kimhi & Immanuel: Aliis,* Aloes; *vel* Agallochum *potiùs. Bauhin.* 1. *lib.* 9. *p.* 315. Num. 24. 6. *ubi Ar. Erp.* قسط *vertit: & quidem* Coſti, *quæ apud Dioſcoriden, Avicen. Mathiolum atque Bauhinum extat deſcriptio ſatis convenit cum locis omnibus in quibus occurrit iſtud vocabulum. Primò n. planta eſt, (etiam Pſeudocoſtus) quæ quandam præ ſe fert majeſtatem; quod hîc innuitur. Eximiam habet odoris ſuavitatem, præſertim radix, & ad unguenta odorata paranda apud antiquos invaluerit ejus uſus (qui in Scripturis* 3ˣ. *pro veſtimentis, lectis, corporibus.) Oris halitum bonitate odoris commendat, venerem extimulat, vim habet in perfuſionibus, juxta illud* נפתי־אהלים, Pro. 7. 17. *Fœm.* אהלות Cant. 4. 14. Pſal. 45. 9.

Ch. אַהֲלָא Smegma, ſapo. Job 9. 30. *In Aruch* אוהלא, *in Gem. fine* ו. *It.* Saponaria, *herba, Schab. f.* 50. 2. *Talm.* אהל.

אַהֲלוּיֵי Saponarii, *vendentes ſaponem, aloen, &c. Nedar. in fine.*

אַהֲלָא ,אֹהֶל Tabernaculum. *Chag. f.* 25. 1.

הֶאֱהִיל Tabernaculum fecit, fixit, *ſive* expandit. *v. Ohol. c.* 15. *in fine.*

Ar. أَهَلَ *Act.* أُهُولٌ *Signif.* 1, *&* 2. *Fut.* O. I. Conjugium inivit, uxorem duxit, *qs.* Familiam erexit, *i.e.* dominus, herus, maritus evaſit. *Med. Keſrat.* 2, Familiaris fuit, conſuevit.

اهلت الدار *&* ب *cc* Familiam habuit; habitata fuit & inculta domus. 3, Dignus, conveniens, idoneus fuit, 2 Macc. 57. 12. Act. 13. 25. *Conf.* 1 Cor. 6. 2. *&* 15. 9. *Erp.* II. Dignum habuit, idoneum & compotem fecit. *cc* ل *r. uti* اهلك الله للخير Benedicat tibi Deus. Deut. 26. 18. Eſa. 40. 16. Dan. 3. 97. Act. 5. 41. *Erp.* 1 Tim. 5. 17. IV. Herum & patrem familias fecit. Introduxit *&*

in familiam cooptavit, *aut* conjugio junxit: *ita* اهله الله في الجنة *i.e.* ادخلها وزوجه. Introducat eum Deus in Paradiſum, & conjugio *Angelico* beet. V. *i.q.* 1, I. 2, *idiomate Higiazico i.q.* 3, I. *Ahila.* Dignus, conveniens, idoneus fuit. *cc* ل, *vel c* ان. X. Cepit اهالة *i.e.* pinguiorem carnis partem: *aut* comedit eam. 2, Dignus fuit, dignum judicavit. Act. 13. 46. 1 Cor. 11. 29. 2 Cor. 2. 16. 1 Tim. 4. 9. *Erp.*

أَهْلٌ (*pro quo etiam Nom. aliàs Unit.* أَهْلَةٌ *Pl.* أَهْلَاتٌ *&* أَهَلَاتٌ) *Pl.* آهَالٌ *in carmine pro* أَهَالٍ *anom. et hoc pro* أَهَالِي, Populus: Cœtus hominum, *qs. ſub eodem* אֹהֶל *ſ.* tentorio *degentium*: Homines, qui ad aliquem, *vel* hominem, *vel* locum, *vel* ad regimen, profeſſionem & inſtitutum aliquod pertinent, *ut* اهل 1. الدار. 2. الرجل. 3. القبور. 4. القيافة. 5. الكتاب *i.q.* الذمة. 6. الردة 1. Domeſtici, familia. 2. Idem, *&* Propinqui alicujus. 3. Sepulti. Pſ. 87. 12. *Ro.* 4. Periti vaticinii, Augures. 5. Qui in clientelam recepti à Muhammede, *np.* Judæi: *propterea quòd librum ſ. conſignatam legem à Deo acceperunt.* 6. Apoſtatæ. *Ita ferè per appoſitionem alteri voci adhæret, & pro hujus ratione variè ab Interpretibus redditur, ut* Incolæ Gen. 41. 31, 37. *Erp.* Domeſtici Num. 18. 31. Gal. 6. 10. *Erp.* Cives Jud. 1. 31, 32, 33. *&* 2. 2. 2 Par. 30. 6. Gens *manſuetudinis* Pſ. 33. 3. *&* 36. 11. Luc. 11. 30. *It.* ال Pſ. 75. 1. *Ro. Conf. inſcriptiones Epiſtol. Pauli* ad Rom. Cor. Galatas, *&c. Interp. Alkorani*: Cognatio, tribus, natio. 2, Herus, dominus. Conjux, uxor. 3, Ἄξιος, dignus. 1 Reg. 8. 39. 1 Sam. 20. 31. 1 Tim. 1. 15. *Erp.* idoneus, aptus. *pro quo* مستاهل *minùs rectè vulgò uſurpari docet Gieuharis: familiare tn. eſſe Arabibus Higiazæ indicant Gloſſæ. cc* ل *vel c* ان. 3, *pro Infinitivo,* Ingredi. Locum capere. Familiaritatem inire.

أَهِلٌ *qs. d.* Incultus, populoſus: *utì* دَارٌ أَهِلَةٌ Domus habitata.

آهِلٌ Locus, in quo alicujus familia & domeſtici exiſtunt.

أَهْلًا *Adverb.* bene precandi, *quo velut familia, habitatio, conſortium & dignitas optantur. Ferè cc* ب, *ut* اهلا, 1. بك, 2. بدار Bene ſit; 1. tibi, 2. domui & loco: *vel ante ſe Verbum habet,* اتيت اهلا, *ſic &* اتيت سعة *Ateita Sáatan.* Bene veneris; *pro quo & ſimpliciter* اهلا *dicitur, & cum alio Adverb.* مرحبا واهلا *Merhaban Wáahlan.*

أَهِلَّةٌ *Pl.* ع״ه هلال. *v.* هلل.

أَهْلَالُ قُسْطًا Coſtus hortenſis, *ſ.* menta Saracenica *vulgò, quamvìs Saraceni mentæ nomine eam minimè appellare creduntur.*

أَهْلِيَّةٌ Ἀξιότης, dignitas: aptitudo.

إِهَالَةٌ Pinguedo carnis. Adeps & cauda ovis, *ſ.* pinguedo ejus liquefacta.

*v. in* الي.

مُؤَهَّلٌ Dignus. Lev. 19. 24. 2 Reg. 3. 27.

مُتَأَهِّلٌ Viator. Jer. 14. 8.

إِهْلِيلِجٌ ,أَهْلِيلِجٌ ,هَلِيلَجٌ, *Coll.*

إِهْلِيلِجَةٌ

اهليلجة, *malè* هليلجة, *Nom. Unit. à Perſ.* هليلة, *abſolutè poſitum*, Myrobalana citrina. Poma. 1 Reg. 6. 18, 29. c. 7. 17, 20. *Nam 4. genera enumerat Zeinatthar Perſa:* اصفر citrina, *proprio nomine* فج Fezzion *dicta:* كابلي Cabulenſia, *vulgò* Cebula. *Geogr. Nub. part.* 8. *clim.* 2. *p.* 75. *Ar.* اسود nigra, *parva, exoſſia, quæ nobis* Indica; صيني Sinenſia, *quæ tenuia, levia, ex viridi flava, nobis incognita. Hiſce adduntur duo alia genera:* بليلج Bellerica *Officinis,* & املج *iiſdem* Emblica. *Pl.* اهليلجات Myrobalanorum genera. *v. Avic.* ijtij 194. *Ar. & Plemp. in loc.*

---

**אהם** Ar. أهيم Camelus ſitibundus. *v.* هيم.

أهيمان Torrens, *ſ.* fluxus aquæ, & Camelus œſtro percitus. *impetuoſi ambo. v. ib.*

اهامة Interitus. *v. in* הום.

---

**אהן** Ch. אָהֵן Is, ille. *Hieroſolymitanè. Talm. Hieroſ. Metz. c. 2. et* ההן *Talm. Hieroſ. Schab. c.* 12. *f.* 13. *col.* 4.

אֲהִינָא & אֲהַן *Talm.* Species herbæ acerbæ. *It.* Dactylus immaturus, groſſulus dactylorum. *Metz. f.* 113. 2. *Cholin. f.* 46. 2. ואהיני דטוביני Et dactylos Tubhyanos. *Peſach. f.* 53. 1.

Sam. ࠀࠉࠄ Ubi. Gen. 4. 9. & 18. 9. & 22. 7. Deut. 32. 37. Hic. *Lit. Sam. p.* 65. 3. *p.* 66. 15. Apud. *p.* 66. 14.

Ar. آهن المال Opes avitæ, & quæ præſentes ac in promptu ſunt: Patrimonium.

اهان Scapus racemi dactylorum.

أهنة Turpitudo. *v. in* הון.

---

Ar. أهيس Strenuus. *v.* هيس.

أهيف Gracilis medio corpore. *v.* هيف.

---

**אהר** Ch. אוּהֲרֵי Naſſæ vimineæ ad capiendos piſces. *Moed cat. f.* 11. 1.

אֲהוּרְיָרָא Præfectus ſtabuli equorum. *Schab. f.* 113. 2. *Metz. f.* 55. 1.

Syr. ܐܘܗܪܢܐ Libidinoſus, laſcivus.

ܐܘܗܪܢܘܢܐ Mentha. *B. B.*

ܐܘܗܪܢܘܣ Nomen Idoli. *B. B.*

Ar. أهرة *Pl.* أهر, أهراب, Supellex & utenſilia domûs, ſtratumque, & omnis res, quacunque in domo opus eſt. 2, Status bonus ac elegans. 3, Forma.

أهراء *Pl.* Horrea frumentaria. *v.* هري.

---

**או** Aut, vel, ſive. Exod. 22. 1. Lev. 1. 14. *Secund. R. Jonah i. q.* אם Si. Lev. 5. 2. 2 Sam. 18. 13. Quomodo. Ezech. 21. 10. Et. Lev. 4. 23, 28. & 26. 41. *ubi Syr. ita vertit. Sic Vau Hebr. Æth. & Ar. particula eſt tum* conjunctiva, *tum* disjunctiva. *Non valet igitur quod in contrarium adducit Camius.*

Rabb. או Aliter, ſecùs, ſin minùs. או ביתו אינו רואה סימן ברכה לעולם Sin minùs (*h. e.* aliter ſi fecerit) nullum *erit* domui ſuæ benedictionis ſignum unquam viſurus; *Majemon. Hal. Tphil. c.* 10. *ſ.* 2.

Syr. ܐܘ Non. Mat. 11. 22, 24. Luc. 10. 14. ܐܘ *i. q.* ܘܠܐ ܠܟܘܢ Et non vobis. *Ita etiam interpretatur Catena Patr. Ex qua multa collegit obſervatu digniſſima, quorum nonnulla, quæ ſaltem ad opus hoc ſpectant, mihi communicavit, ſumma non minùs eruditione, quàm nobili proſapia Clariſſ. D. Loftuſius. Aliis eſt* Quàm: *et cc* ܐܠ: *It.* Si: *ut Ar.* Sed. An, num, nunquid? *Eſt etiam particula* Affirmandi, & Intendendi: Sic, ita, etiam; Omnino, penitus. *Interjectio denique* Indignantis, corripientis, ſolicitè curantis; (*qualis ferè apud Terent.* Au. *Andr.* 4. 5. Dicturane quod rogo? Au; *Et Armen.* աւիւաէ) *B. B.* Aut, vel, ſive. Cant. 2. 7.

ܐܘ O: *particula vocantis.* Pſal. 115. 16. *et* 117. 25. Cant. 2. 7.

Æth. አወ: Etiam, ſic, ita. Matth. 5. 37. & 9. 28. Marc. 15. 44. Luc. 11. 51. *et* 12. 5. Joh. 11. 41. Act. 5. 8, 35.

አው: Aut, vel, ſive. Luc. 14. 5, 12.

Ar. أو, Aut, vel, ſive. Lev. 5. 1, 2. Pſ. 7. 3, 4. *Ro.* Pſal. 29. 10. Act. 18. 14. *Erp.* 2, Si non, niſi, *ut* لاضربنك او تتوب Utique verberabo te, niſi reſipiſcas. 3, Quin, imò, *ubi poſterius non eſt dubium.* مائة الف او يزيدون Centum millia, quin imò plures. 4, Donec. 5, Si. 6, Alioquin. Zach. 11. 12.

أو *i. q.* أ, & و *vacat*, An, num? 2 Cor. 13. 5.

---

**אוא** Syr. ܐܘܐ Æquavit. Dignus, idoneus factus eſt. *Part.* ܐܘܝ Conjunxit, concordare fecit. *Ethpa.* ܐܬܐܘܝ Benevolus, conjunctus, copulatus eſt. *Part.* Matth. 5. 25.

ܐܘܝܐ, ܐܘܝܐ Concors, unanimis.

ܐܘܝܘܬܐ Concordia, unanimitas, conſenſus. Zach. 11. 14. 1 Mach. 12. 10. ܐܘܝܘܬܐ Id. 3 Mach. 3. 15. 2 Cor. 6. 16. Phil. 3. 16. 1 Pet. 3. 8.

ܫܘܐܘܝܘܬܐ Conſenſio, pacificatio. *F.*

ܐܘܐ Fovea. *B. B.* ܐܘܐܐ Pyra: Sorba, ἄα.

ܐܘܐܘܦ Quod illius eſt. Iterum; etiam. Ubi.

ܐܘܐܘܦܗ Neque.

ܐܘܐܘܣܟܝ, ܐܘܐܘܢ & ܐܘܐܘܣܟܝܢ Non, non. *B. B.*

Ar. أوا *Fut. O.* Depſuit fructu *arboris ſeq.* corium. *c c a.*

آء *pro* أوء, *Coll.* & آءة *Unit.* Nomen arboris & fructûs: *juxta quoſdam*, quo coria inſpiſſantur: *juxta alios*, ſub qua ſæpe verſari dicuntur genii dæmoneſve. *conf.* الآء *in* الو.

موؤ *pro* مأووء Inſpiſſatum *eo corium.*

---

**אוב** אוב m. Pytho. Lev. 20. 27. *Pl.* c. 19. 31. *It.* Utres. Job. 32. 19. *Hinc Pythonis ſignificatio, quòd ex ventre qs.* Utre *oracula depromeret: Unde &* ἐγγαστρίμυθοι *dicuntur. v. Fuller. Miſc.* 1. *p.* 16. *Kircher. Oed.* I. *p.* 381. *Seld. d. D. Syr. p.* 120. *Bohl. in Iſ. p.* 139.

Ch. אוב *i. q. Hebr. Sam.* ࠀࠅࠁ Pytho. *De differentia inter* בעל אוב & דורש אוב *v. Coch.* 2. *Tit. Tal. p.* 64.

Syr. ܐܘܒ *Unde Ethpa.* ܐܬܐܘܒ Concupivit, deſideravit. Iſa. 26. 9.

ܐܘܒܟܝ, ܐܬܐܘܒܟܝ & ܐܘܒܢܐ Væ tibi. ܐܘܒܢܐ *eſt etiam* Albedo, *vel* genus piſcium. *B. B.*

Ar. آب *Fut. O.* Reverſus eſt. 2, *de ſole* Occidit. 3, Noctu venit, *pec.* aquæ petendæ ergô. *c c* الي. 4, اوب *Med. Keſrat.* Iratus fuit. ابه الله Procul amovit & rejecit eum Deus. *ſ. Imprecationis formula:* اب لك & ابك; *ſicuti qualis eſt &* ويلك *waileca.* II. Inceſſit *aut* iter fecit per univerſum diem, ſubſtititque noctu. 2, Laudavit Deum *dicendo* سبحان الله *Sobhan allahi*, O ſummum & omnipotentem Deum! تاوب *i. q.* 3, I. Venit noctu *V. & quoque ad illum:* initio noctis. *c c a p.* Aquatum venit. VIII. *et* ايتاب *i. q.* I. Adiit aquam & venit adaquandi ergô. *cca.*

آب *Nom.* Menſis Chaldæorum & Syrorum, *ſ.* Syro-Macedonum. *v. in* אב.

اوب *Pl.* آواب, آيبة *Act.* I, 2, Tractus: *ut* من كل اوب Undique. 3, Celeritas; *ſpeciatim* Agilis & celer pedum inter incedendum converſio ſ. glomeratio: *de camelo imprimis dicitur.* Inceſſus qui tollutim fit. 4, Rectitudo. Via. Propoſitum, intentio. Conſuetudo, mos. 5, Nubes, Ventus.

اياب & *cum* ي *Teſdid pro* و اواب *Act.* I. *inprimis* Occaſus ſolis.

اواب *i. q.* تايب Bene reſipiſcens: qui ſeriò ſe convertit ad Deum, eumque laudat.

اووب Pedes celeriter verſans *camelus.*

اوبة *et pro* و *nonnullis* ي, *Act.* I. 2, Pes.

مآب *Pl.* مآوب *i. q.* Locus reditûs, quò vel unde quis revertitur. 2, Iter unius diei.

مووب Totum diem flans *ventus.*

متاوب & *pro* و *etiam* ي, Qui venit appellitve noctu, aut primâ ejus temporis parte.

موباب Rediens: redux. Veniens.

ابولوس, أوبولوس, Pondus trium κερατίων *ſ.* ſiliquarum, ὀβολός. *Avic.* ijtij 6 *et* 95. *Ar. Dual.* ابولوسين *ib. c.* 107. *Ar.* ي *In impreſſis pro* و *eſt* ي *ex tranſcribentium errore. Int.* duo Anuluſat. *Horum* 4. *ſunt* درهم *ex c.* 468. *Ar. ubi legendum cum Mſ.* ثلثة ارباع درهم tres quartæ drachmatis *pro eo quod eſt apud Dioſc.* 1. 23. *de Cancamo* τειωϲόλυ ἀλῦθος. *Sed cùm alibi conſtet obolum habere* 3. قراريط, *drachmam verò* 18. قراريط, *hâc ratione erit ſexta pars drachmatis. S. C.*

ابوطيلون, اوبوطيلون Abutilon *Botan.* Cucurbita Gazenſis *Plemp. p.* 62. *in Avic.* ijtij 59. *Ar. v.* اون.

---

**אוג** Ch. *i. q. Syr.* Arbor, *Ar.* السماق *dicta. Peah. c.* 1. & *c.* 3. *Demai. c.* 1. *Maaſer. c.* 1.

אבנינוס & אונינוס Generoſus, εὐγενής. *In Medraſhim occurrit. Aruch citat* אונגסטטו εὐγενέστατος. *Vajikr. rab. ſ.* 2.

Syr. ܐܘܓܐ Arbor quælibet glandifera: *pec.* Rhus, *inquit Honain. B. B.*

ܐܘܓܠܝܘܢ Revelatio Dei.

ܐܘܓܪܛܝܣ Populus arbor. *It.* Benefaciens, εὐεργυῆς, *per Metath. B. B.*

Ar. أوج *Origine Perſ.* Altitudo, celſitudo. *Contrar.* τῷ هبوط Depreſſio. *Aſtronomis* Abſis ſumma *ſolis ſ. alterius planetæ, i. e.* maxima à nobis diſtantia: *vulgò* Aux, *ab Arabibus acceptâ voce. Avic.* ifij dii ſj 3. *Ar.* اوجالسوس Amelenius. *B.* Argialeſus. *Plemp.* Lycopſis, *ſpecies Anchuſæ. Avic.* ijtij 45. *Ar.*

---

**אוד** אדות Propter, cauſâ, de, *ſemper præcedente* על, *pro qua ſemel* אל 2 Sam. 13. 16. *Aff.* Joſ. 14. 6.

אוּד m. Titio, torris. Amos 4. 11. *Pl.* Jeſ. 7. 4.

Ch. אוּד Idem. Amos 4. 11. Zach. 3. 2. *Pl.* Jeſ. 7. 4. *Talm.* Rutabulum, *lignum quo ligna in fornace promovent, & prunas eximunt. Betza f.* 33. 1.

Syr. ܐܘܕܐ Titio, torris. Amos. 4. 11. ܐܘܕܐ

ܡܣܚܪܬܐ Rutabulum, verriculum furni. *Pl.* Iſa. 7. 4.

ܐܘܕܘܬܐ Sententia, voluntas, placitum. *For. Gr.* αὐδή.

ܐܘܕܝܓܘܬܐ Liguritio, guloſitas. *B. B.*

ܐܘܕܝܓܘܣ *Gr.* ὁδηγός. ܐܘܕܝܓܝܛܝܣ *vr. qs.* ὁδηγῆτις *vel* سبيلة *vertit B. B.* παιδηγῆτις *quamvis per*

ܐܘܕܝܘܢ Theatrum.

ܐܘܕܝܡܐ *Gr.* οἴδημα. ܐܘܕܝܡܘܢ Tumor aqueus. Apoſtema. *It.* Doctor, docens. *B. Seruſh.*

ܐܘܕܝܢܝܘܣ & ܐܘܕܝܢܘܡܣܘܢ Dolor, moleſtia, tormen. *B. B.*

ܐܘܕܪܝܣ *Gr.* Ἀνδριὰς ſtatua. B.B.

ܐܘܕܢܐ *Gr.* ὕδνα Tuber.

ܐܘܕܝܪܐܣ Tumor, *vel* apoſtema, cujus humor ſimilis eſt albumini ovi. *B. B.*

Sam. ࠌࠅࠃࠀࠄ *v.* עוד.

Æth. አወደ *v.* ዐወደ.

Ar. آدَ, *Act.* أَوْدٌ, *& Nom.* Viri, *Fut.* O. Incurvavit, inflexit, *&* أَوِدَ, *Act.* أَوَدٌ, أُوُودٌ, Curvus evaſit. 2, *Unde hoc ſequi ſolet*, Gravavit, gravitate preſſit. آدهُ الامر Occupatum eum habuit res. *c c a p.* 3, آدَ العشي Inclinavit veſpera *: ita & umbra, cùm eo tempore* inflectitur ac redit *Orientem verſùs.* II. Inflexit, incurvavit. V. Incurvatus fuit. 2, تأوَّدهُ الامر Grave & moleſtum illi fuit negotium. VII. Incurvatus & inflexus fuit, *ſ.* curvus evaſit.

أُوُدٌ *Nom.* loci in deſerto. آيِدٌ Gravis, moleſtus.

أَوِيدٌ Murmur & ſtrepitus *hominum.*

أَوْدٌ *Pl.* أَوْدَادٌ Onus, pondus. مَؤُودٌ Gravitate preſſus.

مَآوِدُ *qs.* أَوَائِدُ, Infortunia, mala, *ut quibus quis premitur.*

أُودَرُ, *& cum* ذ, *Gr.* ὕδωρ, aqua.

داعر, f. ة, Impurus. Scortator. 2, Carioſum *lignum*. 3. f. Quæ indito ſpathæ, *vel* aſperſo, maris flore non fœcundatur *palma*.

دعرور, *Pl.* مداعير, Illaudatus (*&* Obtrectator : accuſator. *Gigg.*)

دعار Sceleroſus *homo*. Eccli. 28. 15. *Fur.* 2 Macc. 51.1. *At c He fin.* 2, *ſine Teſd.* Impuritas, improbitas: ſcortatio; *& cum Re Teſd.* Pravitas.

ادعر Non emittens ignem *ignitabulum*.

مدعر Elephanti, *&* omnis fœdus, color.

دعرية Præſtatio damni, *aut* pro fide data. 2, Cùm mulier ſenex eſt. *Gigg.*

Q. دعرم Brevibus properavit paſſibus. دعرم Illaudatus, brevis *ac* ſequior. 2. Camelus poſt alios, *&* eorum reliquias potans.

¶ دعر, *Act.* دعر, *Fut.* A. Impulit, truſit. *&* Invaſit, immiſit ſe, impetum*que* fecit *in hoſtem*. *cca.* 2, Ingreſſus fuit *domum*. *cc* في. 3, Vi rapuit, abripuit. *&* Digito ſuſtulit collapſam infantis columellam. 4, Compreſſit, arctavit*que* guttur, *&* ſtrangulando necavit. 5, Non ſatis ex ubere ſuxit infans. *&* Malè nutritus fuit.

دعر *i. q.* إسلام, *al. cod.* إستلام. 2, *et* دعري, Audacia inconſtans. 3, Pravitas indolis.

دعرى لا صغا *&* دعرا لا صغا

Cum impetu tumultuario, non ſtructo ordine. (*Gigg. Formula*, quâ aliqui deprædári, nec pati alios in prælio conſiſtere jubentur.)

دهب صاغرا داعرا Evaſit vilis, *&* abjectus.

دعرة *i. q.* حرب عضوض. (Bellum, invaſio prædonum. *Gigg.*) *&* Cùm res vi abripitur, diripitur*ve*.

دعرور *i.e.* فاحش عريض. (Impudicus, turpis. *Gigg.*) مدعر, *al. cod. c* غ, Fœdus color.

¶ دعر, *Act.* دعر, *Fut.* A. Terruit. *et Paſſ.* 2, Metuit, terrorem concepit. Deut. 1.21. Joſ. 10.25. *et* 8.1. Act.20.10. Phil. 1.28. IV. *i. q.* 1, I. Deut.31.8. Jer.1.17. V. Territus fuit. 2 Theſſ.2.2. *Erp.* VII. Contremuit *in corde*. *cc* من. Deut. 31. 6. *Ar. Sam.*

دعر Attoniti animi ſtupor. 2, *primâ Dam.* Formidabile negotium; *et mediâ Keſr.* Terror, timor. *Avic.* I.321.26. *et* Strepitus pugnæ. II. 41.13. *Ar.* *&* Podex *ſ.* nates quadrupedis. *Gigg.* 3, *He fin.* Motavilla, *avis*: *quòd ob trementem ſemper caudam in continuo eſſe videtur metu.*

دعور, *&* مدعور f. ة, Territus, trepidus, *&* pavens. *Avic.* I. 492.36. *Ar.* 2, *prim.* *Camela* refugiens uberis contactum. 3, *tert. pec.* Metuens ſibi à ſuſpicione *mulier.* 4, Obſcœnus *ſermo*. *Gigg.*

دعارة Libertas: immunitas.

¶ دعس, *Fut* A. Invaſit, irruit. *cc* على. *&* Ingreſſus fuit *tenebras noctis*. *cc* في. IV. Id. VI. *utì &*

Q. دعوس Commixti in prælio, *aut* tumultuati fuerunt.

مداعسة Premere invicem præ multitudine, *pec.* circa aquam, eam*que* obire potandi ergô. 2, Potatio repentina *ſ.* feſtinata, *ac* pauca. 3, Aſtuta captatio: inſidiæ; *ſ.* expetatur quid, *ſ.* repellatur.

---

**דעת** SYR. ܕܥܬ Sudavit. ܕܥܬܐ Sudor, *v.* דוע.

AR. دعث *v.* دعب, *Fut.* A. Valdè impulit, truſit*ve*. *cca.*

¶ دعث, *Fut.* A. Pedibus, manibuſ*ve* disjecit *terram*. *cca.* 2, *Paſſ.* Horrore, *ac* terrore correptus fuit, *ut in principio acceſſionis febrilis*. IV. Reliquum fecit. V. Sceleſtè egerunt *primates eorum*. *Gigg.*

دعث, *Pl.* ادعاث, دعاث, Principium morbi. 2, Odium, malevolentia. 3, *tert.* Proceſſus in itinere: *&* Furtum. *Gigg.*

Q. دعثر, *Act.* دعثر, Diruit. *&* Fregit. 2, Deturbavit *equitem ab equo*. *Gigg.*

دعثر *& c* ة, Fatuus, demens. 2, *c He fin.* Levitas, agilitas, celeritas. *Gigg.* دعثر Validus, qui quidvis demolitur.

دعثور Ciſterna, *ſ.* piſcina perfluens, *ſpec.* rimoſa, *aut* diruta, *aut* malè ſtructa. 2, Commodorum copia. 3, Gratias agens; *&* Cui agendæ. *Gigg.* مدعثر Dirutus.

¶ دعت, (*&* دعت, *Act.* دعت, *i.q.* دات,) Strangulando necavit. *cca.*

---

**דפף** CHAL. דַּף, דַּפָּא Aſſer, tabula. Exod. 26. 16, 17. *Pl.* v. 18,19,20. *Emph.* v. 18. *Cn.* v. 17. דף של נחתומין Tabula piſtorum, *in qua reponunt maſſas panis*. *Kelim c.* 15. בי דפי Domus aſſerum, *h. e.* Torculare olivarum. *Ba. metz.* 74. 1. *Rabb.* בתוך הדף in medio paginæ: חוץ לדף extra paginam, in margine. בין דף לדף inter unumquodque folium.

SYR. ܕܦܐ *i. q. Ch. ib. It.* Titulus, *qs.* Tabula ſcripta, Joh. 19.20. *Pl.* ܕܦܐ Aſſeres, Ezech. 27.5. Act.27.44. *Cn.* Exod.36.31.32. *Aff.c.*35.11.

ÆTH. ደፍአ: Expulit, diſpulit. *Emitte lumen tuum* ዘይድፍእ: ለጽልመት : ut diſpellat tenebras. *MS. Æth.* ደፕ : Inſidiæ. Jud.9.43. *I. L.*

AR. دف *pro* دب, *Fut.* I. *Act.* 1, *&* 2, دفيف, Leniter *ac* ſenſim على *vel* نحو *in hoſtem* tetendit. *cca*

2, *Fut.* A. Deorſum, prope, *ſ.* juxta terram, volavit *accipiter, ut cùm perſequitur delabentem prædam. aut* Ales, pedeſ*que* movit: *&* quaſſavit alas inter volandum: *ut columba. conf. prim. Rad. Sad.* 3, *Fut.* I. *Tranſ.* Properavit interficere *ſaucium, vel ægrotum. cca.* 4, Pulſavit *oſtium.* Apoc. 3. 20. *Erp.* II. Id. *cca.* 2, *Intranſ.* Acceleravit. III. *i. q.* 3, I. *cca.* IV. Id. *cca.* 2, *Intranſ.* Conſecuta ſunt *negotia* alia poſt alia. VI. Alter alteri inequitavit in dorſo, *ſ.* incubuit. X. استب *Iſtebba*, Recta fuit, *i. q.* 2, I. 2, *pro* . rectè habuit, *res*: *&* poſſibilis, faciliſ*que* fuit. *cc* ل *p.* 3, Raſit pubem *novaculâ.* (Acuit *novaculam. cc* ب *Gig.*)

دف, *Pl.* دفوف, תפים *Hebr.* *&* תפף Tympanizavit, *Hiſpan.* Adufe, Tympanum; Gen. 31. 27. Jud. 11. 34. Pſa. 67. 27. *Ro.* Eſa. 5. 12. *Seld. ſed propriè* Arabicum ejus genus: *eſtque telia, ſ. circulus unam modò ſubtenſam habens in medio membranam, & hinc illinc in laterum inciſuris crepitacula ænea; quæ in axiculo inter ſe colliſa tinnitu ſuo ſuaviter temperant comploſæ membranæ boatum.* 2, *primâ Fhat. Act.* 1, I. *Pſ. Ro. p.* 445. *v.* 23. Pſa. 80. 3. *&* 149. 3. *it.* Diſſipatio, *pec.* quæ ventilando fit. Eradicatio. (*&* Stridor calceorum. *Gigg.*) *&*, *c He etiam fin.* Latus, *ac* alterutra facies rei, *pec. collis arenacei, terreive,* quod oppoſitum ſpectanti. *ita &* Pagina *chartæ, librive*; *Rabb.* דף. *&* Tympanum, *ſ.* tabula valvarum, *vulgo* panellum. Aſſer *januæ.* Cant. 8. 9. *& Pl. laquearis domûs.* c. 1. 17. *& i. q.* 1, *præcedens. &* دفا الكتاب Tabulæ duæ libri, ſimileſ*ve* duæ res, inter quas compactus continetur liber. *ſic* Duæ membranæ *tympani communis. & duo latera* ephippii, quæ tegunt latera equi. *conf. prim. Rad. Sad.* 3, *tert. primâ Phath. Ag.* 2, I.

دفاف Tympaniſtes, tympani illius Ar. pulſator, ejuſ*ve* effector.

دافة Exercitus ſenſim tendens ad hoſtem. 2, Arabes quidam. *Gigg.*

مدفوف In latera propendens *cameli gibbus.* 2, *c Fe primâ Keſr.* Tympanizans *puella.* Pſa. 67. 26.

Q. دفدف *i. q.* 2, I. *&* II. τῶ دف.

دفدفة, *Pl.* دفادف, Latus terræ. 2, *i. q.* ארום. *R. Aruch.*

¶ دف, *Act.* دف, دفاف, Citò inceſſit. Celeriter obortæ fuerunt, manarunt*que lacrymæ.* Properavit interficere *ſaucium. cc* على. II. Id. X. Præparata, recta, apta fuit *res. Gigg.*

دف Modica res; Paucitas aquæ. *it.* Prælium, acies; *& primâ Keſr.* Oves. *Bd. Gigg.*

دفاف Venenum lethale, *ac* præſens. 2, *Non eſt in eo* aliquid, quod, *vel* quo appendi queat; ما ذقت دفافا Nihil guſtavi prorſus. *Gigg.*

دفيف Velox, celer, feſtinus; *&* خفيف *præpoſito,* Agilis, *&* promptus. 2, *prim. c Vaw penult. pro Je* Equus quidam. *Gigg.*

---

**דפא** AR. دفي, *Fut.* A. *&* دفو; *Act.* دفا, ء, *qs. Lat.* tepeo, Caluit, *ſ.* calefactus, fotuſ*ve* fuit, omni frigore depulſo, *vel* excluſo. 2, Calefecit, fovit *veſtis*; *Avic.* I. 93. 26. *et* 448. 12. *Ar. aut etiam alium alius ſuo calore. &* Calidâ induit veſte. *ccap.* 3, Multum dedit, donavit*que.* 4, *Intranſ.* Convênit, *&* congregatus fuit *populus.* II. *i. q.* 2, I. 1 Reg. 1. 2. Eph. 5. 29. V. Calidiore veſte opertus fuit. *Act. &* Calefactio. *Av.* I. 93. 28. 2, Vertit ſeſe ad calida, *utì ignem*, ut incaleſceret. 3, *i. q.* I. VIII. *&* X. Id. *&* X. Fomentum captavit, adhibuit*que*, *&* calorem percepit. 1 Reg. 1. 1. Job 31. 20. Hag. 1. 6. Jac. 2. 16. *Erp.* 2, Petiit, voluit*que* ut incaleſcere poſſet; *et* ſe ad calida obvertit.

دفء, دفاء, Calor. Eccleſ. 4. 11. *Av.* I. 93. 26. 2, *Pl.* ادفاء, Fomentum; *Avic.* I. 24. 25. *Ar. pec.* ex lana, *vel* pilis camelinis. *In ſumma*, Quicquid commodi à camelis redit: *ſpec.* Fœtura, *et* lac, *et* pili eorum. 2, Angulus calidior, *aut* locus in cubiculo, ubi quis conſidet tectus, fotuſ*ve.* 3, *tert.* Gibboſus, curvus. *Gigg. v. ult. Rad. Vaw.*

دفي, f. ة, Calida indutus veſte, fotus. 2, *c Je Teſd. et* f. *c He fin.* Calidus, *ſ.* fovere idoneus *dies, nox, locus, veſtis.*

دفئي, دفي, Pluvia extremi veris, *qs. fomentum terræ.* 2, *prim.* Pullus eâ tempeſtate natus: *et c He fin.* 3, Commeatus, penuſ*ve*, qui reconditur ante æſtatem.

دفان, f. دفاي, Calidiora indutus.

مدفاة, *Pl.* مدافي, *i. q.* مدفاة, Terra calefaciens, fomentis pollens. 2, *tert.* Camelorum multitudo. (*qs. ſe mutuo calefaciant. Gig.*)

مدفية, مدفية, مدفاة, Cameli qui pilis, *atque* adipe abundant.

---

**דפה** דֳּפִי m. *c Silluk* דֹּפִי Infamia, probrum, opprobrium, calumnia, vituperium, offenſio, ſcandalum. Pſa. 50. 20.

CHAL. דְּפִי, דְּפִיָא Id. *ib.* דּוּפִי Depulſio, refutatio.

SAM. ࠃࠐࠄ *Heb.* תף Tympanum. Exo. 15. 20.

AR. دافة *pro* هافة Peregrinus.

---

**דפו** AR. دفا, *Act.* دفو, *Fut.* O. *&* ي *ultima,* Obruit *ſaucium, ac* interfecit. *cca.* III. *&* IV. *ultimâ Je*, Id. *cca.* VI. Modò huc, modò illuc movit, conjecit*ve. & ita* alter alterum truſit: *qs. pro* تدافع. *&* (alter alterum aſſequutus fuit. *Gigg.*) *i. q.* تدارك. *& i. q.* تجافى, *de incedente camelo,* (*lentè, et gravi mole. Gigg.*) *v. etiam ult. Rad. Hamz.*

دفا Incurvatio, curvitaſ*que* dorſi, *vel* cornuum.

ادفى (*& c* ذ, *al. c* ق *pro* ف, *Gigg.*)

f. ادفاء Cornubus longis, *&* penè ad nates inflexis *caper.* Longis alis prædita *avis*; longâ cervice *equus.* (auribus enervatis, *&* naribus demiſſis. *Gig.*) Magna *arbor.* Adunco roſtro *aquila.* 2, f. *abſolutè ut Subſtant.* Arbor magna. *&* Aquila.

---

**דפח** דְּפִיחַ *Nom. Prop.* loci, *pro H.* חֲצֵרִים Deut. 2. 23. *Al.* Atrium.

AR. دفح *i. q.* دنح; *&* مدفوح, Projectus. *R. Gloſſ.* ¶ تدفح *i. q.* تذفح. *Gigg.*

---

**דפט** CHAL. דִּפְטִיָא Qui forti præſunt, præfecti ſortis. *Confer* בעלי דלדולין *in* דלדל. Deut. 1. 8. *Jon. Conv. c* תִּפְתַּיָא Dan. 3. 2. דִּפְטְרָא *v.* דפת.

SYR. ܕܦܬܪܐ *&* ܕܝܦܬܪܐ Liber computorum, rationarium. *BB.*

AR. Q. دفطس, *et c* ذ, Amiſit opes, *ſ.* pecora ſua.

¶ دفط *Fut.* I. *i. q.* دفظ, Coivit cum fœmella *avis. lupus.* 2, Excrevit è ventre *muſca.*

دفوط Debilis. ادفى, f. دفواء *al. c* ق *Gig.* Laxas aures, pendulaſ*ve*, *&* talem naſum habens.

---

**דפל** CHAL. דיפלי, דיפלון. פול *v.* דפל. Duplum, duplex. *Bereſ. rab. ſ.* 59. *in* בָּא בַּיָּמִים Gen. 24. 1. *Tal.* mulctavit eum בדיפלא pro duplo. *T. H.* ען *c.* 1. *T. H. Succa c.* 5. *T. H. Peſach.* 37. 3. דיפלומטר Arca, arcula, capſula. *Schemoth rab. ſ.* 20. *T. H. Jom. tobh. c.* 1. *f.* 60. 3. *Gloſ.* דפלמנטרין Locus ubi reconduntur veſtes, veſtiarium; Diploma. *CL.*

AR. دفل *i. q.* دفلي *&* دفلى *Sing. & Pl. qs. à* Δάφνη. Oleander: *quòd laurum foliis refert, ut floribus roſam: unde &* ῥοδοδάφνη *dcr.* Eccli. 24. 18. *G. Nub.* 39. 10. *Ar.* Νήειον, *ſ.* Rhododendrum. *Avic.* I. 158. 47. *tit. Dioſc.* IV. 82. *& c He fin. prim. pro* לַעֲנָה. Deut. 29. 18. *it. ſec.* Lignum lethiferum. *R. Aruc.* 2, Pix; *tum* liquida, *tum* ſicca; *at c Dſal.* Pix liquida tenuis.

CH. דפום Ezech. 6. 11. *Ven. malè pro* דפוס.

---

**דפן** CHAL. דּוֹפַן Coſta, latus, paries. 2 Sam. 2. 23. בדופן החומש *hoc eſt* החמישית *R. Jochanan. Sanhed. f.* 49. 1. *Nidda c.* 5. *init. Bechor. c.* 2. *Miſ. Kerith. c.* 1. *Miſ. Pl.* דְּפָנוֹת. *Af.* Levit. 23. 42. *Jon.* דְּפַן Percuſſit. *Af* דפנוהו. *Metzia* 107. 2. *Gittin* 34. 1. *It.* Abſcondit, *ut Ar. Kelim c.* 2. *ſ.* 3. דַּפְנָא Laurus, Daphne, Δάφνη. *Moed ka.* 7. 1. *Peſac.* 56. 1. דַּפְנֵי Daphne, *nom. loci. reſpond. Heb.* רִבְלָה. *Jon. & Hier.* Num. 34. 11. *v. T. H. Sanhed. c.* 10. *fi. Jalkut Prophet. f.* 52. 2. לרבינה של רבלתה *vr. leg.* לדפני in Daphnen Riblathæ. *Bx. v. Bochart. Ge. Sa.* 468. *A.*

SYR. ܐܬܕܦܢ Defecit, conſumptus eſt. *F.*

ܕܦܢܐ Latus, coſta. Ezech. 41. 5, 6. *Af.* Joh. 19. 34. *et* 20. 25. *Pl.* ܕܦܢܬܐ. *Af.* Iſa. 11. 5. *It. Pl.* ܕܦܢܐ Epulæ variæ. *F.* ܕܘܦܢܐ Arca. Gen. 50. 26. *It.* Urna funebris, feretrum. *BB.* Gloſſocomon. ܕܦܢܘܢ *&* ܕܦܘܢ Raphanus ſylveſtris (*familiarè id Syr.* ܕ *pro* ܪ.)

*BB.* ܕܦܢܩܐ Galbuli, nuces cupreſſi. *F.* ܕܐܦܢܐ *v.* דאף.

ÆTH. ደፈነ፡ Occultavit: Operuit, involvit; glomeravit, contexit. Pſa. 43. 21. *et* 54. 5. *et* 77. 58. *et* 105. 12. Marc. 4. 7. *Imp.* Luc. 23. 30. *Fut.* Pſa. 76. 9. መድፍን፡ Theſaurus, res occulta. Mat. 13. 14. ደፍንት፡ Exod. 12. Panis ſubcineritius. Jud. 6. 19.

AR. دفن, *Fut.* I. Occultavit, texit: recondidit, *pec.* ſub terra: Sepelivit. *cca.* Gen. 15. 15. *et* 23. 4, 6, 8. Jud. 2. 9. Mat. 25. 18. Act. 5. 6. Rom. 6. 4. Col. 2. 12. *Ag. & Intranſ.* 2, In medio camelorum fuit, ſe*ve* ingeſſit *camela*, *pec.* cùm adaquarentur; 3, Abiit, diſcurrit*ve ea*, quò voluit. 4, *mediâ Keſr.* Apparuit *morbus*, poſtquam latuit: *et quidem* graviore cum malo. V. *Paſſ.* 1, I. *et* Latuit. VI. Inter ſeſe rem occultarunt, clam habuerunt. *et* Sepelivere invicem. VII. *i. q.* I. *et* Oppletus, tectuſ*ve* fuit *puteus* quâdam ſui parte. VIII. Id. 2. Aufugit: Subduxit, abſcondit*que* ſe *ſervus, pec.* per diem unum, *ac* alterum, veritus nè venderetur: *idque ferè* intra urbem, *vel* prope ab urbe, ubi vendendus eſſet.

دفن *Act.* I. 2, Obſcurus homo. 3, *mediâ Phath.* Perfectus, *et* integris moribus *vir. Gigg.* دوفن *Nom.* Viri. *Id.* Androgynus, *vir et fæmina. Bd.*

دفون Vagans, *ac* pro lubitu citra neceſſitatem incedens, quo velit, *camelus, homo. et* Quæ in medio camelorum incedere, *ſ.* verſari ſolet *camela*, ſedere inter viros *fœmina. et* Subducens ſe, latenſ*que*, *et* fugitivus *ſervus.*

دفين, (f. ة *Pl.* دفاين,) c. *Pl.* ادفان, دفناء, Tectus, a, *mulier.* Sub terra reconditus. Sepultus. Incognitus, *aut* latens *morbus.* 2, *Subſtant. Pl. Dufunon, i. q. ſeq. prox.* Latens, tectuſ*ve* puteus, ciſterna, quâdam parte: *quod fieri videtur, nè omnium uſui pateat. et* f. Res abſcondita, *ſ.* ſepulra. *ſpec.* Theſaurus. (*et* Statio quædam. *Gig.*)

دفان *i. q.* 2, *prox. præc. et, Pl.* دفن, *in gen.* Locus tectus, *et* oppletus.

دفني Species ſtriatæ veſtis. دوافنا Interiora *negotii.* 2, *c He fin. ſine Eliph ult.* Tritos ſenio, *et qs.* latentes, habens molares dentes *vaccæ.*

مدفن, ة, Sepulturæ locus. مدافن Monumentum. Matth. 23. 29.

مدفان, مدفون, Qui vadit, quò non opus eſt, *camelus, homo*; *et ſe* abſcondens. 2, Tectus puteus. ſec. Abſconditus. Joſ.7.21,22. 3, prius, Tritus uter.

دِفِس *i. ferè q.* ومدفِس *v.*3, *ſign. ſeq.*

2, & دِفناس, Demens. *et ſubſt.* Vilis. talis vir *aut* mulier. 3, *prim.* Fœmina gravis mole. *et ſec.* Gravis corpore, vix potis movere loco. 4, *tert.* Avarus. *et* Paſtor ſegnis, *ac* iners.

---

**דפס** CH. *Hiph. Rab.* הִדְפִּים Fecit, *ſ.* curavit imprimi, *aut* excudi, Formavit, efformavit, expreſſit, impreſſit, typis effinxit, excudit. *Hoph.* אֲשֶׁר הוּדְפְּסוּ מִקֶּדֶם qui impreſſi ſunt jam antea. *Niph.* נִדְפַּס Impreſſus. דּוֹפֵס Imprimens, impreſſor, typographus: דְּפוּס Typus, forma, Preſſio, impreſſio. *Ba. ba.*24. דפוס גבינות τυροκομεῖον caſearia forma. *Peſach.* 37.1. Gen. 49. 11. *Hier.* בֵּית הַדְּפוּס Domus, typorum, impreſſionis, Typographia: *de qua v. Pancirol. Mem.* II. *tit.* 12. *et ult.* בַּעַל הַדְּפוּס Dominus impreſſionis, Typographus. *Pl.* דְּפוּסִין הַרְבֵּה formæ plures. דְּפִיסָה Preſſio, impreſſio. הַדְּפִיסָה הָיְתָה בְּעִכּוּב impreſſio erat in mora, *i.e.* impediebatur, tardè procedebat.

SYR. ܕܘܣܝܘܬܐ Proprietates eſſentiales, *à Gr.* οὐσίας. *BB.*

ܕܝܦܣܩܘܣ & ܕܝܦܣܩܘܣ Dipſacus; *No.* herbæ, *Talm. i.q.* אבוב רועה Gummi olivarum. *BB.*

AR. دَفَس، *Gigg. cod.* وادفس، Nigro faciei colore affectus fuit citra morbum.

---

**דפע** AR. دفع، يدفع *Fut.* A. Truſit. Pepulit, impulit. Abjecit *matrem.* Prov. 19.26. Repulit. Pſal. 117. 12. Pſ. *Ro.* p. 452. *v.* 44. Act. 7. 27. Expulit, exturbavit *humores medicina.* Avic. I. 1.17. *et* 5.50. *et* 33.46. *et* 36.29. *et* 265.5. Prohibuit, propulſavit. Avertit. *ccar &* عن *p.* 2. Dedit, tradidit. *ccar &* الي *p.* Gen. 21.14, *et* 31. 39. Lev. 19.20. Num. 3.9. *et* 20.19. *et* 31.47. *et* 32.5. Pſal. 48.14. *et p.* 473. *v.*6. *Ro.* Matth. 11.27. *et* 14.11. 2 Cor. 4.11. Judæ 3. Act. 4. 35. *et* 7. 8. *et* 12.4. 1 Cor. 7.38. 1 Pet. 2.23. Apoc. 10.9. *Erp. et* Reddidit. 3, *Intranſ.* Rediit; & 4. Lac ſtillatim emiſit *ovis* ante fœturam. II. Vehementer truſit, pepulitve, *aut* ita repulit. 2, Abjectum, contemptibilemque, *aut* pauperem, *qſ.* repelli dignum, reddidit. III. *i. q.* 1, I. *Part.* Protelandus *Antonius.* 2 Macc. 50.13. 2, Extraxit rem in longum *cum aliquo,* procraſtinando egit. *ccap. et* Ceſſit, locum dedit *iræ divinæ.* Rom. 12.19. *Erp.* VI. Invicem truſerunt, impuleruntve, *vel et.* Ab invicem repulerunt. VII. *Paſſ.* 1, 2. I. *Avic.* I. 7. 30, 45. *et* 44. 33. *et* Impulit *in ſecurim manus.* Deut. 19. 5. *Erp. et* Adſtrinxit *ventriculum.* Avic. I. 133. 35. *et Part.* Agitatum *folium.* Lev. 26. 36. *Act.* Expulſio. *Avic.* I. 26. 48. *et* 33. 46. *et* 265. 14. 2, Benè, *et* valde progreſſus fuit. 3, Periit. X. *i. q.* 1, I. *Part.* Avic. I. 539. 18. *Ag.* 19. *Ar.* 2, Rogavit *Deum,* ut averteret *mala. at* علي استدفاع لعنتك In me refundatur maledictio tua. Gen. 27.13.

دفع *Act.* I. *et* Impulſus *noctis.* Job. 36.20.

2, ة, *Pl.* دفعات، دفوع، Vicis una, *Gall.* un coup. Semel. Heb. 6.4. Vices. Vice *multâ.* 2 Cor. 11.26. *et Erp.* Matth. 26.34. Marc. 5.4. *et* Momentum, inſtans. Subitò, repente. *Avic.* I. 47. 10, 11, 13, 14, 15. *et* 54.13. *et* 168 36. *et ſecund.* Fruſtum, *Bell.* habitudo, ſuperficies *naſi.* Avic. I. 309. 9. *et tert.* Expulſiones *ſanguinis.* 398. 38. دفعة، *Pl.* دفع *i.q. præc. prox.* 2, Fluxus unus, iſque vehementior, pluviæ ſimiliſve rei. 3, Aqua. 4, Sanguis. *et Synechd.* 5, Vulnus.

دافع، f. ة، *i. q.* مدفاع، Camela, *vel* ovis coloſtrum in uberibus producens ante fœturam. 2, *Ag.* Expellens *aquam aër. G. Nub.* p. 4.10. Expultrix *facultas.* Avic. I. 33. 42, 46. *et* 36.19. *et* 206. 35. *et* Proditor. Joh. 18.5. *et* Data *coma.* 2 Cor. 11.15. *Erp.*

دوافع Partes depreſſiores terræ, ad quas delabitur flumen.

دفاع Valdè impellens, repellenſve. *pec.* Qui os in patina oblatum à ſe removet, ut obviam habeat carnem. 2, *primâ Damm.* Fluxus ingens aquæ, 3, *primâ Keſr. ſine Teſd. Act.* III. Propulſatio, averſio.

مِدفع *i.q.* دفع. 2, *i. q.* مدفوع. 3, *primâ Phath.* Locus per quem fluit aqua canalis. 3, *primâ Damm. c Fe Keſr.* Ingens, *et* hominem deprimens paupertas (*et* Camelus, a, præſtans, quibus in uſu parcent alios pro illis adducentes. *Gigg.*

مدفوع Abjectus, contemptibilis, pauper. (Hoſpes, quem ob avaritiam altera familia ad aliam tranſmittat. *Gigg.*)

مدافع *i. q.* سيل مزاحم. 2, Expulſor *ſitis.* Avic. I. 441. 18. *et* Impulſio mutua in pectore, *exercitii genus.* 80. 19. *Ar.*

¶ دفع Stramen, *ac* gluma milii ventilati.

---

**דפץ** دفص Contudit, confregit, *caput.* *Gigg.*

دفص Levitas, glabra mollities: *Hinc* دوفص Cepe: (*quòd nodis careat*; & *prim.* Acies, mucro bipennis mortem inferens. *Gigg.*)

---

**דפק** דְּפַק Pulſavit, impulſit, *ſ.* impetum fecit. *Af.* Gen. 33.13. *Pa.* Cant. 5. 2. *Hith. Pa. Pl.* Jud. 19.22. Valdè crebrò pulſantes.

CHAL. גִּידִים הַדּוֹפְקִים Venæ pulſantes, quas medici palpant. *H.* עוֹרְקִים Job. 30. 17. דֶּפֶק Pulſus. דֶּפֶק הַגִּידִים pulſus venarum. דְּפִיקָה Pulſatio, pulſus. דּוֹפְקִים Arteriæ, venæ pulſatiles. Job 30. 17. *in R. Levi. Ab. Eſra. ib.* Nervi. דּוֹפְקָא, דּוֹפֶק Latus feretri, *vel* ſepulchri, *ſ. ſit ex aſſere, ſ. ex lapide.* Num. 19. 16, 18. *Jon. Chol.* 71.1. *f.* 126. 2. *R. Da.* Eſa. 14. 19. אבני בור *ſic dici ſcribit, quia Hebrais in more fuit. lapides ſtruere circa ſepulchrum, quod Rabb.* דופק *appellant, Rambam in Obol. c.*2. דופק Sunt latera ſepulchrorum, quibus innititur ſepulchrum, &c. & *ſunt qſ. fundamenta parietis: cùm a. referuntur ad operculum, vocantur et.* דופקים &c. *Ponunt et. quandoque juxta lapidem lateralem ſepulchri lapidem alium, qui illum contineat, ſed lapis operiens non innititur ei, & hic vocatur* דופק דופקים.

דַּפְקָא Ile, ilia. *Al.* Collum. *Ba.* Metz. 23.2.

AR. دفق، *Fut.* O. I. Effudit aquam. *cca.* 1 Sam. 7.6. 2 Sam. 23. 16, 17. *Sanguinem.* Eccli. 27. 14. *et* 28. 13. 2, Effuſione una deplevit totum *vas. cca.* 3, دفق روحه، Effudit, extinxit, vitam ejus *Deus.* 4, *Intranſ. potius formâ Paſſ.* Effuſa fuit, effluxitque *aquam.* 2 Sam. 14.14. II. Benè, ac diligenter effudit. & دفقت كفاه اليدي Largiter effuderunt dona manus ejus. IV. *i. q.* 1, 2, I. *cca.* V. *Paſſ. ejus. et ferè* largiter. Effuſus fuit, effluxit præ redundantia. Prov. 18. 4. Joel 2. 24. *Ag.* Sap. 11.7. VII. Id. *ſc. ſperma in matricem.* Avic. I. 583. 18.19. *Ag.* Eſa. 66.12. *Part. Paſſ.* Expulſus *ſanguis.* Avic. I. 158. 32. *et* 570. 22. *et in inceſſu ſ. curſu equus, i. e.* celeriter inceſſit. & ſe effudit, exuperavit *aqua.*

دفق، دفوق، *Act.* 4, I. دفق، دِفق، Generoſus curſu *equus.*

دافق، دِفاق، دِفقي، Celeriter incedens camelus, *aut* modo in unum, modò in alterum latus, *aut* paſſibus diductis: *hinc* مشي الدفقي Inceſſit iſthoc modo. 2, Sexta pars drachmæ. *v. med. Raa. Nun.* Avic. I. 77. 53. 3, *ſecund. & tert. uti &*

دفقي، دِفقة، دفوق، Generoſa, *ac* effuſi curſûs equa. & *tert.* Camela generoſi generis, *ac* velox. *aut* omnis expers fœturæ.

أدفق، Obliquum, incurvum, *ob ſenium, vel curas.* *Gigg.*

دفعة واحدة، دفعة، *v.* دفعة، Cùm una vice ſimul omnes veniunt.

---

**דפר** דּוּפְרוֹן, דּוּפְרִין Δωεὰ φερνὴ Dos. *In Bereſ. rab. ſ.* 18. *Jalkut. Gen.* 2. *ſ. Hebræi expon.* duplicem dotem. דו Δύο & φερνή.

SYR. ܕܘܦܪܐ Arca; Involucrum lineum cadaverale. *Ir.* سكان *BB.* ܕܦܪܢܐ Cupreſſus. *F.*

ÆTH. ደፈረ: Audax, impudens fuit. Vidit, intuitus, conſpicatus eſt. *Deus adeo terribilis* ዘኢይደፈር: ut conſpici nequit (non audebit.) *Miſſ. Æth.* 172.2. *Ar.* طفر IV. Audacem, impudentem reddidit. V. Audaciam admiſit; facilis fuit acceſſu. *Inf.* ተደፈሮ: Audacia, impudentia. *I. L.*

AR. دفر، *Fut.* A. Malè oluit, fœtuit. 2, Impulit, truſitve in pectore. دفر، دفر، دافر، f. ة، ادفر، f. دفراء، *prim. Act.* & *ipſe* Fœtor. *ſecund. c ſeqq.* Fœtens, *pec.* Ancilla. (*et* Malè audiens. *Gigg.*) *quint.* Fœtidus. & Rubigine armorum ſordens *turma.* 2, *prim. mediâ Fhath.* Cùm in cibo vermes naſcuntur; *à fœtore. et* Vilitas abjecta, *et* contemptus. دفرا 2 دفار، & الدفر، ام دفر، *et* دافرا له *i. q.* وادفراه. 3 يا دفار *i. e.* Mundus. *it. tert.* Malum. 2, Phy illum. 3 ô fœtida: *convicium ancillæ.* دفران *i. q.* عرعر Juniperus. *BB.*

¶ دفر Fragravit; acriorem reddidit odorem, *ſ.* ſuavem, *ſ.* fœtidum.

دفر *Act.* & *ipſa* Fragrantia odoris, boni, *vel* mali. & *amomi.* Avic. I. 173.26. & *pec.* Fœtor axillarum, ſimiliſve: *ſudoris.* Avic. I. 164. 25. *Ar.* & Semen admiſſarii. *Gigg.* 2, *med. Keſr.* f. *c He fin. Ag.* Fragrans odore *hortus:* & acris fœtore.

دِفري f. *Pl.* دفاري، دِفريات، دفاري

(& دِفر، ة، tali oſſe magno, *ſ.* valido præditus *camelus,*) Cranii pars protuberans ponè aures: *ab acrimonia ſudoris, qui in camelis ibi primùm apparet.*

ادفر، f. دفراء، Fragrans, acriorem emittens odorem. 2, f. *c Artic.* Ingrati odoris herba quædam, *ut eam vix pecudes depaſcantur:* Ruta ſylveſtris. *inde* Olens *turma dcr. ob ferri, & rubiginis odorem.*

ديفروجاس Diphryges, minerale quoddam ex Inſula Cypro. *Rin. in Avic.* II. 96. 13. *Ar.*

---

**דפש** CHAL. דפשקי Stagnum, rivus. *Schab.* 21. 1. *pro quo in Aruc* דובשקי.

**דפת** CHAL. דִּיפְתְּרָא, & דפטרא Tabulæ manuales mercatorum: *pec.* pellis, *ſ.* tabula lata ſcriptoria, inſtar pergamenæ apparata, libellis iſtis inſerviens. *Talmudicis eſt triplex pellis. Gittin* 22. 1. & *Schab. f.* 79. 1. מצה חיפה ודיפתרא *Mazza, Chippa, & Diphtera: Mazza, i. e. infermentata, h. e. quæ neque ſalo, neque furfure, neque gallâ macerata eſt; Chippa, quæ ſalita eſt, ſed furfure, & gallâ caret: Diphtera, quæ ſale & furfure conſperſa eſt, ſed gallâ caret. Jalkut f.* 54. 3. *Produxit (Pharao) eâdem horâ* דפתרא *tabulam deorum, & legit nomina deorum Edom, Moab, Tzidon, neque invenit nomen iſtius Dei, quem Aharon, & Moſes prædicabunt.* על הדיפתרא *Megilla, c.*2. *in Miſ. Al.* דִּפְתַּר *malè. Gr.* Διφθέρα Pellis.

AR. دفتر، *Perſ. Pl.* دفاتر، *i. q.* نعلم، Quaternio libri. Diploma *regis.* Ezr. 8. 36. *et* Liber, codex, *ſpec. Senatûs.* Ezr. 4. 15. *et* rationarius, *aut* memorialis oblongiore forma, *vulgo* Regiſtrum: *qui alias* زمام Zemâmon *dcr. inde et à* دار، Deftardari dicti, præfecti *ſc. in aula Turcica opibus regiis, quibus incumbit aulæ adminiſtratio, it. cibi, ac potus Imperatoris, atque expenſarum ratio. L'Empereur in M. Kim. Gram. H. p.*73. *et Jach. Dan. p.*60.

CHAL. דְּצָה דַּץ Infixit. *v. ſub* דעץ.

AR. دص Inſervivit curandæ rei. Obſequium præſtitit rectori. *Gig.*

Q. دصدص Percuſsit *ſ.* commovit cribrum, (alvearium. *Gig.*)

¶ دصو Fractio vitri, aliuſ*ve* rei.

**דצף** CHAL. דִּצִּפִּין *et* דְּאצִּיפֵּי Genus turturum *ſic vocatum. Cholin.* 62. 1. *In Aruch* דייציפי.

AR. دنصر Herba innaſcens frumento : Ægylops.

---

ו· **דקק** דָּקַק Comminuit, contrivit: comminutus fuit, tenuis fuit inſtar pulveris, attenuatus eſt, contudit, contrivit, attenuavit. Deut.9.21. Ex.32.20. *Fut.* Eſa. 41.15. *Aff. et* 28.28. *Hiph.* 2 Reg. 23. 15. Mich. 4. 13. *Inf.* Exod. 30. 36. & לְהָדֵק 2 Par. 34. 7. *pro* לְהָדֵק *vel* הָדֵק *Inf.* ת̃ *Niph. Fut. Aff.* 2 Sam.22.43. *Hoph. Fut.* Eſa. 28. 28.

דַּק m. Minutus, tenuis, gracilis : Minutum, res minuta. Exod.16.14. Eſa.40.15. Levit.21.20. *Al.* Pellicula *ſ.* tenuiſsima membrana, *aut* macula in oculo. f. דַּקָּה Levit.16.12. *Pl.* דַּקּוֹת Gen. 41. 3, 6, 7.

דֹּק m. Tenuitas, pellicula tenuis, conopeum, aulæum, cortina. Eſa.40.22.

CHAL. דְּקַק *i. q. H.* Dan. 2. 35. *Aph. Aff.* Comminuit. 2 Reg.23. 15. *Fut.* Exod. 30. 36. *Hinc* אַדְקִית Proſpexi. Prov.7.6. *ex ſignif.* דוק *Pah. PP.* Eſa.30.14. *et* מְדַקֵּק Job 9.17. *Ithp. Fut.* יִדַּקְדְּקִין Eſa. 21. 9. Nah. 3. 10. Mich. 1. 7. *Rab.* דִּקְדֵּק Conſideravit, diſquiſivit, excuſsit, diſcuſsit minutim, & ſubtiliter, accuratè diſſeruit, diſputavit, explicuit, obſervavit. דַּק Tenue, minutum, parvum, gracile. *T.* עוף הדק Volatile parvum, *ut paſſeres, columbæ.* עוף הגס Volatile majus, *ut anſeres, gallinæ. Cholin. c.*3. *Miſ.* חול דק Arena ſubtilis. *Pl.* דַּקִּין Tenuia. *Synech. Rab.* Inteſtina tenuia, *et* gracilia. *Chol. ib. et f.*93.1. *Huc refer.* דְּקִיתָא Lev. 3. 9 *Jon.* f. דַּקָּה Tenuis, minuta. *Demai. c.* 2. דַּקָּה Minutum, *apud Aſtronomos.* דוּקָא, דוקא, דוק Minutum, gracile, *ut palea, ſtipula* : יַת דוּקָא paleam. Eſa. 28.28. *et* 40.15. דוּקָא Panniculus. *vel* Pellicula tenuis oculo adnata. Levit. 21. 20. *T. Bechor. c.*6. *Inter oculorum vitia quæ primogenitum reddunt illegitimum* דק *ponitur. Bartenora expon.* טילא *Tela Majemon* רוּשֶׁם Macula. עִן 5.2. *CL.* δοκὸς, Trabs, *ſ.* trabes, tignum. דַּקּוּת Tenuitas, ſubtilitas, gracilitas. בְּדַקּוּת ſubtiliter. דקא *i. q.* דייקא Apprimè. כדקא יאות ut optimè convenit. דַּקִּיק, דְּקִיק Tenue, minutum. Eſa. 29. 5. Exod. 32.20. *Pl* Levit.16.12. f. דְּקִיקְתָא Eſth. 9. 19. *T.* 2. דִּקּוּק Comminutio. *Af.* Eſa. 30. 14.

דְּקַדֵּק Parvus : דִּקְדּוּק Subtilitas, ſubtilis conſideratio, inquiſitio, diſputatio, diſſertatio. *Succa f.*28.1. *It.* Grammatica, *qs.* ſubtilis diſcuſsio ſermonis, *et* accurata, acuta*que* ejus per legitima præcepta explicatio : aut quòd linguam minutim per ſingulas partes, ejuſ*que* rudimenta minutula doceat. *Junius in* 1 Cor. 6. 1. מַרְבִּין דִּקְדּוּקִין Germinant *ſ.* proferunt ſubtilitates, ſubtiles ſenſus. Cant. 5. 13. מְדַקְדֵּק Grammaticus : *Unde* Elias Levita *ita dcr. quòd ejus ſcripta omnia agant de re Grammaticâ.*

SYR. ܕܩ *i. q. H. PP.* Iſa.29.5. *Fut. et* 28.28. *Ethpeh.* ܐܬܕܩ Comminutus eſt, Ex.32.20. *Pah.* ܕܩܩ Comminuit, &c. Deut.9.21. *Aph.* ܐܕܩ Id. *Pa. et Fut.* Iſa.41. 15. ܕܩܐ & ܕܩܘܐ Legumen aridum. ܕܩܬܐ Comminutio, ſcobs, *Af.* Exod. 32.20. *It.* Sceptrum. *F.* ܕܩܝܩܐ Parvus, exiguus, minutus. *Pl.* ܕܩܝܩܐ 2 Reg. 2. 23. 1 Par. 18. 1. Matt.15.34. 1 Cor.6.2. ܕܩܘܩܐ Mola truſatilis, *F. It.* ܕܩܘܩ Piſtillum mortarii. ܕܩܝܩܘܬܐ ܕܩܘܩܘܬܐ & ܕܩܘܬܐ Contuſio. *F.* ܕܩܘܩܐ Arbor, ex quâ viſcus conficitur. ܡܕܩܬܐ Mortarium; piſtillum, rhophalum, *F.*

SAM. ࠃࠒ *i. q. H. et ib.* ࠃࠒࠉࠒࠕࠀ Morbi

genus, febris hectica. Deut.28. 22. *vi. An. Sam.*

ÆTH. ደቅ : Præfectus, ſuperintendens (*qs. à* דוק Intendit, attendet) Act.12.20. ደቂቅ : Filius, parvulus, infans. 1 Theſ. 2. 7. *Pl.* ደቅ : Mat. 19.13. *et* 24. 50. Luc. 8. 29. *ubi pro Gr.* παιδίς *Interpres vr. leg.* παῦδες. *D. L. niſi ſo. dicamus* ደቅ : *i. q. Ch.* דק : *et* ደቂቅ *Pl.* Pſ.4.3. *et* 8.2. ደቀት : *v.* ወደቀ : ደቀቀ : *i. q. H.* ወ ደደቀቀዎ : & contriverunt illud. Num. 11.8. IV. Id. Deut. 9. 21. መድቀቅ : Mola minor. Num.11.8.

AR. دق, *Fut.* I. Subtilis, minutus fuit *pulvis. et* Gracilis fuit *tibia.* 2, *Tranſ.* Contudit, *ut in mortario, ſimilam.* Jer.7.18. *Part. Paſſ.* Contritum *animal.* Lev. 22. 24. *et* Phthiſi laborans. *Int. Avic.* I. 492. 36. *Ar. et* 3. Pulſavit *fores, et muros urbis, i. e.* proximè acceſsit ad invadendum. *cca.* Percuſſit *pectus.* Luc.23.48: & oſtendit, patefecit *rem. Gigg.* II. Diligenter contudit, & ſubtiliter comminuit, ita ut res dura evaſerit lenis. & Gracilem reddidit, attenuavit *tuſſis. cca. capillos nitrum inſperſum. Avic.* I. 141. 37. *Act.* Subtiliatio *capillorum.* II. 150. 24. Subtilis examinatio *opinionis.* I. 9.40. *Ar.* 2, Putavit *vineam.* Lev.25.3,4. III. Subtiliter, *et* minutim cum aliquo egit *in computo, &c. ccap.* & في *r.* IV. Comminuit, contrivit. *et* Attenuavit. *cca.* 2, Subtile, *vel* ſubtiliter accepit, talem*ve* prehendit partem. VI. *i. q.* III. VII. *Paſſ.* 2, I. X. Evaſit, fuit*ve* minutus, ſubtilis, gracilis *et Ag.* Gracilis, tenuis : *aut* talis *rei* pars. (*ſpec.* Pars prior adjutorii brachii vergentis ad nodum manus. *Gig.*)

دق *Act.* 2, I. 2, *primâ Keſr.* (*et* أدق *Compar.* Exilis, *juncus*, oxyſchænos. *Avic.* I.127.23.) Subtilis : valdè minutus. Gracilis. أخذ دقه وجله Cepit quicquid habuit, paucum & multum. & Morbus ſubtilis, extenuatio, marcor *corporis. Avic.* I. 49. 53. *et* 52. 19. *pec.* Febris hectica. Deut. 28. 22. *Avic.* II. 11. 47. *et* 31. 12. *tit. et* 34. 1. *tit. Ar. et c He fin. Act.* I. *it.* Vilitas: avaritia. *et contra* Donatio, donum. & مالها دقة Nihil in ea pulchri, *aut* boni eſt. *Gol. et* Contritio animi pœnitentis ; *et* ſenſibile quod ſentit. *Gig. et* Acumen *ingenii.* Prov. 14.29. Eccli.25.8. Lenitas. *Avic.* I. 60.8. *Ar.* & Graduum minuta. *R. Gig.* prima, ſecunda, *ſc.* fractiones Aſtronomicæ. *Bd. et Gramm.* Tertia pars orationis in compoſitione, *et* conſtructione. *Gig.*

دقة (دقي) *Pl.* دقق, Pulvis tenuis, (ſubtilis arena) mollis quem de terra rapit ventus. 2, *prim.* Sal comminutum, *et* aromata, quæ induntur cibo, Tritum *ſemen. Avic.* I. 127.10. *Ar.* 3, Stolæ, ornamenti genus Meccanum. *Gig.* 4, *tert. primâ Fhat. c He fin.* Qui aliena manifeſtant vitia. 5, *ſecund. c He fin.* Hecticus. *Avic.* I.31.29.

دقاق *i. q.* دق *et ſic* Mica cujuſcun*que* rei. 2, *et. primâ Keſr.* Schidia, *ac* fragmenta lignorum. 3, *primâ Phat. et priori Kaf. Teſd.* Qui venundat farinam ; *et c He fin.* Piſtillum, quo oryza, *et* ſimilia contunduntur.

الدقوق Collyrii genus ; *quòd ſubtile.* (Medicina adhibita collo extenuando. *Gig.*) 2, *ſine Art. c He fin.* Calcantes boves aſini*que*, (cùm anguſtis oculis ſunt. *Gig.*)

دقيق, *Pl.* دقاق, Farina. Gen. 18. 6. 1 Sam. 1.24. Matth. 13.33. Luc.13. 21. Simila. Jud.16. 19. *Avic.* I. 125. 7, 42. 2, *i. q.* 1, ת̃ *Dikkon.* Tenuis, exilis. Gen. 41.6,7,23,24,27. Eccli. 26.32. *Avic.* I. 12. 49. *et* 127.14.16. *et* 128.10. *et* 132.31. *et* 147.28. *Ar. et* Subtile *negotium.* 3, In quo parum boni.

مدق, ة, مدق, *Pl.* مداق, *Dim.* مديق, ق, Inſtrumentum, quo quid contunditur. *pec. ſecund.* quo in area teruntur fruges. *prim.* Malleus ligneus goſſipiarii.

مدقوقة Cibus ex carnibus contuſis, *et* in pilas formatus.

دقدقة Strepitus ab ungulis jumenti excitatus, cùm lapides calcat, *et* Tumultus, ſtrepituſ*que* hominum.

**דקא** CHAL. דִּיקָא δέκα Decem. *Berach.* 56.2. דִּיקָא *i q.* דוק *Tal.* דִּקָא *i. q. H.* מושב Sedile.

SYR. ܕܩܘܣܛܐ Aduſtio, *F.*

AR. دياقود Diacodium, ſyrupus papaverinus. *Avic.* I.213.28. *et* 310.1. *et* 396.43. *et* 397. 10. *Ar.*

---

**דקה** CHAL. דִּקָּה Oſtium depreſſum : *al.* Paries depreſſus. *Erubhin.* 59. 2. *Gl.* פתח קטון *Aruc.* אצטווה.

דִּקְיוֹן *Gr.* δίκη Jus, judicium, juſtitia. *Bereſ. rab. ſ.*9. *fin. et* 50. 3. *et ſ.* 10. *Aruc. Bereſ. rab. ſ.*22. Contumelia : Iniquitas. דְּקִיתָא *v.* דַּקַק *in* דַּק.

**דקח** ÆTH. መድቀሕ : Encœnia. Joh. 10. 22. *Conv.* ሐድስ : *ſo. ut ab eo leg.*

AR.V. تدقح, *c* ف *pro* ق *Gigg.* Falsò imputavit crimen. دقاحة Inſimulator falſus. مدقح للسر *i. e.* له مملح.

---

**דקט** CHAL. דאיקוטטה Chyrurgus, *pec.* qui excindit pelliculas *oculi, qs.* דאיק intuens, excindens, *et* קוטטה *Lat.* Cutem. *Syr. Jap. Sclav. et Bohem. ferè* id. *Gl. Vajikr. rab. ſ.* 5. *Jalkut.* 124.2. ודאיקוטטא דחרא עינא.

SYR. ܕܩܘܣܛܝܢܐ Capiſtra, funes, *BB.*

AR. دقط, *Act.* دقط, *Fut.* O. *et* دقط, *i. q.* دقط. II. Accepit ſenſim, & paulatim. *cca.* دقط Parvæ muſcæ. دقطان Iratus. دقيط, دقطة Impurus *homo*, improbus. مدقوط Muſcarum excrementis inquinata *caro.*

---

**דקי** AR. دقي, *Act.* دقا, *Fut.* A. دقى, f. دقوة, & دقوان, f. دقوى, *Pl.* دقايا. *Ag.* Multum lactis ingurgitavit *pullus camelinus*, ut propterea laboraverit è ſtomacho.

---

**דקל** CH. דְּקַל Ferbuit. ebullivit. דִּיקוּלָא Ebullitio. *Peſach.* 40.1. *Gl.* רתיחה.

דִּקְלָא, דִּיקוּלָא דְּקַל Palma, *Gr.* Δάκτυλος, Pſa. 92.13. *fructus* palmæ. Cant. 7.7. *Pl.* Exod. 15.27. Joel 1.12. *Em.* Deut. 34. 3. *Kethub.* 10.2. *Berach.* 55.2. *Eruvin.* 51.1. *v. Boc. Ge. Sa.* 134. *C.* מי דקלים Aquæ palmarum, *h. e.* aquæ de fonte, qui eſt inter duas palmas. *Schab. c.* 14. *f.* 109,2. *Miſ.* מי דקרים *in Gemara & T. Hier. Berach. fin. c.*6.

דִּקוּלָא Caniſtrum, corbis : Lebes, ahenum, olla. ריש תורא בדיקולא סק לאיגרא ושדי דרגא מתוחך Dum caput bovis in caniſtro, aſcende in tectum, & dejice ſcalam poſt te. *Peſ.* 112.2. *Ber.* 33.1. *h. e. Cavendũ ab hoſte et dormiente, aut comedente. v. Columel.* 6. *c.* 3,4. *Sanh.* 7.1. דיקולא Hydria. *Aruc. It.* Lebes *Cholin* 98.1. *Gl* קלחת. *Majemon.* קדרה. *Pl.* דיקולי. *Metzia* 83. 2. דִּיקוּלָאֵי Venditores *aut* confectores corbium, Corbiarii. *Ba. ba.* 22.1. דִּקְלִין Mola, Frumenta contuſa. 2 Sam. 17. 19. *Regia* דִּקְלִין Eliæ ד *ſervile, et* קילין *i. q.* קְלִיָּא, quod leguminis genus, *q. l.* קְלָיִן. דוקְלֵיטִיאָנוּס Diocletianus, *qui in Tiberiade porcorum cuſtos, antequam rex eſſet factus. Bereſch. rab. ſ.*63 *et Tal. Hier. c.* 8 *f.*46.2. *ubi decurtatè* דיקולוט. דיקולונוס דקליקוס Advocatus. *Aruch ex Vaiik. rab. ſ.*29. *ubi nunc* ניקולסגוס. *Jalkut* 186. ניקולוגוס, *Genuina ſcripto eſt* דיקולונוס, *ex Gr.* Δικολόγος. *Sic ſæpe* דיקולוגין Advocati.

SYR. ܕܩܠܐ *i. q. H. ib.* ܕܩܠܝܢ Exo.15. 27. Num. 33. 9. & ܕܩܠܐ Lev. 23.40. Deut. 34. 3. 1 Reg.6.29. 32,35. Joh.12.13.

ܕܩܠܬ Tigris *fluvius*, Gen.2.14. Eccli.24. 28. *dcr. a Coërcendo qs. intra anguſtum alveum BB. v. Ar.*

ܕܘܩܠܐ Ablutio, ܡܕܩܠܢܐ purgatio *tritici*. *BB*. ܕܘܩܠܢܘܬܐ ܕܘܩܠܢܐ & ܕܘܩܠܬܐ Puſtulæ. *F*.

AR. دقل Impedivit. Prohibuit. 2, Cuſtodivit. 3. Percuſſit in naſo, ore, cervice. *cca*. IV. Vilioris, *aut* incogniti generis, dactylos protulit *palma*. 2, Gracilibus oſſibus, *ac* macra fuit *ovis*.

دقل Palmæ ſpecies, *al*. لون, ه, *et* عكوة ejus fructus *dcr*. & Vilioris generis dactyli. 2, *Coll*. Res, quâ tingitur barba, volæ manus, ungues, &c. 3, Arbor navis. (Malus, Antenna, *ſ*. trabs longa, cui funes, *et* rudentes appenduntur. *Gigg*.)

Q. دوقل Cepit, comedit*que*. *cca*. 2, Subegit *fœminam*. *cca*. 3 *Intranſ*. Penduli fuere, *atque* in femora alliſi *teſticuli*. 4, Certo cibi generi addictus fuit.

دوقل Penis; *et c* ه, Glans ejus craſſior.

دقلة, *Pl*. دقال, Gracilis oſsibus, *atque* extenuata *ovis*.

---

## דקם

AR. دقم, *Fut*. O. A. Fregit anteriores dentes inopinato ictu, *aut* impulſu; *ut lapide. ccap vel oris. aut* Truſit, impulit*ve* in pectore. *cca*. 2, *mediâ Keſr*. Anteriores dentes amiſit. 3, *uti et* VIII. Ingreſſus, immiſſuſ*que in eum* fuit *ventus*. *cc* على.

دقم Noxa. 2, *primâ Keſr*. Amplus; *et, Mim. Teſd. c Keſra mediæ*, Cui fracti ſunt dentes. 3, *mediâ Gjezm*. Gravis mœror ob debita, *vel* ſimile. 4, *c He fin*. Cujus palatum ob ſenium profligatum ſit, & obduratum, *camelus, ovis. Gigg*.

ادقم Tres fractos habens dentes. مدقم Mulier laxo pudendo.

دقمس Sericum album.

---

## דקן

CHAL. דִּקְנָא דְּקַן Barba. *H*. זָקָן Eſa.15.2. Gen.25.25. *Jon. Aff*. Levit. 19.27. *It*. Senex. *Plant*. *T*. דאית ליה סברתא בדקניה כולי עלמא לא יכלי ליה Cui diviſio in barba ſua, totus mundus non prævalet ei. *Sanhed*.100. 2. *Dcr de aſtuto*. זָל דְקַן קוּרְטְמָן עֲבַדְקַן סַכְסָן Raribarbus calidus, multibarbus fatuus. *ib*. דִּקְנָנִי Barbatus. *Metzia*. 39. 1.

דוּקִינָר Dominus, princeps. *T. H*. זָעַן *c*.1. *Lat*. Ducenarius, *qui* 200. *homines ducebat*. *Veget. lib*. 2.*c*.8. *Sueton. in Aug*. *c*.32.

SYR. ܕܩܢܐ Barba; *Aff*. 1 Sam. 17. 35. ܐܣܟܡܐ ܕܩܢܐ Mentum. *F*. ܕܩܢܢܐ Barbatus. ܕܘܩܢܬܐ Cavea. *BB*. ܕܘܩܢܬܐ ܕܙܘܥܬܐ Lupanar. *F*.

SAM. ࠃࠒࠍࠄ Barba. Levit. 14. 19.

ÆTH. ድቀኒንድቀኒ : Malleus, aſcia, *vel* dolabra. 3. Reg. 6. 8. *I.L*.

AR. دقن Verberavit *in barbam*. *cc* في *i. e*. maledixit in os. 2, Impedivit, prohibuit.

¶ دقن Percuſsit in mento, *aut* ſub eo. *cca*. 2, *Intranſ*. Cum mento innixus fuit *manui, baculo*. *cc* على. 3, *Mediâ Keſr*. Obliquâ fiſſurâ conſuta fuit *ſitula*. IV. Opem tulit in tollenda re.

دقن, *Pl*. ادقان, Mentum. *Avic*. I. 12. 51. & 20.36. & 143. 33. *Ar. inde* استعان المثقل بذقنه Gravatus utitur ope menti ſui, *ſc. camelus plus ſatis onuſtus mentum, ceu vectem, terræ applicat, quo aſſurgat. Adag. in afflictum, ac laborantem, qui nullam non captat, arripitque opem*. 2, *primâ Keſr. et mediâ Gjezm*. Decrepitus, pendulo mento, ſenex.

دقون Cui inter eundnm laxius pendet mentum *camela*. 2, Magna graviſ*que urna*.

ادقن Longiore præditus mento. دقنة, *Plu*. دواقن, Inferior menti pars. *ſ*. aſperæ arteriæ caput. (Anguſta *res. Gigg*.) & Inferior ventris pars circa umbilicum.

---

## דקס

ÆTH. ደቀሰ : Dormitavit, proclivis ad ſomnum fuit. Matt. 25. 5. Pſal. 75. 6. *et* 118. 28. *Fut*. 120. 3. 2 Pet. 2. 3. ድቃስ : Dormitatio. Pſal.131.4. Luc.9.32. *Conv. c Ar*. دكاس.

AR. دقس; *Act*. دقوس, Pervaſit *regionem*, *et* Penetravit *in terram palus*. *cc* في. 2, Implevit *puteum*. *cca*. (& Summam *numeri* confecit. *Gigg*.) 3, ما ادري اين دقس, *vel in Paſſ*. دقس به, Neſcio quò evaſit.

دقسة, *rectius c* ذ, Granula milio ſimilia. 2, *Nom*. animalculi.

دقيوس Rex quidam. *Gig*. مدقس, *Pl*. مداقيس, Validus *camelus*.

---

## דקע

AR. دقع Inhæſit terræ, & latuit in ea, præ miſeria, paupertate. *et* Abjectus, pauper*que* fuit. 2, Stomachi indigeſtione ex lacte laboravit *cameli pullus*. IV. *Tranſ*. 1, I.

دقع *i.q*. سوء احتمال الفقر, *et* Contentum eſſe anguſtiore vitâ. *Sovo*. دقاع, د, *it*. دقعم,

دقعاء, Terra, pulvis. 2, *quart*. Milii deterioris genus. & Terra omnis herbæ expers. 3, *primâ Keſr. prim*. Avidus. *Gigg*.

ديقوع *et* ادقع Vehemens *fames*.

دوقعة Egeſtas. Fames. Status vilis, *et* abjectus.

مدقع Deprimens hominem *paupertas*. *et* Macilentus. Fugiens; velox. (Monachus. *Gig*.)

مداقع Cameli depaſcentes herbas terram uſque propter pabuli inopiam.

## דקף

AR. دقف, دقوف, Impetus, *pec*. inopinatò incidens: (cùm dentes quaternarii moventur. *Gigg*.)

دقافة Cinædus, exoletus.

---

## דקר

דָּקַר Transfixit, pupugit, transfodit, *pec*. ad interiora uſque. Zach.12.10. *Aff*.13.3. *Imp. et Pr. Af*. 1 Sam.31.4. *Fut*. Num.25.8. *Niph. Fut*. Eſa.13.15. *Pyh. Pa*. Jer. 37.10.

מַדְקֵרָה f. Transfoſſio, transfixio. *Pl. Cn*. Prov. 12. 18.

CHAL. דְּקַר *i.q. H. Ithp*. יִדַּקְרוּן *al*. יִדַּקְדְּקוּן Mich.1.7. דִּקְרָא Clavus, palus, paxillus, virga, *aut* bacillus acutus, *cui aliquid infigitur, vel quo transfigitur aliquid. Betza ab in: Kelim.c*.14. *It*. Ligo *à fodiendo, Schev. c*. 5. דוּקְרָן Id. *Pl*. דוּקְרָנִין Rami, virgæ, arbuſta luxurioſa ad radices arborum excreſcentia. *Succa*.13.1. Furcula, *Aruc. Gr*. δίκρανος. *Bereſch rab. ſ*.21. דקרנין Radii, ſplendores, *i. q*. קרנין *Aruc, at ibi non reperitur*. דְּקוֹר Id. *Kelim. c*.14. Hinc דקוריא של צפרין Virgæ avium *i. e. aves, vimine per caput ipſarum fixo collectæ, ut venum deferri ſolent, Cholin*.4.1. *Gl. in Gem*. Corbis, *qs. i. q*. דיקולא

דִּקוּרִין Vaſa, cadi. *Chol*.127.1. *Ba. metz*.84.1. *et* סלים Corbes, *expon*. מי דקרין *v*. דקל. דְּקִירָה Foſſio, perfoſſio, punctura. דקירא *Nom. Propr*. loci altiſſimi ad Euphratem. *Kidduſch* 72. 1. *Baſr*. 24. 1. קריאת הנהר Clamor, *h. e*. ſonitus, ſtrepitus fluminis. *Aruc*. דיקרטום *al*. דיקרסום Directus, erectus. *Breſh. rab. ſ*.19. *ad Gen*. 3. 1. *CL*. δικρατής. דיקוריון Decurio. *Jalkut in Leg*. 308. 2.

דִּקְרָא *Sch*. דִּיקְרָא *DP*. Latus.

SYR. ܕܩܪ Pupugit, percuſſit, transfodit, confodit, transfixit; Cornupetiit, coniſcavit. *F*. Act. 12. 7. *Fut*. Exod. 21. 28. Deut. 33. 17. *Pah*. ܕܩܪ Id. *Fut*. Pſa. 44. 6. *Ethpeh*. ܐܬܕܩܪ Confoſſus eſt. *Fut*. Iſa. 13.15. ܕܩܘܪܐ Cornuferiens, cornupeta, coniſcans. *F*. ܕܩܪܐ Id. *F*. ܕܩܘܪܐ & ܕܩܪܐ Alapa. *BB*. ܕܩܪܐܘܡܐ Cunabulum, lectus. *F*.

SAM. ࠃࠒࠓ *i. q. Heb*. Num. 25. 8.

AR. دقر Impletus fuit cibo. 2, Irriguus, & floridus fuit *locus*. & Luxuriarunt *herbæ*. 3, Vomuit præ nimiâ ingurgitatione.

دقر, ه, دقرين, دقرا, Hortus floribus, *ac* herbis amœnus.

دقران *Coll*. Ligna, quibus fulcitur vitis.

دقرار, ه, دقرور, دقران; *Pl*. دقارير, Hortus. 2, *prim. ſec. quart*. Bracca brevis; qualis nautis eſt. 3, *etiam quart*. Suſurratio. Mendacium. & Obſcœnitas. Rixa. Simultas. Conſuetudo mali. & Infortunium, malum. *It*. Temeritas, vanitas. (& Podagra. *Gigg*.)

دوقر, *Pl*. دواقير, Planicies inter montes herbis carens. *Id*.

دقاريس Vulpes. دقروف Linguæ pernicitate, & acumine præditus. *Gigg*.

¶ دقس *Nom*. animalculi variegati albis, nigriſ*que* punctis. *aut Nom*. talis avis. (*it*. pictura. *Gigg*.)

---

## דר

דַּר m. Parius, lapis pretioſus. *al*. Genus marmoris, Marmor candidum. *Ita Hebræi communiter omnes. At LXX. MS. Al. & Syrus (qui ſemper Hebr. veritati adhæret religioſiſſimè) non de lapide, ſed de ſtrato, vel ſtragulo potius (illud propr*. [illegible]) *iſthoc, & ſeq. interpretantur vocabulum (Conv. aliqua ex parte c Syr. & Ch*. ורד (דרגש *a. vel pro* ורד Roſa *ſumebant, vel Ar*. در *i. q*. האירה Splenduit. *v. R. Dav. lib. Rad. Syr. etiam* ܒܘܢ *ſi ut Ar*. بوص *interpret*. pulcher, clarus. *ita huic conv. c LXX. Ch. vr. legiſſe* דרו סחרת cingebant (*ex uſu Ar*.) circumquaque. Eſth.1.6.

ÆTH. ደረ : *i. q*. ደኀረ : *vel pro eo; in Cod. Rom*. Act. 5. 7, 37. እምደረ : Poſt.

---

## דרר

דְּרוֹר m. Libertas. Lev.25.10. Exo. 30.23. Eſa. 61.1. *It*. Hirundo, *quòd liberè nidificat in hominum ædibus*. Pſ.84.4. Prov. 26. 2. *T. Beza* 24. 1. *Roſch haſch* 9. 2. *v. R. Levi & Ab. Ezr*. Prov. 26. 2.

דַּרְדַּר m. Carduus, tribulus, genus ſpinæ, *ſ*. ſponte, & liberè abſque cultura, creſcentis. Gen. 3. 18. Hoſ. 10. 8.

CHAL. דְּרוּרִיָה Libertas. *Jalkut in Gen*. 27. 1. דְּרָרָא Fundamentum, præcipuum, principale, capitale, *i. q*. עִיקָר Radix. Eſth. 4. 7. *Ven. in Reg. abeſt. v. Metzia* 2.2. *Chagig*.21.2. דַּרְדַּר *i. q. Pl*. Gen. 3.18. *H. v. Fuller. Miſcel. l*. 6. *c*. 1. *T*. דרדרא *eſt* herba quædam, *quâ curatur morbus, qui vocatur* דלריא, *Gitt*.70.1. *i. q*. מוריקא דחוחי Crocus ſpinarum, *i. e*. ſylveſtris. דַּרְדֵּר Diſperſus, diſſipatus eſt; *vel* decidit. *Schir. rab. c*. 6. 10. דַּרְדְּרִיָא *i. q*. דַּלְדְּלִיָא *v*. דלר. דַּר Impinguavit: Medium conſtruxit parietem: & *i. q*. דְּרָא Portavit, *vel pro eo. DP*.

SYR. ܕܪ Luctatus eſt, certavit. ܕܪܪܐ & ܕܪܐ

Lucta, bellum: *Gr.* δῆρις. *It.* Domus. *Plur.* ܕܪ̈ܪܘܬܐ Certamina. *BB.* ܒܝܬ ܕܪܪܐ Palæſtra. ܒܥܠܕܪܪܐ Adverſarius. *Sever. l. Rit.* 27.42. ܕܪܘܪܐ Bellator, luctator. ܕܪܪܐ Mœror. ܕܪܪܘܬܐ Lucta. ܕܪܘܪܐ & ܕܪܘܪܐ *i. q. Ch. Pl.* Heb. 6. 8. *v. de Dieu in loc.* *It.* Arbor & bacca ex qua viſcus conficitur. *al.* Sinapi; Secale. ܕܪܘܢܓܪܝܘܣ *i. q.* ܐܕܪܘܢܓܪܝܣ *Nom.* Dignitatis. *BB.*

ÆTH. ደረረ: Cœnavit. Luc. 13. 2. *et* 17. 8. V. ተደረ: & ተደረረ: Cœnatus eſt. Luc. 22. 20. 1 Cor. 11. 25. ድራር: Cœna. Luc. 14. 12. Convivium, (*quod antiquitùs tempore cœna tantùm. v.* ܡܫܡܫܢܐ) v. 16. *t.*

AR. دَرَّ, *Fut.* I. O. Radiatim, cum copia, emiſit lac *camela*, pluviam, *cœlum. aut cc* بِ *pluviæ*; Diſtillavit *rorem.* Deut. 32. 2. & 33. 28. (& *Carmen* recitavit. *Gigg.*) 2, Ita effluxit *urina, lac, pluvia.* 3, Manavit copioſè *ſudor, aqua, menſtrua.* لا دَرَّ دَرُّكَ *Dèrroca*, Haud prodit abs te boni aliquid, *aut* non benè procedunt res tuæ; *ſ. imprecandi eſt formula. ac* Abundarunt *opes*, & lacte *uber.* Convoluta fuit, *ſ.* luxuriavit *herba.* Sæpius ſolutum fuit *tributum.* Ferbuit mercium diſtractione *forum.* 4, Clarè luxit, radiavit, *lucerna.* 5, Leviter cucurrit *equus.* 6, Inſiſtens in ſagittarii ungue converſa fuit *ſagitta.* 7, Mollis, lenisque fuit. *v. ult. Rad. Je.* 8, *Tranſ.* Agitavit *ventus nubes.* 9, *Fut.* A. Poſt morbum enituit *vultus.* II. Lactis ubertatem præſtitit *aniſum. Avic.* I. 125. 20. 2, *i. q.* 2, X. *ib. l.* 21. *Ar.* IV. Movit, & agitavit *rem, ventus nubem. cca. pec.* impoſitam ungui *ſagittam. cca. ita &* abſolutè Fuſum torquendo circumegit *mulier*, ita ut is quieſcere videretur. X. Lac copioſè reddidit *camela.* 2, Provocavit urinam *res.* 3, Continuò donavit. & Movit, agitavitque *ventus nubem. cca.* 4, Libidinoſa fuit, appetens maris congreſſum, *capra. v. Rad. prim. Dſal, et ult. Je.*

دَرّ *Act.* 1, 2, I. 2, Bonum, *pec.* copioſum. 3, Opus, actio: *unde* لله درّه *Dèrroho, Laudandi formula:* (*at vituperandi:* لا درّ درّه Haud opus ejus rectum eſt, *vel* haud armentum illius multum eſt. *Gig.*) & لله درّك من رجل Servet te Deus ab aliquo. 3, *c He fin.* Omaſum. 4, *primâ Keſr. c He fin.* Cibus ruminis, quem demittit *camelus.* & *Act.* 2, 3, I. *ac Pl.*

دِرَر, *ipſa* Lactis copia. Pluviæ effuſio, eaque multa. & *Adject.* Pluviam fundens *cœlum.* & Sanguis. *it.* Strophium ex fune, aliave re contortum; *aut* nervus taurinus, ſimilisve res, quibus percuti ſolet. & Rotunditas tibiæ, *ac* aptitudo ad curſum.

دُرَر *Act.* 4, I. (& Expulſio. *Gig.*) & Lactis abundantes *cameIæ.* 2, Flatus *venti.* (& Halitus, animus. *Gig.*) 3, Ductus *viæ, pec.* rectus. هم على درر واحد Eandem inſiſtunt viam. 4, Anterior pars *domûs*, oculis obvia.

دارّ *Ag. Pl.* دُرُور, دُرَّار, *utì & ſecund.* Lactis multum reddens *camela.* & *prim. c He fin.* Fluens *morbus.* Deut. 28. 59. 2, Clarè lucens *lucerna.* 3, Quod frequenter penditur *tributum.* 4, *ſecund. primâ Damm. Act.* 1, 6, I. Inſtillatio. Eph. 4. 16. Phil. 1. 19. Influentia. Col. 2. 19. Collyrium. Apoc. 3. 18. & Fluxus menſtruorum. *Avic.* I. 126. 25. *Ar.* 5, Sermo, pronunciatum. *Gigg.*

دَرِيم *Act.* 5, I. 2, Compactus corpore, eoque ſymmeter. 3, Ὠκύπους, velox *jumentum.*

درّه, *Coll. ſ. Pl.* دُرّ, دُرَر, دُرّات, دُرّاء, Margarita magna, unio. 2 Par. 9. 9. Job 28. 18. Mat. 13. 46. Apoc. 21. 11. *G. Nub.* 38. 2, 4. *Ar.*

دُرّي, ة, ة *Pl.* دَرارِي, Scintillans, *ac* fulgens *cnici*

*flos, ſtella*; *pec. Pl.* magnæ illæ, quas propriis non habent Arabes nominibus inſignitas; *qs. unioni ſimilis.* 2, *ſecund.* Fulgur gladii, & ſplendor. *confer ult. Rad. Eliph.*

درّاه Fuſus muliebris. دودري, & c ر pro و *Gigg.* Qui it, venitque citra neceſſitatem.

ادر (f. دراء, *i. q.* مِدْرار) *prim. i. q.* دِرْدِري, μακρόρχεις, Oblongos habens teſticulos. *v. prim. Rad. Eliph.* & *Avic.* I. 129. 19. *et* 566. 8. *et* 597. 21. *ſeq. ſecund.* Abundans lacte *camela.* & *tert.* Pluviam copioſè fundens *cœlum, nubes. et ipſa* Pluvia copioſa. *et* Barbara *lingua.* Eſ. 32. 4.

بدره Abundantia lactis. مدر, ة, Mulier velociter fuſum torquens. 2, *Pl.* مدرات *i. q.* ادرار, Diureticum *medicamentum. Avic.* I. 125. 22, 46. *et* 126. 25. *et* 545. 32, 39. *tit. Ar.*

Q. دردر Manducavit *puellus dactylum. cca.* II. Commutata fuit, tremuitque *pars carnis, muſculuſve.*

دردر, *Pl.* درادر, Pars mandibulæ, in qua infantium dentes naſcuntur; *etiam* antequam nati, & poſtquam exciderint. Extremitas gingivæ ſuperioris. *Rin. in Avic.* I. 375. 11. *Ar.* & *ipſi* Dentes deflui. 2, *utroque Dal Phath. i. q. Syr.* Tribulus. Gen. 3. 18. Spina. Eſa. 34. 13. *Seld.*

دردار Sonus tympani. 2, Ulmus; *Syr.* Dirdâr, *Chald.* Arbor culicum. *Avic.* I. 159. 25. *tit.* 26. & 261. 15. *Ar.*

دردور, ة, *Pl.* درادير & ادرار, Vortex aquæ. Num. 21. 14. Jer. 9. 1. *Seld.*

¶ در, *Fut.* O. Comminuit, & friavit *ſal, aroma.* 2, Sparſit, inſperſit *vulneri pulverem. cca. Avic.* I. 148. 38. *Ar.* 3, *Intranſ.* Ortus fuit *Sol*, exorta fuit *herba*, & *ſimilia.* (& Renovatus fuit. *Gigg.*) 4, Canuit anteriore capitis parte. 5, Malignâ indole fuit *camela.* Vultum avertit iratus. III. *i. q.* 5, I.

در *Imperat. à* ودر Miſſum fac.

در *Act.* I. 2, *Coll.* ة *Unit.* Formicula perquam exigua: Res atomi inſtar. *Poc. Spec. Hiſt. Ar. p.* 258. 19. 3, *utì &* ابو ذر, Homo, *quod minor quàm talis ſit reſpectu Dei.*

درار, مدان, *Act.* III. & *prius*, Malignitas hominis irati; *it. primâ Fhath. Act.* 5, I. 2, *prius primâ Damm. c He fin.* Quod diſpergitur ex re comminuta, tritâve.

درور *Act.* 1, 3, I. *et Pl.* دراير, Pulvis *aromatarius.* Cant. 3. 6. *et* 4. 14. *coriandri. Avic.* I. 197. 22. *et* Trita *iris.* I. 1. 132. 40. 2, *i. q. c* ة. دريره *Pl.* ادره, Res trita, quæ inſpergitur, *utì* ſal, *vel* medicamentum. *Avic.* II. 170. 15. *tit. ſpec. ſecund. et ſeq.* Calami aromatici fragmentum *ſ.* a, *Avic.* I. 276. 15. *tit. et aquæ inſpergi ſolita, quâ lavantur defunctorum corpora; unde* قصب الذريره Calamus aromaticus, cinnamomi. Exod. 30. 24. Prov. 7. 17. Odoratus. *Plemp. in Avic.* I. 244. 21. *tit. et* 22. *Dioſc.* I. 17. *et* Suffumigium; Quod in oculum inſtillatur. *Gigg.*

مدار Maligna *camela, pec.* in pullum. دردار Multitudo; plebs. Familia viri. *Gigg.*

---

דרא דֵּרָאוֹן m. Reprobatio, contemptus; faſtidium, nauſea: Diritas, immanitas, execratio dira: abominatio, fœtor, qui oritur ob vermium graſſationem. Eſa. 66. 24. *Cn.* Dan. 12. 2.

AR. هَزَرَ, *Fut*. I. Percuſſit *fuſte*, *et quidem* vehementer latera, *et* dorſum. *ccap. et* ب *inſtr*. 2, Proſtravit, conjecit *in terram*. *cc* ب *p. et car*. 3, Valde diffamavit. (Validè preſſit manibus. *cca*. *Gigg*.) 4, Perſecutus fuit, abegit. Expulit, proſcripſit. *ccap*. 5, Properus, celer*que* fuit in aliqua re. 6, Multum, *et* ſæpe donavit. *cc* ل *p*. 7, Auxit precium rei in mercatu, *et* carum nimis indicavit. 8, Riſit.

هَزِر; ذو هَزَرَات *et* مِهْزَر; هَزَار, *Perſ*. هزار آوار; *prim*. Deceptus, defraudatus. 2, Fatuus. 3, Validus, vehemens. *ſec. tert*. Qui decipitur, fraudatur*que* in quavis re. *quart*. Luſcinia, *à* mille *vocum diverſitate*. *Perſ. i. q*. μυριόφωνος. (*et* Oppidum Perſiæ. *Gigg*.)

هُزُرُور *i.q*. ضَعِيف. هَزِير، مَهْزُور; هَزْرَة; *prim. ſec*. Abactus, expulſus. *tert. quart*. Terra tenuis. *et tert. Pl. ſan. Hâzareton*. *Nom. vicis*, Fuſtigatio una: ictus verbere inflictus unus. (*et* Maxima inertia. *Gigg*.)

هَزْرَبَة; هَزْرُوج; هَزَارْجَسَان; هَزَارْدَسَان;

هَزَارْطَمَان *i. q*. هَزْطَمَان *prim*. Levitas, agilitas. Celeritas. *ſec*. Radix plantæ ſimilis طرثوث. *tert. et. c Cha vel Hha pro Gjim, Nom*. plantæ: *ſc*. Vitis alba. *Perſ. qſ*. mille brachiis pollens: ob magnas ejus facultates. *al*. mille flexus habens. *Plemp. in Avic*. I. 163. 3. *tit*. *et* 356. 1. *Dioſc*. IV. 184. *quart*. Id. *Hezargjezjan i. q. Faſjera*, Bryonia, pſilothrum. *Pl. in Avic*. I. 237. 16.

Q. هَزْرَفَ Celer, properus fuit.

هُزْرُوف, ه, هَزَارِف, هِزْرَاف, هِزْرَوْف, Struthiocamelus levis, velox*que*.

هِزْرَفَة, هِزْرَوْفَة, Dens caninus, exertuſ*ve*, magnus. 2, Anus, vetula.

هُزْرُوفِي *pro* هُزْرُوفِيّ. مُهْزَرِف *pro* مُهْزَرِف.

هَزْرَفَة Maximè incompoſitus, fœduſ*que* riſus.

---

**הח** AR. هَخ Vox excreantis quid è pectore, *aut* è naribus excernentis.

**הטט** CHAL. הט, *unde* מוהטין *qſ. ab* הוט *v*. מחט.

SYR. ܗܛܛܐ Rhamnus, *Heb*. אָטָד. *Pl*. Pſa. 58. 10.

AR. هطط ; أهط, f. هطاط ; *prim.* Pereuntes, perditi*que* homines. *ſecund.* Camelus valdè incedens, *et* patiens laboris, ( procerus, præcedens, *et* multâ prole. *Gigg.*)

هطهط ; هطهطة ; *prim.* Equus. *ſecund.* Hinnitus equi. 2, Celeritas operis, *et* inceſſûs.

---

**הטב** CH. הַטְבָּא Villus. הַטָב Pedilium. *GF. Pl.* גְלִימָא דְהוּטְבֵי Pallium villorum. *Nedarim* 49. 2. *Gl. exp.* chlamydem bonam, *ſ.* pretioſam, *Al.* pallium æſtimatum. *Hinc Hiſp.* Atapar, *Involvere.*

---

**הטו** AR. هطا, *Act.* هطو, Jecit.

هطي Lucta, proſtratio. & Percuſſio vehemens.

---

**הטל** CH. הַטְלִים Solus, ſolitarius, cœlebs. *Ber. rab. ſ.* 19. *et* 87. 2 Officina, macellum. *i. q.* אטלין. *Pl. Ber. rab. ſ.* 79. *ubi cibum ſumunt* [illegible], *unde in ſeqq.* אטליסין, *Gl.* חניות officinæ. *Jalcut* Pſal. *Si.* 670.

AR. هطل, *Fut.* O. Continenti pluviâ, unâ alteri ſuccedente, ſtillavit *cœlum.* Num. 24.7. Deut. 32.2. Eſ. 5.6. *Seld.* Prov. 3. 20. & Conſequenter, ſed diviſis vicibus, & ferè magnis guttis, pluit. 2, *Fut.* I. Iterum atque iterum, *ſ.* diverſis vicibus, *equo* ſudorem movit *curſus*, eo*ve* perfudit *equum. cca.* 3, Manavit, ſtillavit*ve* *oculus lacrymis. cc* ب. 4, Lentè, & languidè progreſſa eſt *camela.* V. *vel, ut codd. quidam*, تهطل, Convaluit *ex morbo. cc* من. *vel hoc potiùs eſt* تهطلس: *quod v.* VII. *i. q.* 1, I. *Ab. Phar. H. Dyn. p.* 12.

هاطل, هطل ; تهطال هطلان, هطل, *Pl.* هطل, هواطل, *i. q.* هطال ; هطل, & هطلاء *qſ. f.* أهطل *inuſitati* ; *priora tria, Act.* 1, I. *vel ipſa* Pluvia *ibi deſcripta. prim.* Imber. Job 37.9. vehemens pluviæ caſus. Prov. 28.4. *et* talis lacrymarum fluxus. 2, Pluvia tenuis, *et* continua. *quart. quint. et horum* f. *irreg. decim.* Continui ſtillicidii *nubes, et non.* Conſequens, *uti dictum*, diem noctem*que* durans *pluvia. ſept.* Gurgites. Exod. 15.8. *octav. et. Nom.* montis, *et* equi ; *et* Menſuræ ex aurichalcho : *vox ab externo* تابيلة. *Gigg.*

هياطل ; هيطل ; هطلى ; هطل, ; *prim.* Lupus. 2, Latro ſtolidus, *ac* defeſſus. *vel* Laſſus, *de camelo propriè dcr. ſecund.* Lentè & pedetentim progrediens *camela, et camelorum agmen.* 2, *et. primâ Damm.* Diviſi ab aliis liberi*que cameli*, quos nullus præcedit. *tert.* Vulpes. 2, Exiguum hominum agmen, *ſ.* manipulus, cum quo prædatum excurritur in hoſtem. 3, *Nom.* ditionis ultra Oxum. 4, *uti et. quart. quint.* Scytharum, Indorum*que* genus potentiâ quondam celebre.

Q. II. تهطلس Verſutiâ, *et* inſidiis uſus fuit *fur* in captanda re. 2, Convaluit *ex morbo. cc* من.

هطيم ¶ ; هطلع ; هطلس هطلس *i. q.* هصيم ; *priora*, Fur vias infeſtans, latro. & Lupus. *tert.* Turba multa. Exercitus numeroſus. & Longi corporis vir. *quart.* Mollis, maturus. *Gigg.*

---

**הטן** CHAL. הַטְנָא ,היטני Junci, ſcirpi, quædam ſpecies. *Joma* 78. 2. *Gl.* מין שעם ſpecies ſuberis, גּוּמֶא junci, ſcirpi, carecti. *His pedes involvebantur, tanquam calceamentis, die Propitiationis, quando prohibitum eſt calceis incedere. Sic ib. mentio calceamentorum ex foliis dactyli, ex herbis peculiaribus, et aliis. Hinc Al.* Pedilium.

**הטע** AR. هطع, *Act.* هطع, هطوع, *Fut.* A. Antrorſum properavit, procurrit*ve* præ metu. 2, Defixis oculis, nec indè dimotis, in rem proſpexit. IV. Protenſo collo depreſſit caput. 2, Properus, celer*ve* fuit *in curſu ſuo camelus. cc* في. X. Id.

مهطع ; هطيع ; *prim.* Patens, *et* ampla via. *ſecund.* Oculos defixos ſervans, & conticeſcens, præ humilitate, *aut* ſubmiſſione. & Demiſſum naturâ collum habens *camelus.*

---

**הטף** AR. هطف, *Fut.* I. Mulſit *paſtor.* 2, Pluviam demiſit *cœlum*, pluit. هطف Levis lacte. 2, Denſus pluviâ.

**הטק** AR. هطق Properus, & celer inceſſus.

---

**הטר** CHAL. הַטְרִיוֹת Cucurbitæ. *Nedarim* 49.1. *vel Gr.* Ἀθάρη, ἀθήρα, Athera : pultis, *ſ.* polentæ quoddam genus. *C L. H. Betſa c.* 2.

AR. هطر, *Act.* هطر, *Fut.* I. Percuſſit. & Ligno percutiens occîdit *canem. cca.* V. *i. q.* تهور, *ſ. pro eo*, Dirutus fuit, concidit*ve puteus.* 2, *contrà* Calce obductus fuit. *Gigg.*

هطرة ; تهطرس ; *prim.* Submiſſio, cum qua pauper quid à divite petit. *ſecund.* Qui vacillante ſuperbè*ve* moto corpore fit inceſſus.

---

**הי** הִי Heu, væ. Ezech. 2. 10. *Al.* Planctus, *pro* נְהִי.

CHAL. הִי *Particula eſt, ut H.* אִי *quæ variis vocibus præponitur, ut,* הִידֵין Tunc. *Rp. H.* אז הִילְכָךְ Propterea. הִי *Pronomen eſt, ut* הוּאי, *Tal. Ba. baſra* 58. 1.

ÆTH. ሀየ : Ibi, illic ; *Ch.* הכא ,הכי Pſal. 22.1. *et* 49. 24. *It.* (*ad locum*, eò, illuc. *IL.*) በሀየ : Ibi, illo in loco, Pſal. 13.9. *et* 47. 6. *et* 65.5. *et* 97. 9. Cant. 7. 12. ( እምሀየ : Inde. *IL.*) ሀየየ : (*Ar.* هيه *IL.*) *ſ. fo.* هنيا *ab* هنا *i. q.* هون (י *et* נ *alternant nonnunquam : ſic* [illegible] *i. q.* ציצית : *Hæc conjug. non eſt in uſu* : ተሀየየ : Leviter æſtimavit, neglexit, parvi fecit ( nil penſi habuit, *tanquam rem non videret, neque audiret, IL.*) Pſal. 26.15. *et* 54.1. *et* 77. 68. *et* 137. 9. Matt. 22.5. Heb. 2. 1. *et* 8. 9. *et* 13.5. Jac. 4. 6. 1 Pet. 5. 3.

AR. هي, هِي f. هو *vel* هي ; يا هي *i. q.* بن بي ; هيان بن بيان ; يا هيي *i. q.* ; *priora*, Illa. Matth. 1. 23. & *pro* Eſt. Pſal. 39.7. *et* 118. 84. *quint. c ſeqq. per metonym. quandam*, Homo incognitus, cujus nec cognitus pater eſt. *Dicunt a. Hejjo fuiſſe Adami filium, qui nullam reliquerit progeniem. ſext. v. in ult. Rad. Eliph.*

---

**היא** CH. הֵיָא *et* אֵיָא *GF. Gr.* εἶα, Eia, agé. *Interjectio, ſ. hortantis & urgentis vox, ut aliquid alacriter, et velociter fiat,* Citò, velociter. *Schab.* 119.1. *Ba. Kama* 84. 1. *Gittin* 34. 1. 2 הייא *in lingua Hier.* Hoc eſt. *T. H.* ע״ז *c.* 3. *f.* 42. 3. אהייא Ubi. *Exp. per* בהיכא ובאיזו *in Berach.* 34. 2. הֵיאָךְ Quomodo. *Rab.* הִיא & *Syr.* ܗܝ Illa, *v.* הוא.

AR. هاء, *Perſ. prim.* هيئ *Fut.* I. *Perſ. pr.* اهي, *et. Fut.* A. Paratus fuit. *cc* ل *et* Paravit *munus.* Gen. 43.25. Joſ. 18.4. 2, *Fut.* A. Deſiderio *ejus* captus fuit, d[illegible]leravit. *cc* الى. 3, *Fut.* A. I. Formâ ſpectabilis fuit. 4, هيو, *mediâ Damm. Fut.* O. *i. q.* 1, *præc. & ead. conſtr.* II. Rectè diſpoſuit, *ac* concinnavit *rem.*

*ccar.* & ل *p.* Num. 4. 5. *et* 21.27. Jud. 6. 19. *et* 9. 27. *et* 13. 15. *et* 14. 10. *et* 20.10. 1 Sam. 15. 5, 12. *et* 25. 11. 2 Sam. 12. 4. *et* 13. 5, 7. 1 Reg. 3. 15. 2 Par. 6. 2. Pſal. 8. 3. *et Ro. p.* 456. 5. Prov. 4. 2. Eſ. 21. 5. Dan. 12. 11. Zach. 5. 11. *Part.* Promptus, paratus. Exod. 15. 17. *et* 28. 29, 30. 2 Sam. 23. 5. Pſ. *Ro. p.* 452. 1. 2 Bar. 6. 59. V. *i. q.* 1, I. *ead. conſtr.* Sanctificavit ſe. Num. 11. 18. *Erp. vel* Paravit ſe, 1 Sam. 26. 2. Act. 21. 15 ; *et* 23. 24. *Erp. illi. cc* ل. Joſ. 8.3. Convenit *illi*, præſto fuit. Exod. 29. 42, 43. *et* 30. 36 ; *et cum* الى. Num. 10. 3, 4. *Erp. Part.* Præparatus. Act. 3. 20. *Erp.* VI. Conſenſerunt *et* concordarunt inter ſeſe.

أيا *i. q.* هيا ; يا هيي ; هيي, هيي ; إيا, أيا *pro* هيا ; هيا ; *priora duo*, Apparatus. 2, Vocatio ad edendum, *ac* bibendum. & Camelorum convocatio ad potum. *tert. Dolentis et gementis Interjectio*, Heu, eheu. 2, *Admirantis*, Papæ, hui. *quart. Particula, quâ vocatur remotus*, O *vir. cca.* O, heus tu. Eſ. 14.21. 2, *bis poſitum, et. cum* Je *Teſd. in cod. Selden. Interjectio increpantis*, (Ageſis, *Gigg.*)

هيي, هييي ; هياه *Pl.* هيآت, & هيئة *Pl.* هيآت ; هيوا ; *prim. ſec.* Formâ ſpectabilis *vir.* & *Pl. ſan.* Viſiones falſæ. Lam. 2. 14. Atomi. *Int. Avic.* I. 352. 47. *Ar. tert. Act.* 1, I. & *cum Pl.* Forma externa rei. *unde* حسن الهيئة Formoſus, pulcher. *quint.* Id. Gen. 41. 19. Exod. 26. 30. *et* 28. 15. *et* Repræſentatio *Iſrael.* v. 30. Modus. c. 30. 32, 37. Act. 2. 1. Status *domûs.* Ezr. 2. 68. Ordo. 1 Cor. 14. 40 ; Pulchritudo. c. 12. 23. *Erp. pec.* forma & figura cœli. *Aſtr. et* Sexûs, generis diſcrimen. *Bd. it. Act.* 2, I. *ſept.* Diſpoſitio. Ezr. 3. 3.

ماهية ; امر متهايا *i. e.* عليه متهاياه ; تهيئة ; *priora*, Negotium ſuper quo plures conſentiunt *ac* inter ſe concordant. (*et* Res præparata, ſupra, *vel* ad quam aliud conformatur. *Gigg. tert. compoſit.* Quidditas. *Id.* ) *quart. Act.* II. & Præparatio. Dan. 11. 7, 20. Nah. 2. 4. Zachar. 5. 11.

---

**היב** AR. هاب *pro* هيب, *Fut.* A. Veritus fuit *ſanctuarium.* Lev. 26. 2. *Moſen, &c.* Joſ. 4. 14. 1 Sam. 12. 18. reveritus fuit *vultus ſenis.* Deut. 28. 50. Formidavit. *cca. gigantes.* Deut. 1. 29. Timuit. *Poc. Togr.* 126, 127. 2, *formâ Paſſ.* هوب *Houba*, Formidabilis, & verendus fuit. II. *Tranſ. hujus*, Talem reddidit *rem*, effecit*que illi. ccar.* & الى *p.* IV. Invitavit *ad bonum. cc* الى. Inclamavit *fortunam. ſpec.* Increpuit *gregem, vel camelum, ut* conſiſteret, *vel* rediret ; *ita et* Vocavit *equos*, dicendo هاب, هب *Hâb vel Hab. cc* ب. *Poc. Togr.* 165. V. *i. q.* 1, I. Timuit. *cca.* 2, Timore affecit, formidine perculit. *ccap.* VIII. *i. q.* 1, I. *cca.*

هيب ; هاب ; هيبي & هاب ; هب ; التهاب ; مهابة, ه ; *prim. Imperat.* 1, I. Time, verere. *ſec. tert.* Vox increpantis, *vel* vocantis equos : *i. e.* اقدمي *ſ.* اقبلي (accede, adeſto, *Gigg.*) *in* f. *quo plures intelliguntur equi. quart.* Serpens. 2, Increpatio camelorum in propellendo voce Hâb Hâb. *quint.* Timor. *ſext. ſept.* Id. Ex. 15. 16. *et* 23. 27. Joſ. 2. 9. Act. 2. 43 ; Rom. 13. 7 ; Gal. 2. 12 ; *Erp.* & Reverentia, formido. Am. 1. 11. ( & Magnificentia rei, ob quam verenda ſit. *Gig.* ) *octav.* Æſtus *cordis. Avic.* I. 134. 20. ardor *ventriculi.* 141. 5. *Ar.*

هيب,

هَيِّبٌ , هَائِبٌ , هَيَّابٌ , ة , et c ـة ,
هَيُوبٌ , ة , هَيَّبَانٌ , et c ـة , Timidus, meticulosus, reformidans. Formidolosus, pavidus *vir.* & *sext.* *Hajoubon*, Qui metuitur ab hominibus: formidabilis. *Poc. Togr.* 49. *non.* Multus, *sc.* in timore. 2, Levis. 3, Terra. 4, Pastor. 5, Spuma circum os cameli.

مَهَابٌ , مَهُوبٌ , مَهِيبٌ ; مُهَيَّبٌ ;
هَيَّبَانٌ ; *priora*, Timendus, & reverendus *vir.* Marc. 15.43. *aut* talis *res*; & Horrenda; terribilis. Deut. 10.21. Act. 12.21. *Erp. prim. sec.* Metuendus *locus, timor, vel* metuens. Dan. 5.9. *Seld. sec. tert. quart. pec. cum Artic.* Leo. *quart.* Timidus, meticulosus, &, *uti quint.* formidabilis. (& Senex. *Gigg.*)

---

**היג** AR. هَاجَ, *Fut.* I. Concitatus fuit *pulvis, ira; mare.* Jon. 1.11,13. Joh. 6.18. *procella.* Act. 27.18. *E. tentatio.* Act. 20.19; *seditio.* c. 24.5; *perditio.* 1 Thes. 5.3. *Erp. cc* علي *p. ventus.* Dan. 7.2. & Impetum cepit. 2, *Trans.* Concivit, incitavit, *ad venerem. cca. Avic.* I. 128. 44. *et* 133. 17. *Ar.* 3, Exaruerunt *plantæ.* 4, Siti laborarunt *cameli.* 5, Taraxi correptus fuit *oculus.* II. *i. q.* 2, I. *cca.* Concitavit *mortem. cc* ل *p.* 1 Sam. 28. 9. *lites.* Eccli. 19. 22. III. Id. *cca.* IV. *i. q.* 1, I. Gen. 43.30. & *Trans.* Excitavit *ventum.* Psal. 77. 30. *Rom. it.* 3, I. Arefecit *plantas ventus. cca.* & Aridam plantis comperit *terram. cca.* V. *i. q.* 1, I. VI. Invicem aggressæ sunt, *et* conseruerunt manus *duæ hostium partes.* VIII. *i. q.* 1, I.

هَيْجٌ , هِيجٌ ; هَيَجٌ , *Pl.* هُيُوجٌ :
هَيْجَاءُ , هَيْجَا ; هَيَجَانٌ , هِيَاجٌ ;
*prim. sec.* Increpatio camelæ. *tert. quart. quint. Act.* 1, I. & *cum Pl.* Conturbatio. Deut. 28.20. *Ar. Sam.* turbo. Prov. 1.27. seditio. c. 6.14. furiæ. c. 23.29. tumultus. c. 26.28. furor. Marc. 13. 8. *quart. et. Act.* 3, I. *it. uti sext. sept.* Pugna, conflictus, prælium, bellum.

هَيِّجٌ ; هَائِجٌ ; ة ; هَاجَةٌ , *Pl.* هَاجَاتٌ ;
مِهْيَاجٌ ; *prim.* Ventosus, nubilosus, pluviosus, *dies. sec. pec. c Artic.* Initum appetens, in venerem concitus, admissarius. & Orgasmus. *Plemp. in Av.* II. 12.53. *Ar.* 2, Ira, ejusque impetus. (*et* Amens, ebrius, attonitus. *Gig.*) *tert.* Ex ariditate flavescentia olera habens *terra*: & arida *plantis terra. ccg. quart. cum Pl.* Rana fœmina. *sext.* Consuetum locum appetens, eoque tendens, *camela.* 2, Siticulosus, præ aliis sitiens, camelus.

---

**היד** CHAL. הֵידָא, הֵיידָא Quænam, qualis. Esth. 5.14. הִידוֹאָה *v.* הנר. הַיְדֵי En, ecce, *i. q.* הָא *vel* הנה. היידי ליה *i. e.* הִנּוֹ ecce eum. *Ber. rab. s.* 84. הֵידֵין Tunc. Psal. 2. 5. *et* 19. 14. *In* Job. Prov. *et* Psal. *pro H.* אָז: *in Meturgeman, et Reg.* הֵידַין *i. q.* אֱדַיִן *commutatis* א *et* ה. *v. in* דֵּין. הֵידֵי *v.* דֵּין.

SYR. ܗܳܝܕܶܝܢ Tunc, *de Præt. tantùm.* ܗܺܝܕܶܝܢ *de Fut. & Præterito aliquo celebri, ut* Exod. 15. 1. *Divisim a.* ܗܝ & ܕܝܢ *de re, muliere, & verbo dicitur, BB.*

ÆTH. ሀየደ : *Def.* ሄደ : Per vim abstulit, ademit, rapuit, avulsit, *v. Ar.* Mat. 12.29. *et* 13. 12. Jac. 5.4. ኃደደ : Joh. 10.29. apprehendit. Luc. 9. 39. V. ተሀየደ : Ablatus, ademptus, raptus est. *Fut.* Matt. 21.43. ተሃየደ : (De re auferenda invicem contendere, rem inter se diripere. *ccar.* Matt. 11. 12. *IL*) ተሁደደ : Judæus factus est: *sæpius occurrit.* Rom. 2.28,29. *v. Ar.* هود. *at alibi* ተየሀደ : ሀያዲ : Rapax, raptor. *Pl.* ሀያድያን : Luc. 18.11. 1 Cor. 6.10. ሀይድ : Rapina (res rapta, *IL.*) Psal. 61. 10. Matt. 23. 25. Luc. 11. 39. Phil. 2.6. (ሂደት : Direptio. *Org. IL.*)

AR. هَادَ, *Fut.* I. Commovit, conturbavit *me res, aut ipse rem. cca. ferè in deteriorem partem usurpatur.* 2, *contrà*, Aptavit, concinnavit. *cca.* 3, Repulit, prohibuit. *cca.* 4, Propulit. 5, Difficilis mihi fuit *res. Gigg.* II. *i. q.* 3, I. *cca.* 2, Versavit; dimovit. *cca.* 3, Increpuit. 4, Properavit, celeritate usus fuit.

هَيْدٌ ; هَادٌ , هَيْدٌ ; *hinc* 1 مَا لَهُ هَيْدٌ
وَلَا هَادٌ . 2 مَا يُقَالُ لَهُ هَيْدٌ وَلَا هَادٌ .
3 أَيَّامُ هَيْدٍ . 4 هَيْدَ مَالَكَ . *prim.* Increpatio camelorum. *sec. tert. Act.* 1, I. *hinc* 1 Ne quidem movet se. 2 Haud illi negatur quicquam, *aut* contradicitur. *tert. et. Act.* 3, 4, I. *it.* Commotus, conturbatus: *hinc* 3 Dies quidam lethiferi & exitiales, qui olim in Arabia fuerunt; & 4 Quî vales? *form. quâ quæritur de alterius statu.*

1 هَيْدَانٌ . 2 الْهَيْدَانُ وَالزَّيْدَانُ .
3 هَيَادَه *et cum* ه ; 1 Pavidus, pusillanimus. 2 Homo, *s.* cognitus, *s.* incognitus: *ut* ejusmodi hominibus, *s.* promiscuè, *largitus quid fuit.* 3 Pœnitentia. *Gigg.*

---

**היה** הָיָה Fuit. Job. 1.1. Ezech. 16. 49. Psal. 1. 3. הָיְתָה 2 Sam. 15. 33. & הָיִתָה c. 10.11. הייתי Ez. 16.31. *Pa. f.* Exod. 9.3. *Inf. et Fut.* 1 Reg. 13. 32. *et* הֱיֵה Ezech. 21.10. *et Af.* c. 34.12. *Im.* Exod. 18. 19. Gen. 17. 1. & 24.60. *Niph.* Factus, effectus, est, *et qs. contr. signif.* Confectus, contritus, defectus est. 1 Reg. 1.27. Deut. 4.32. Dan. 8.27. *et* 2.1. لم يدم *Ar. Sel. cum reliquis congruenter. Pa. f.* Prov. 13.19. *Observ.* יְהִי, יהיה, היה, *et de utroque genere et numero dicuntur.* Gen. 1. 14. *Hoc verbum participiis additum, præteritum imperfect. denotat*, Jud. 16. 21. *cum* ל Habendi *signif. habet, et aliquando subintelligitur.* אֶהְיֶה Ero, sum. *Nom. Dei.* Exod. 3.14. *An. Sam.*

AR. هِيهْ هِيهْ ; هَيْهَاتَ , ـتِ , ـتُ ,
هَيْهَاهْ , ـهْ , ـهِ , هَايْهَاتَ , ـنْ , تَهَايُهَاتٌ ;
هِيهْ ; هَيْهَاهْ ; *prim. sec. Interjectio rejicientis et abigentis*, Apage; apagesis. 2, *Particula, s. Interj.* cùm petitur augmentum rei, *et* quid amplius. (*Hî hî* Eja; Euge. *Gigg.*) *tert. cum seqq. quod vel* 57. *modis variabile est, Adverb. longinquitatis, s. potiùs Interj. avertentis, depellentis, aversantis*: Procul, longé. Procul esto. Apage. *duodecim.* Qui retrocedit ob vestium suarum sordes. *decim. tert. Nom.* Satanæ, *ceu* avertendus, *et* depellendus.

---

**הין** CHAL. הִיוּלִי *Gr.* ὕλη Materia, materia prima, *R. Bechai in princ.* Gen. הִיוּלָאנִי, היולני Materialis. *Majemon. More par.* 1. *c.* 68. *R. Levi* Job 11. בלתי היולאני immaterialis. *Pl.* היולניים. *f.* נפש ההיולאנית anima materialis, *i. e. terrestris, cum corpore interiens, ut in brutis.* התחלה ההיולאנית principium materiale,

SYR. ܗܝܘܠܐ *vide* הול.

---

**היח** AR. II. هَيَّحَ, *Act.* تَهْيِيحٌ, Multâ pinguedine condivit *pultem. cca.* 2, Incitavit *caprum* ad ineundam capram. *cca.*

هِيحْ *vel* هِيحِ ; هِيحَ ; *priora*, Vox, quâ demittere se in genua jubetur camelus. *tert.* Camelus mugiens, cùm procumbere jubetur voce *Hîch.*

---

**היט** AR. هَاطَ, *Fut.* I. Clamavit, strepuit, tumultuatus fuit. III. Id. VI. Congregati fuerunt inter sese, *ac* convenerunt ad concinnandas res suas: *Oppos.* تَمَايَطُوا convenerunt ad turbandas res.

هَيْطٌ ; هِيَاطٌ , *prim. Act.* I, *sec.* III. *ambo Oppos.* ميط مَهِيطٌ , مَهَاطٌ , recessus, secessus, Accessus, appropinquatio.

---

**היך** הֵיךְ Quomodo, siquidem, sicut, juxta, secundum. *i. q.* אֵיךְ, *commutatis* א & ה. 1 Par. 13.12. Dan. 10.17.

CH. הֵיךְ & הֵיאַךְ *i. q. H.* Psal. 51. 3. & *in utroque membro similitudinis.* הֵיךְ אַיַּלָא sicut cervus, הֵיךְ נַפְשִׁי sic anima mea, Psal. 42.2. *Al.* הֵיכְנָא. *It. c* כ *seq.* הֵיךְ כְּאַרְיָא sicut leo, Ps. 22.14. הֵיךְ כְּמַיָּא sicut aqua, v. 15. הֵיךְ דֵּין *i. q.* היך Job 24. 5. *sic* הֵיכְדֵּין & הֵכְדֵּין & הכדין *It.* sic, quomodo. Psal. 73. 11,19. & 48.11. Eccl. 6.8. הֵיכְמָה Id. *Post se habet* ד *vel* די. Eccl. 11. 5. Lam. 1.6. הֵיךְ מָה דִּי sicut, Psal. 48.9. הֵיכְנָא Quomodo? Prov. 5.12. Sic, ita, sicut. c. 6.3. Ps. 48.9. מְטוּל הֵיכְנָא Propter sic, *i. e.* Propterea, Prov. 7.15. Ps. 46.3. חלופי הֵיכְנָא Propterea, Psal. 19. 12. *In Ven. quandoque leg.* הכנא. הֵיכָה, הֵיכִי Ubi, ubinam? hîc illic. Esa. 49.21 2 Reg. 6. 13. לְהֵיכָא Quó? אתון היכי הוויתון Vos a. ubi fuistis? מֵהֵיכָא Unde? *et sine interrogatione*, unde; *in responsione*, inde. כל היכא ubicunq;. כל היכא דאיכא ubicunq; est. כי היכי Ut, eo ut, propterea quód. *Sanhed.* 7. 2. היכי ד Sic, sicut ut. הֵיכָן Ubi? ubinam? quomodo? מֵהֵיכָן unde? עַד הֵיכָן quousque. לְהֵיכָן Quorsum, quó. *Maccos c.* 4. *Sanh.* 6. 2.

AR. II. هَيَّكَ, *Act.* تَهْيِيكٌ, Properavit. 2, *i. q.* هَوَّكَ, *s. pro eo*, Fodit.

هَيَّكْ Perge, *et* rectam insiste viam in eo quod agis. (*al. Kef paragogicum est. Gigg.*

---

**היל** CHAL. הֵילְכָךְ, הלכך Propterea, idcirco. *Hal. Ol.* 127.

SYR. ܗܝܠ Ubicunque, quocunque: *It.* Fovea, Chaos. *BB.*

ÆTH. ሀየበ : *Inde fit* ሄበ : Seges, herba frumenti. Cant. 7.7. *IL.* (*Per Metath. conv. c* ...)

AR. هَالَ, *Fut.* I. Demisit. 2, Fudit: effuditque *farinam, arenam*; *pec.* citra mensuram. *ccar. et c* على *p.* 3, *c* ... *med. v. Rad. med. Vaw.* II. *i. q.* 1, 2, I. *cca.* IV. Id. *cca.* V. *Pass.* Fusus fuit. VII. Id. & Effusi sunt *in eum*, irruerunt conviciis, ictibusque, alii post alios. *cc* على *p.*

هَالٌ , هَيْلٌ ; أَهْيَلُ ; هَيْلٌ ; هَيَالٌ , هَيْلَانٌ ;
هَيْلَمَانٌ , ـةٌ ; *prim. sec.* Effusa, *s.* profusa *arena. tert. Act.* 1, I. & *Heil buwa*, *i. q. hal buwa. v. med. Rad. Vaw.* 2, *et. quart. quint.* Quod effunditur de arena, *et* similibus rebus. 3, *et. sext. sept.* Arenæ, *et* ventus: &, *hinc fo.* Magna copia, *pec.* opum.

هَيُولٌ ; مَهَالٌ , مَهِيلٌ , مُنْهَالٌ ; *prim.* Atomi in domo conspicui sub radiis Solis. *sec. c seqq.* Effusus, *pec.* citra certam mensuram. *v. med. Rad. Vaw.*

---

**הים** CH. הֵימִין, הֵימְנוּ, מהימן *v.* אמן. הֵימֶנּוּ, הֵימֶנָּה Ab eo, ab ea. *H.* מִמֶּנּוּ. הֵימָךְ abs te. לא כל הימנו Nihil ex illo fiet. *Ba. ka.* c. 10.3. לא הימך לומר Non ex te est dicere, *non ex animo tuo ista decet decernere. Bemidb. rab. s.* 4.

SYR. ܗܝܡܢ *v.* אמן.

ÆTH. ሃይማኖት : *Syr.* ܗܝܡܢܘܬܐ *ab* ܗܝܡܢ. Religio, *spec.* Christiana (cultus Divinus: & *sic conjunguntur*, ሕግ : ወሃይማኖት : religio, & fides ሃይማኖት : ርትዕት : Orthodoxa religio. ርቱዐ : ሃይማኖት : Orthodoxus. *It.* Fides, virtus Christiana. Mat. 8. 10, 26. *et* 9.2,22,29. *et* 15.28. *et* 17.20. *et* 21.21. 1 Cor. 13.13. Fides miraculorum, v. 2. Fidelitas. Luc. 16. 11,12. Psal. 32. 4. *JL.*) m. Eph. 4.5. መሃይምን : *v.* אמן.

AR. هَامَ, *Fut.* I. Amore mulieris captus fuit. *et* هام على وجهه Vagatus fuit, palavit, præ amore aliave causa, furibundi instar. Erravit *per terram* rans camelus. cc cca. ي. 2, Sitivit. II. Obſtupefecit. cca. Ex. 23.27. IV. Diſperſit eos Deus. Deut. 7. 23. ſ. pro eo, Proſpexit, VIII. i.q. احدال, cavitque ſibi ipſi. cc ل p. (non Defraudavit. Gigg.) et Ag. Inſaniens in eos. cc على. Act. 26.11. X. i.q. X. mediæ Rad. Vaw et ult. Je.

هيم ; هيم ; هيمان, f. هيمى, Pl. هيام,

هائم, مهيوم, مستهام ; هيماء ; (هيم الله Per Deum. Gigg.) prim. Act. 1, I. ſec. Sitientes homines, vel cameli. tert. pec. talis camelus. quint. et. Amore capti, eoque mentem perculſi. ſext. Bacchans. Sap. 14.23. et c ſeqq. i.q. Hajûmon, Attonitus; vagans, errans, v. I. Conj. octav. et. Vagus, incertus, animus. non. Morbus camelorum, de quo infrà. 2, et. quart. Ex morbo Hojâmin vagans, et paſtum reſpuens camela. et Deſertum, ubi nulla eſt aqua.

هيام, ه, Pl. هيم ; الهيماء ; اهيم ;

يهيم ; اهامة ; prim. c. ſeqq. Arenæ, quæ manu contineri nequeunt, quin præ lenitate diffluant. ſecund. et. Act. 2, I. et Vehementiſſima ſitis. 2, Furor ex amore. 3, Morbus, qui camelos ex aquæ reſtagnantis potu invadens, efficit, ut à paſtu abhorreant. quart. Nom. aquæ, & tribûs, et prælii: quæ omnia ad Ar. Mohajjanos pertinent. quint. Ἄναστρος, ſtellis minimè conſpicuis obſcura nox. ſext. Compoſitus, et elegans inceſſus. ſept. Interitus hominum. Deut. 2.15. diſperſio. c. 7.23.

**הין** הִין Hiph. הֵהִין Paratus fuit, paratum ſe obtulit, ultro, promptè voluit: conatus eſt, intendit nervos, obfirmavit ſe. Fu. Deut. 1. 41. Deducunt Heb. ab הֵן: q. qui ſe promptum offert, dicit qſ. הִנְנִי ecce me, הִנֶּנּוּ ecce nos.

הִין Hin, menſura liquidorum continens 12 logos, logus autem 6 ova, quæ ſunt 72 ova. Menach. 89. 1. Exod. 30.24. Levit. 19.36. et 23.13.

CHAL. הִין, הִינָא Id. Exod. 30.24. Levit. 23. 13. et Pl. הִינִן c. 19. 36. הִינָא i.q. נָא Crudum, non ſatis coctum. Peſach. 37.1. הִין Sic, ita, reſponſionis vocula. Ber. rab. ſ. 27. fi. הַיְינוּ Eſt illud, id eſt. ex הִיה et Af. נו, ut H. יֶשְׁנוֹ. הַיְינוּ הַךְ hoc ipſum eſt, ecce id ipſum eſt. הייני האי Ille ipſe eſt. הַיְינוּ כָּךְ Id ita eſt.

ÆTH. ሀየንተ: Pro, vice, loco, conv. c Gr. ἀντὶ. Pſal. 34.14. et 37.21. et 44. 18. et 89.17.

AR. v. ſub med. Rad. Vaw.

---

**היס** AR. هاس, Fut. I. Cepit quid magnâ copiâ. 2, Ivit, inceſſit quocunque modo. 3, i.q. Dâſa, Conculcavit, comminuit. 4, Diſſipavit, ac fugavit exercitum. cca. v. med. Rad. Vaw.

هيس ; هيس ; اهيس i.q. اهوس ;

prim. Act. I. 2, Aratrum: aut arandi et colendi agri inſtrumentum. (& Pars armenti. et armenta. Gigg.) ſecund. Interjectio excitandi, Macte: tert. Strenuus, audax.

---

**היע** AR. هاع, Fut. I. A. Expanſa fuit res. 2, Liquatum fuit plumbum. Fuſa, fluxa, ſ. liquida fuit res. 3, Fut. I. A. Pavidus, puſillanimus, fuit. 4, Fut. A. Id. & Ignavus fuit. & ſimul avidè concupivit. 5, Aquam appetivêre, ſitiverunt, cameli. 6, Eſurivit. 7, Fut. I. Tædio affectus fuit. 8, Simulavit vomitum. v. med. Rad. Vaw. V. i.q. 1, I. VII. Fluxit res. Se diffudit vapor.

هاع ; هيع ; ه ; هايع ; ه ; هياع لياع ;

prim. tert. Prava aviditas cum impotentia vel ignavia: & هاع لاع i.q. هايع لايع, Pavidus, languidus, puſillanimus, vir. ſecund. Act. 2, 3, I. tert. et. Fluxus rei per terræ faciem effuſæ. 2, Obſcœnum quid. 3, uti et. quint. Sonus, vel vox vehementior incutiens terrorem. quart. Fluxus, liquidus: liquatum plumbum, ſ. fluxile. 2, Obſcura nox. ſext. ſept. Rapidus ventus.

هيوع ; هيعان ; مهياع, Pl. مهايع ;

مهياع, مهيع ; prim. Act. 3, & ſec. 3, I. c Fut. A. tert. c Pl. Manifeſta ac patens via. quint. ſext. Attonitus, errabundus, et ad malum properans.

¶ II. هيّع Multâ adipe condivit offam. cca. ita et Largiter terram rigavit pluvia. cca.

اهيع ; Du. الاهيعان ; prim. Fertilis, & pabulo abundans annus. ſecund. Cibus, et potus et. Victus, & conjugium. Vitæ commoditas. Abundantia bonorum. Multa aqua.

---

**היף** SYR. ܗܝܦܐ Ibis, avis. BB.

ÆTH. ሀየጸ: Contr. ሄጸ: 1 Sam. 17.49. Lapide feriit; vel Sagittâ confixit; Scopum tetigit. ይሀይጹ: ሠዕርተ: attingebant capillum lapide è funda miſſo. Jud. 20. 16. ʃL. (Conv. c هيكعل & هكم pertingit)

AR. هاف, Fut. A. (etiam هيف Fut. A.) Collapſo ventre, & tenuibus hypochondriis fuit. 2, Fut. A. Aufugit ſervus. 3, Ventum Hûfon exceperunt cameli, adverſâ facie, aperto ore; ſc. præ ſitis vehementia. IV. Sitientes habuit camelos. V. Vento Hûfin afflatus, in eove verſatus, fuit. VIII. Laboravit ſiti.

هيف ; هايف, هيوف, هيفان ; هافة,

مهياف ; مهياف ; prim. Act. 1, I. & Vehementia ſitis. ſec. tert. quart. Valdè ſitiens: ſiticuloſus. quint. Citò ſitiens camela; ſext. Id. & homo, etiam vehementer; & Validus. ſept. Sitibundus homo.

هوف ; هيف ; هياف, ه ; اهيف, f.

هيفاء, Pl. هيف ; prim. Ventus calidus, pec. à ſolſtitio hyberno flans, vel ab Ar. Felice, omnia exiccans. ſecund. Act. 1, & tert. quart. 3, I. quint. Extenuatus ventre, & lateribus.

---

**היץ** AR. هاص, Fut. I. Projecit, ejecit.

هيص ; مهيص, Pl. مهايص ; prim. Act. Cùm avis excernit ſtercus. 2, Violentia. Contuſio (& tenuitas, Gigg.) colli. ſec. c Pl. Locus, ubi aves ejiciunt ſtercus.

¶ هاص, Fut. I. Fregit antè conſolidatum os. cca. 2, Recrudeſcente, ſ. recidivo morbo affecit. ccap. 3, Languefecit eum propenſio in ſomnum. ccap. 4, abſol. Stercus excrevit avis. V. Paſſ. 1, I. VII. VIII. Id.

هيص, ه, هيصاء ; مهيص, مهاص,

مهاص ; prim. Act. I. 2, Merda avis. 3, Recrudeſcens dolor, aut morbus. ſec. Id. & Recidivus morbus, dolor, aut mœror. 2, Vomitio ſimul juncta cum alvi dejectione eſt in eo. cc ب. Cholera morbus. Avic. I. 142.31. & 177. 13. Colica paſſio. Int. Avic. I. 502. 25. tit. Ἀπεψία. BB. tert. Cœtus, hominum turba. quart. c ſeqq. Poſt conſolidationem denuo ruptum os.

---

**היק** AR. هيق & هيقم ; اهيق ;

prim. ſec. c Mim ſervili, Struthiocamelus mas. 2, Tenuis, & longus. tert. Longicollis, longum habens collum.

**היר** AR. II. هيّر pro هوّر, Diruit aggeris partem. cca.

هير هير, تهير i.q. اير, اير ; هيرن ; هيار ;

هير i.q. هير ; prim. ſec. Ventus ſeptentrionalis, boreas. 2, Pars noctis. cc من. quint. Terra plana, ac commoda, ſext. Lapſus, collapſus. v. med. Rad. Vaw. ſept. Defraudatus; in rem incidens ob incuriam. Gigg.

هير ; هيري ; prim. Durus lapis. & abſol. uti ſec. Saxum durum: pec. quod impleat manum: (ad formam volæ. Gigg.) 2, Gummi arboris الطلح: ob duritiem. 3, Res ludicra, &, uti ſec. vana, ineptiæ. 4, Eminus apparens falſa ſpecies aquæ, سراب dicta. (Nebula diurna. Gigg.) uti ſec. Copioſa aqua. 5, Mendacium. Contentio, lis. 6, Colocynthis. uti ſec. Nom. plantæ. 7, Venenum. 8, Animal quoddam majus glire. 9, c He fin. Cujus multum lac effluat camela. Gig.

---

**היש** AR. هاش, Fut. I. Commotus, ac concitatus fuit populus. 2, Graſſatus fuit inferens malum. 3, Loquax, & verboſus fuit. 4, Leniter mulſit.

هيش ; ه i.q. هوشة ; prim. Act. I. (& Cumulatio rei. Gigg.) ſecund. Cœtus, ac turba hominum, pec. permiſta, & confuſa. Tumultus, ſeditio.

---

**הית** ÆTH. ሀየተ: Pro, ἀντὶ, عوض. Joh. 10.11. & 11.50. & 15.13. ſemel i.q. ሀየንተ: vel pro eo, Luc. 11.11.

AR. II. هيّت Inclamavit, et vocavit eum. cca.

هات qſ. آت, f. هاتي, Du. هاتيا, Pl. m.

هاتوا, f. هاتين, هاتم Da; cedo manum. 2 Reg. 10.15. digitum. Joh. 20. 27. Adhibe ſeniores. cc من. Jer. 19. 1. tert. affer. 2 Reg. 6. 28, 29. quint. Adducite. Gen. 47.16. ſept. Agite. 2 Par. 20.21. afferte. c. 29.31.

هيت, ت, ت, هيت ; (&, هيت لك vel لكم, aliquando, ſc. ſubjunctâ particulâ Lam c Affixo ſecundæ Perſonæ.) Sing. Pl. m. f. Adeſdum: adeſte.

هيت ; هيات ; prim. Pars terræ depreſſior. (& Cynædus quidam. Gigg.) ſecund. Clamoſus.

¶ هاث, Fut. I. Parum, & modicum dedit. cc ل p. etiam ſpargendo. III. i.q. كاثر. (De multitudine certavit. Gigg.) V. Dedit, præbuit. X. Plus petiit. 2, Intulit malum, graſſatus fuit.

هيث, هيثان & c يد ; مهايث ; هيثة

i.q. هيسة ; prim. i.q. Heiſchon, ſ. pro eo, Motus. 2, etiam ſec. Act. it. Perficere in grege id, quo facto opus eſt; & contrà, Nocendo inferre ei malum. (Obtinere, quo egebas; & Contemnere munera. Gigg.) tert. Qui multum capit, accipitve. quart. i.q. quint. ſ. pro eo, Turba, cœtuſque hominum.

---

**הך** CHAL. הַךְ Hic, hæc, hoc. Ba. baſra 58.1. הַךְ כְּתוּבְתָּא hæc Scriptura. הַךְ מִלְּתָא hoc vocabulum.

SAM. ࠄࠊ Chal. הוך Ivit, &c. Gen. 22.13. Par. Exo. 3. 19. & 4. 21. et 8. 28. et 33. 16. Fut. c. 5. 3, 17. et 3. 21. Gen. 24. 39. Aph. c. 22. 6. et alibi ࠀࠄࠅࠊ eliſo ࠄ.

ࠄࠊ Chald. איך Sicut.

ÆTH. ተሀከ: Jactatus eſt. በይትሃኩ: eorum qui jactantur (in alto.) Miſſ. 168. 2. ተሀከከ: Pruriit, fricuit, Ar. هك. 2 Tim. 4.3. ሀከከ: Fluctus, elatio. Pſa. 123.4. Tumultus. Matth. 26. 5. et 27. 24. Act. 20.1. Seditio. Mar. 15.7. Rom. 16. 17. Luc. 21. 9. et 23. 19. Act. 19. 40. Conv. c ሁከት: v. ሀውከ:

AR. هكّ Percuſſit eum gladio. ccap. et c ب instr. Ang. To hack. 2, Fricando trivit, comminuitve. (contudit piſtillo. Gig.) cca. 3, Validè, aut multùm congreſſus fuit cum muliere. cca. 4, i.q. هكّ

هكّ, ſ. pro eo, Subegit, ſubjugavit, *virum. cca.* & *i. q.* بكّ, ſ. *pro eo*, Cepit, vicitve *eum vis vini. cca.* 5, Eduxit *lac. cca.* 6, *Tranſ.* Merdam excrevit *ſtruthiocamelus*; *quin eam ejecit nulla non avis.* & Pepedit. 7, Corruit *puteus.* 8, *formâ Paſſ.* Dejectus, ſ. collapſus fuit. V. Partui vicina *mulier* laxas circa ilia partes habuit, & magnas mammas. VII. *Paſſ.* 2, I. 2, Victus vino fuit. (& Pertigit *ad illum. cc* من. *Gigg.* 3. Dilatatæ fuerunt in partu *quæ circa ilia ſunt corporis partes.* 4, Terræ cohæſit procumbens *camelus.*

هَكّ, *Pl.* هَكَكَة & أَهْكَاك, *i. q.* هَكِيك; مَهْكُوك; *prim. Act. pec.* 1, 7, I. 2, *c Pl.* & *quart.* Qui laborat mente. 3, Repetita, continenſve, quæ haſtâ fit, confoſſio. 4, Merda avis tardæ. 5, Pluvia vehemens. *quart. etiam* Cinædus. 2, Fricando comminutus, trituſque. *quint.* Id. 2, Qui podicem continere neſcit. 3, Impudens in loquendo.

مُتَهَكِّكَة; هَكُوك; هَكُوك *i. q.* عَكُوك; *prim.* Difficulter pariens *mulier. ſecund.* Impudens, qui non curat, quid dicat, faciatve. *tert.* Id. 2, *i. q. quart. ſ. pro eo*, Obeſus. 3, Locus inæqualis, duruſque, & *contrà*, æqualis, & mollis.

Q. I. هَكْهَكَ, *Act.* ة, *i. q.* 3, I. τῷ هَكّ, (هَكْهَاك Ὀχευτὴς, multùm coiens) Venereus fuit.

---

**הכא** CH. הָכָא Hîc, huc. Gen. 15. 16. & 19. 12. & 22. 5. & 21. 23. 1 Sam. 16. 11. עַד הָכָא uſque adhuc. מֵהָכָא inde. *Sanhed.* 37. 1. *Repetitum*, Hîc, illic. *c* ל, הָלְכָא. *Ven.* הַלְכָא, *v.* כָּא.

**הכב** AR. هُكَب, هَكَب, Deriſio, irriſio.

**הכד** CHAL. הֵיכְדֵין הַכְדֵין *v.* הֵיךְ.

SYR. ܗܰܟܘܽܢܳܐ & ܗܰܟܽܘܢܳܐ *i. q.* ܟܘܢܐ Aſpis, vipera. ܗܰܘܗܰܘܳܝܽܘܬܳܐ Identitas, eſſentia: & ܗܰܘܗܰܘܳܐܝܺܬ Eſſentialiter, *ex* ܗܘ ܗܘ. ܗܘ. *v.* הוא.

SAM. ࠄࠊࠃࠍ *v.* ࠄࠊࠃࠀ.

AR. هَكَد Gravis, & importunus fuit *debitori ſuo. cc* عَلَى.

¶ هَكَذَا, (& هَكَذِي, *Gig.*) *ex* هَا, ذَا, كَ, Sic, iſthoc modo. Pſa. 28. 14. *Rom.* & 127. 5. Matth. 13. 45. Eadem *fortitudo.* Jer. 23. 10. & *prim. repetitum c Vaw* Bifariam. 2 Reg. 2. 8.

---

**הכה** SAM. ࠄࠊࠄ *Chal.* הכא Hîc, huc. Gen. 15. 16. & 42. 15, 22. & 44. 28. & 45. 8. Exo. 2. 12. *i. q.* איכא Ubi, Gen. 37. 16.

**הכו** SYR. ܗܳܟܘܳܐ Ita, ſic, ſimiliter, itidem. Joſ. 8. 33. Mat. 20. 5.

SAM. ࠀࠄࠊࠅ *i. q. Syr.* Gen. 29. 15.

AR. III. هَاكَاه Exiguo eſſe ingenio dixit, *vel* propterea parvi fecit eum.

أُهْكَاء Attoniti.

---

**הכי** CHAL. הכין, הָכִי Sic, ita; *Heb.* כֵּן. אֲפִילוּ לָא תֵימָא הָכִי Nè dicas ſic. הָכִי Etiamſi ita eſt. הכי קאמר ליה Sic dixit ipſi. מִטּוּל הָכִי Propterea, Pſa. 49. 15. אוהכי והכי Interea, עו̇ 11. 2. להכי Huc. *Sanhedr.* 104. 1. *Rabb.* Tantundem. כָּל הָכִי Tantopere. *Sanhedr.* 107. 1. *pro quo Rabb.* כָּל כָּךְ. אי הכי Si hoc (ita) *eſt. f.* 13. 2.

ÆTH. ሀከየ: *per Metath. Heb.* יקע. ተሀከየ: Faſtidivit, tæduit, piguit, piger fuit. Pſa. 35. 4. Act. 9. 38. *et* 25. 11. Gal. 6. 9. 2 Theſ. 3. 13. Ceſſavit. Luc. 18. 1. አስተሃከየ: *i. q.* አስተአከየ: *vel pro eo*, Luc. 23. 11. *t.* ሀኪይ: Piger, deſes.

Mat. 25. 26. Luc. 19. 22. (ሀኬት: Pigritia, intermiſſio. ዘእንበለ: ሀኬት: *Gal.* Sans ceſse. *Org.* *JL.*)

---

**הכל** הֵיכָל m. Palatium, regia, templum. Ezech. 41. 4, 15. Ezr. 4. 1. *Cn.* Pſa 5. 8. *Af.* Pſa. 27. 4. *Pl. Cn.* Pſa. 45. 9. *Af.* Joel 3. 10. *et* f. Hoſ. 8. 14.

CHAL. הֵיכָלָא, הֵיכַל Id. *ib.* Pſa. 5. 8. *Af.* Pſ. 18. 7. *et* 48. 10. *Pl.* Hoſ. 8. 14. *Em.* Pſa. 45. 9. הֵיכַל יְיָ Jer. 7. 4. *ter dcr. unde Rabb. colligunt tria fore Templa; Salomonis, et Herodis, tertium v. adhuc expectant. Naſir.* 31. *Alii ſic numerant; Hieroſolymitanum*, 2. *Garizitanum*, ſ. *Samaritanum, quod ſtetit* 200. *annos*, 3. *Ægyptiacum in Nomo Heliopolit. ad Hieroſolymitani ſimilitudinem, pro Judæis Ægyptum incolentibus. Templi a. Hieroſ.* 3. *partes*, דביר Oraculum; היכל Palatium, *et* אולם Porticus; *v.* Joel 2. 17. *In medio* Palatii *erant extra velum* Menſa aurea *panum propoſitionis versùs Septentrionem*; Candelabrum, *versùs Meridiem*; & *in horum medio versùs Ortum*, Altare thymiamatis; *poſthæc ad Septentrionem* Tabula marmorea, *continens pulverem pavimenti, ad potandum ſuſpectam. Jurabant olim* הֵיכָל Per Templum. היכלא בידינו היא Per Templum, in manibus noſtris eſt hæc res, *in facultate noſtra. R. Jochanan. Kidduſchin* 71. 1.

SYR. ܗܰܝܟܠܳܐ, ܗܰܝܟܰܠ *i. q. Heb.* Matth. 21. 12. & 26. 61. *Af.* Luc. 1. 9. Act. 24. 6. ܗܰܝܟܰܠ ܡܰܠܟܳܐ Palatium regis, regia, Dan. 1. 4. ܗܳܟܺܝܠ Nunc, itaque.

ÆTH. ሀይከል፡ *Hebr.* היכל Templum, *in quo ſacrificia fiunt. Org.* 2. Sacellum, *quod Abyſſini nunc in Templo Hieroſol. poſſident.* 3. Arca Noæ. *JL.*

AR. VI. تَهَاكَلُوا Certarunt, diſceptarunt inter ſeſe.

Q. هَيْكَل Magnus, & procerus fuit. & *c* ة Magna mulier.

هَيْكَل, *Pl.* هَيَاكِل; هَكِيل; *prim.* Res omnis magnæ, groſſæque molis. *pec. i. q. Hebr.* Ædificium ſublime. Templum. Pſa. 5. 8. & 17. 7. & 26. 4. Act. 17. 24. 2 Cor. 6. 16. Eph. 2. 4. 2 Theſ. 2. 4. & Procerus equus: adulta planta. (Forma, figura. *Gigg.*) *tert.* Inceſſus caballi, & arrogantis mulieris.

هَكَلَّس Validus, vehemens.

---

**הכם** AR. II. هَكَّم Cantavit *illi, utì* per ludibrium, *et* in irriſione *fit. cca.* V. Id. 2, Contentus fuit. (Ditatus fuit. *Gigg.*) 3, Excanduit *in eum* vehementi irâ. *cc* عَلَى. 4, *i. q.* تَهَدَّم, ſ. *pro eo*, Dirutus fuit, corruit *puteus.*

هَكِم; تَهَكُّم; أُهْكُومَة; مُتَهَكِّم & مُسْتَهْكِم; *prim.* Malignus homo, ſe immiſcens alienis rebus. *ſecund. Act.* V. &, *utì tert. ipſum* Ludibrium, contemptus: deridiculum. 2, Superbior inceſſus; ſuperbia. (& Opulentia. *Gigg.*) & *quart. quint.* Superbiens. 3, Præteritæ rei pœnitentia. 4, Pluvia vehemens, ſ. multa, & indeſinens, quam vix imbibere poſſit terra; *ita* 5, Continua, non interrupta, confoſſio.

---

**הכן** CHAL. הָכֵן Sic, ita. *Præcedit* אֵיךְ, *vel* הֵיךְ. Prov. 23. 7. הָכֵן *v.* כֵּן *in* כון.

SYR. ܗܳܟܰܢ & ܗܳܟܰܢܳܐ Ita, ſic, pariter. Pſa. 63. *t.*

AR. هُكُن Pœnitentia. 2, Acceſſus: audacia. *Gigg.*

---

**הכס** SYR. ܗܰܟܣܽܘܣܳܐ Aſparagus.

**הכע** AR. هَكَع, *Act.* هُكُوع, *Fut.* A. Quievit, quietem cepit, commoratus fuit, cubuit: *ita* & in umbra *bos* contra æſtum Solis.

& Locum quietis *apud quoſdam* cepit, ſubſtititve poſt inceſſum. *cc* بِ. 2, Pronus concidit *in terram*, incubuitve *ei. cc* إِلَى. 3, Abiit aliquò, & ibi ſubſtitit: & *ferè* أَيْنَ سَطَعَ وَهَكَعَ *ſimul dcr.* Quò ſe receperit *neſcio.* 4, Tuſſivit *camelus.* 5, Caliginem immiſit, diffuditve, *nox.* 6, Conſolidatum *os* denuo ruptum fuit. 7, *mediâ Keſr.* Impotens, *aut* impatiens fuit. & Submiſſus, modeſtus, fuit. VIII. Id. & Avertit, cohibuit *illum. Gigg. v. med. Rad. Kaf.*

هُكَاع; عِيّ; هَكِعَة; هُكَعَة; *prim.* Tuſſis. 2, Somnus, quem quis laſſus init. 3, Libido venerea. *ſecund.* Venereus, libidinoſus. *tert.* Languens præ libidine camela. *quart.* Fatuus.

---

**הכף** AR. هَكَف Velocitas curſûs, *vel* inceſſûs.

هَيْكَف Locus quidam. *Gigg.*

---

**הכר** הָכַר Obfirmavit ſe. Job 19. 3. תהכרו לי *LXX* ἐπίκεισθέ μοι, *V. L.* Opprimentes me; *ſuffragantur Syr. Ar. R. Obad. Sfurno, &c. Conv. c H.* כרה, *Ar.* عَكَر, *et præc.* חניון v. 2.

הַכָּרָה f. Obfirmatio, obduratio: aſperitas, aggravatio: Durities. *Cn.* הַכָּרַת פְּנֵיהֶם Obfirmatio faciei ipſorum, Eſa. 3. 9. *Al.* Agnitio. à נָכַר.

CH. הַכְרָא, *Al.* חכירא Tenebræ. *Peſach.* 112. 2. *It.* Interſtitium, diſcrimen. *Horai. c.* 3.

AR. هَكِر, *Fut.* I. Admiratione captus fuit: Obſtupuit. 2, *Fut.* A. *mediâ Keſr.* Id. & Correptus ſomno fuit. *aut* Dormitavit. V. *i. q.* 1, I.

هَكْر، هِ، هَكَر; هَكِر، ة; مَهْكَر، ة; *priora, Act.* 1, I. Admiratio: *aut* vehementia ejus. *prim. ac tert. et. Act.* 2, I. Dormitatio: *aut* Sopor, profundus ſomnus. & *i. q.* עזות פנים Durities faciei, *i. e.* Impudentia. *Joſ. Kim. quart.* Admirabundus. 2, *utì quint.* Dormitans, in ſomnum proclivis. *ſext.* Admiranda res. هَكَارِس Ranæ.

---

**הל** CHAL. הָלֵין Hi, illi, ipſi; hæc, illa. Prov. 24. 23. & 31. 8. האר *v.* הלא.

SYR. ܗܠܝܢ ܗܢܠܝܢ *v.* הלא.

SAM. ࠄࠋ *i. q.* ࠀࠄࠋ Quia. Exo. 10. 4. & H. אל Non, nè, v. 28. *et i. q.* ࠄࠋ Ito, Gen. 30. 3.

AR. هَلْ (هَلْ لَكَ فِيهِ, ſupple حَاجَة Num quid ibi habes negotii?) An? num? Gen. 18. 24. *E.* Pſ. 13. 3. & 29. 10. & 72. 11. & 87. 11, 12. Act. 8. 30. *E.* Rom. 9. 20. E. 1 Joh. 4. 1. *Erp. Poc. Togr.* 18. 10. *Avic.* I. 579 15. 2, *i. q. Bel*, ſ. *pro eo*, Quin, equidem. (& Sed: verùm; *tum negando, tum reſpondendo. Gigg.*) 3, Imò: jam dudum. 4, *i. q. mâ*, Non eſt *illud niſi malum.* 5, *Particula jubentis, ſed addito articulo Al.*

حَيَّ هَلْ & هَلَّا، هَلَا، هَلَا، هَلَ

*Haija Hel Poëtis pro Hela, Helâ, vel Helân,* (*hoc tn. ſc. Haija Helân, in quo Nunnatio eſt, minùs rectè uſurpatur in greſſu, ſc. pro* feſtina) Agedum: adeſdum. Accedite, venite, *ad hoc, vel illud. cc* عَلَى. *et* حَيَّ هَلَك *i. q.* هَلُمَّ; *at in* حَيَّ هَلْ الصَّلَاة, τὸ هَلْ *pro* عَلَى *eſt: i. e. Haija helaca, i. q. Helumma,* Agedum. *at Haija hâla'ſslati, i. q* Venite, *vel* veni, ad precationem.

---

**הלל** הָלַל Inſanivit: *Al.* Gloriatus eſt, ſuperbivit. *Pa. Pl.* Pſa. 5. 6. & 73. 3. *Fut.* Pſa. 75. 5. *Niph* ובכל הַנְהֲלוֹלִים

Et in omnibus laudatis: *Al.* vilibus arboribus, dumetis, الأثل fluminibus. *Ar. Seld.* Iſa.7.19. *Pih.* הִלֵּל *vel* הוֹלֵל Inſanum reddidit, infatuavit: *It.* Laudavit, celebravit. *cc* ב.ל,אֶל,עַל *& accuſ.* Pſa. 10.3. *Pa. Pl.* 1 Par.29.13. *Imp.* Pſa. 104. 35. הַלְלוּיָהּ Laudate Dominum; *ubi primò occurrit Acclamatio, pro more in fine Pſal. poſt mentionem deſtruendi peccatores, quemadmodum poſt illam abolendi Antichriſtum primò uſurpatur in N. Teſt.* Apoc. 19. 3. *in principio* 4. Pſal. *Exhortationis vim habet. At ſunt, qui aliter ſentiant. Fut.* Job 12.17. *Pyh.* הוּלַּל & הֻלַּל Laudatus, celebratus fuit, *epithalamio.* Pſa. 78. 63. *Hinc Thalamus nuptialis* בי הלולא *dcr. Pa.* Pſa. 18. 4. & מְהוֹלָל Inſanus, ad inſaniam redactus. Eccleſ. 2. 2. *Pl. Af.* Pſ.102. 9. *Fut.* Prov. 12. 8. *Hiph.* Splenduit, luxit, claruit; & ſplendere, lucere fecit. *Inf.* בְּהִלּוֹ Job 29. 3. *pro* בְּהַהִלּוֹ. *Fut.* יָהֵל Job 31. 26. & *c epenth.* יַאֲהִיל c. 25.5. *Al. ab* אהל *ducunt.* *Hithp.* Jactavit, laudavit ſe, gloriatus eſt. Jer. 46. 9. *Pa.* Prov. 25. 14. *Inf.* Pſa. 106. 5. *Imp.* Pſa.105. 3. *Fut.* Jer. 9. 23. הֵילֵל m. Lucifer, *ſtella matutina.* Iſa. 14.12. *Affi. Gr.* ἥλιος. הִלּוּל m. Laus, laudatio, carmen laudativum. *Pl.* Lev. 19. 24. Jud. 9. 27. *ubi Kimchi* Lætitias, hilaria *exponit.* הוֹלֵלָה f. Inſania. *Pl.* Eccleſ. 1. 17. & 2. 12. & 7. 26. הוֹלֵלוּת f. Id. Eccleſ.10.13. מַהֲלָל m. Laus; *Al.* Laudans. *Af.* Prov.27.21. תָּהֳלָה f. Lux, ſplendor, gloriatio. Job 4. 18. Stultitia. *Ab. Ezr.* Stupor, pavor, *Syr.& Ar. ex uſu* هلل *vertunt.*

תְּהִלָּה f. Laus, laudatio. Jer. 49. 25. *Conſt.* c. 48. 2. *Af.* Hab. 3. 3. *Pl.* תְּהִלּוֹת Pſ.22.4. תהלים. *v. Chald.*

CHAL. הַלֵּל Laudavit, *&c. It.* Laude, *vel* carmine nuptiali celebratus fuit. *Rabb.* הַלֵּל Laudatio; hymnus: *pec.* ille qui complectitur Pſalmos 113, 114, 115, 116, 117, & 118. *Hunc dixerunt in principio menſis, in feſto Dedicationis, & in 3. feſtis majoribus; viz. Septimanarum, Tabernaculorum, et Paſchatis: Confer* Mat.26.30. *ubi vox* ὑμνήσαντες *hunc ritum planè reſpicit. De quo, &* הלל הגדול hymno magno, *v. Bx. qui doctis, atque validis probat argumentis D. Chriſtum in hoc traditiones obſervâſſe Judæorum.* הִלּוּל, הִלּוּלָא Laus, laudatio: Epithalamium, carmen, *et* feſtum nuptiale. *Sanhedr.* 105. 1. Nuptiæ: Lætitia. Eccleſ. 3.4. Exo. 2.1. *Jon. Celeriter cape, ede, et bibe, mundus n. iſte ex quo imus,* כהילולא *nuptiali feſto ſimilis eſt: Confer* Eccli. 14. 11. *Erubh.* 54. 1. *Hinc Hellotia. Boch. Geogr. Sac.* 456. *C.* 457. *A.* תְּהִלָּה Laus, laudatio. תהלה לדוד *pec. dcr.* Pſ. 145. *quem qui quotidie ter recitet, ore, corde, linguâ, filium futuri ſeculi pronunciant veteres Hebr. Pl.* תְּהִלִּים (& תִּלִּים, *unde* Telo, *oppidum. Boch. Geogr. Sacr.*456. *C.*) *et* תְּהִלּוֹת. סֵפֶר תְּהִלִּים Liber laudum, *Pſalmorum Davidis.* עֻזּ 19. 1.

הִלֵּל Hillel, *olim* Hellel, *Princeps fuit Phariſæorum paulò ante Chriſti tempus, certæ ſectæ, familiæ, ſ. ſcholæ caput, quæ ab illo appellabatur* בית הלל. *Peſach.* 66. 1. *Suc.* 28. 1. *Bav. bath.* 134. 1. *v. et Epiph. l.* 1. *contra Hereſ.*

SYR. *Pah.* ܗܰܠܶܠ Laudavit. *Pa. Pl.* Luc. 2.20. *gem. 1. rad.* ܗܰܠܗܶܠ Elongavit, rejecit, amovit. *BB. Ethp.* ܐܶܬܗܰܠܰܠ Deriſui habitus eſt. *Aph.* ܐܰܗܠܶܠ Irriſit, contempſit, vilipendit. *Ethtaph.* ܐܶܬܬܰܗܠܰܠ Irriſus, contemptus eſt. ܗܰܠܗܠܳܐ Ex flavo & nigro commixtum. *BB.* ܗܽܘܠܳܠܽܘܬܳܐ Laudatio. ܗܰܠܶܠܽܘܝܳܐ Hallelujah, *v. Heb.* ܗܽܘܠܳܠܳܐ Laudatio. ܗܽܘܠܳܠܢܳܝܬܳܐ Contemptibilis, deſpicabilis. *Off. Mar.* 109. ܗܰܠܗܠܳܢܳܝܬܳܐ Cælaturæ artificioſæ. *i. q.* ܗܰܠܗܳܐ ܗܰܠܰܠܬܳܐ Poma myrobalana. ܗܰܠܺܝܠܰܓܣܺܝܣ Ellipſis. *BB.* ܡܶܬܗܰܠܠܳܢܽܘܬܳܐ & ܡܶܬܗܰܠܠܽܘܬܳܐ Irriſio, ſubſannatio. ܡܶܬܗܰܠܠܳܢܳܐ Irriſor, ſannio. ܗܽܘܠܳܦܳܐ Variatio, mutatio, viciſſitudo. *F.*

SAM. ࠄࠋࠋ Concavum. Ex.27.8. *et* 38.7. *v.* חלל.

ÆTH. ሃሌሉያ : Hallelujah. Pſal.104.1. *et ſeqq.*

AR. هَلَّ, Apparuit, ſplendere cœpit, *nova Luna.* 2, Eluceſcente Lunâ inivit *menſis.* 3, Ingens effuſa fuit, cum vehementia defluxit, *pluvia.* & Elapſum fuit *ferrum de manubrio.* Deut. 19.5. *Ar. Sam.* 4, Exultavit, præ lætitia exclamavit, *homo.* 5, *Helela, ſ. Helila* Pavidus, *et* puſillanimus fuit. 6, Lunaticus fuit, inſanivit. *R. Gigg.* II. *i. q.* 4, I. & Fugit. 2, Retro manſit, abſceſſit, receſſit. *cc* عن. 3, Lunari formâ effinxit, curvumve fecit. *cca.* 4, *Hebr.* הלל, Laudavit, *ſ.* veneratus eſt *Deum. cca.* Jubilavit *Deo. cc* ل. Pſal. 46. 2. *et* 80. 2. *et* 94. 1. Cecinit Deo cum *Pſalmis. cc* ل *p. et* ب *inſtr.* v. 2. *pec.* dicendo, لا اله الا الله, haud ullum exiſtit numen, *ſ.* adorandum quid, præter Jehovam. *et* Ipſa hæc pronunciavit verba. 5, Scripſit epiſtolam. III. In menſem, ſingulosve menſes, certâ conditione *cum eo* pactus fuit. *ccap.* IV. Conſpexit *novam Lunam. cca. et quidem* 2, Percepit, viditque, novilunium *hâc, vel illâ nocte. cc* عن 3, *et. ſimpliciter* Ad eam reſpexit: *atque* ita obſervavit ineuntem *menſem. cca.* 4, *ſed minùs rectè, i. q.* 2, I. Initium cepit *menſis.* 5, Extulit vocem *infans: et.* qui ſacra faceret, *Motémiron* مُعْتَمِر, لَبَّيْكَ *Lebbeica* dicendo: *atque* ſic invocavit, laudavitque Deum. 6, Ritè mactavit dicens, بِاسْمِ الله in nomine Dei, *et qſ.* Deo conſecravit *animal. cc* ب & علي *r. unde in Paſſivo,* لا اهل لغير الله به haud celebratum fuit aliud, quàm Dei nomen, ea ſuper re, *ſc.* cùm mactaretur, *aut* jugularetur. *v. Lud. d' Dieu in* Act. 15. 20. *Cor. Sur.* II. 172. 7, Suſtulit ad palatum, rectraxitve linguam, ſalivæ, *aut* humidi quid captans, *homo ſitibundus.* 8, *formâ Paſſivi, pro quo perperam Activi, Hebr.* הוהל *i. q.* 1, I. *contrà, hâc Paſſ. formâ non rectè uſurpatur ad ſignif. i. q.* 2, IV. *antè Act. formâ expreſſum fuit.* V. Solutus, lætuſque fuit, *qſ.* reniduit, nituit, *vultus.* 2, Exultavit, jubilavit. Pſal. 13. 11. *et* 15. 9. *et* 39. 17. *et* 47. 10. *et* 52. 7. *et* 19. 5; *et* 62. 6; *et* 95. 11. *Rom.* Act. 2.26. *Erp.* 3, Splenduit *nubes fulgore ſuo. cc* ب. 4, Manavit è fonte *aqua,* profluxerunt copioſæ ex oculis *lacrymæ: &* eas effuderunt *oculi.* Ejulavit. Jer. 30. 3. Ululavit *paſtor.* c. 32. 34. VII. *i. q.* 3, I. *et* Lacrymis manavit *oculus.* VIII. *i. q.* 3, V. 2, Denudavit, (ridendo. *Gig.*) ſtrinxit, dentes, *qſ.* micuit illis. X. *i. q.* 1, 4, V. 2, Primam pluviam fudit, *pec.* cum ſono, *ſ.* fundere primùm incepit, *cælum.* 3, Primam edidit vocem, *aut* cum fletu extulit, *natus infans.* 4, Suſtulit vocem, *aut* dimiſit *quicunque loquitur.* 5, *i. q.* VII. 6, *i. q.* اسْتَلَّ *Iſtella, ſ. pro eo,* Strinxit, vaginâ eduxit, *gladium. cca.* 7, *formâ Paſſ. i. q.* 1, I. *Ab. Phar. H. Dyn. p.* 10.

هَلَلٌ ; هِلّ ; هِلَال, i. q. 1, 2, هَلْ

أَهِلَّةٌ ; *Pl.* هِلَالٌ ; مُسْتَهَلٌّ ; هِ, هِلَّةٌ

مُهَلَّلٌ, f. ة ; *prim. i. q.* 1, 2, τῦ *Halhalon.* 3, Prima pluvia, ejuſve initium. *tert.* Unam eandemque quotidie, *vel* quotidianam, veſtem induta *mulier. Quart. Act.* 5, I. 2, Tela araneæ. 3, Cerebrum elephanti: *quod venenoſum habetur.* 4, *Coll. i. q.* 3, *præc. prim. Quint. horum Nom. Unit.* Pluvia una. 2, *ferè ſubſeq. ſimili* بَلَّةٌ *voce Bellaton,* Aliquid, quicquam, *non apparuit.* 3, Lampas, vaſculum continens oleum, & ellychnium. 4, *i. q. ſext.* Initium *menſis. Septim.* Initio menſis. *Octav. Act.* III. 2, Luna nova, ejuſve phaſis. *Avic.* II. 69.49. *Scal. d Emend. T.* 102, 103. *vel* primum Lunæ, *et* poſtremum lumen; *ſc.* diei unius, bidui, tridui: (*nam* reliquo menſis tempore *appellatur* Luna قمر *Kâmaron*;) *vel* à fulgore, *ut Hebr.* הילל; *vel è contrario* hoc, *ſc.* ſplendor, *à ſignific. ſeq. ſc.* 3, Falcatæ Lunæ forma, lumen; *unde et. ſeqq. ferè omnia. & c Je fin.* Lunare *apoſtema. Avic.* I. 466. 16. *et* 456. 26. *fractura, incedens in latitudine, et longitudine.* II. 108.10. *Ar.* 4, Cuſpis haſtæ: *et quidem* biceps: *aut* tale verutum, *vel* venabulum, quo in venandis feris utuntur. & Inſtrumentum, quo impetuntur ſuffragines aſinorum. *et c Je fin. perforatio* lunaris. *Avic.* II. 70. 10. *Ar.* 5, Ferramentum, lignumve, connectens duos incurvos ſellæ camelinæ aſſeres, حنوان *Hanwâni* dictos. 6, Camelus macilentus, & præ macie incurvatus. *et* Gibboſus, *ac* in medio protuberans, dactyli nucleus. 7, Serpens: *ſc.* mas ejus. *et.* Senecta anguis. 8, Mola latus ſuum, *ſ.* extremitatem fractam habens, *aut* ipſum tale latus, *vel* extremitas. 9, Pars ſoleæ contingens terram. 10, Signum quoddam, lunaris formæ, camelis inuri ſolitum. 11, Modicum aquæ, *pec.* in puteo reſiduum. *quin et* Una pluviæ effuſio, *ſ.* imber unus. 12, Pulvis. 13, Ordine poſiti, ſtratique lapides. 14, Albedo unguium, *ſ.* alba lunula circa unguium radices; ἀνυλολὰ dicta. 15, *Nom.* Medici inſignis. *Ab. Phar. H. Dyn.* 310. Hiſtorici. 317. 330. & tribûs Ar. ex هوازن *Hawâzinis.* & Alilæi, *i. q. Hebr.* ירחים Jerachæi, *qſ.* Lunares, *ſ.* filii Hilal. *G. Nub.* 54.60. à dea Alilat. *Scalig. d E. T. in fragm.* 27. *Seld. d D. Syr.* 289. *Sched. d D. Germ.* 273. *Boch. G. S.* 124, 125. *Non. Pl.* τῦ *Hilâlon præc. ſignif. quâvis, præter* 1, 2, *et ultimam, aut præter reliquas ab undecima omnes.* & Plenilunia. Matth. 17.15. & Lunulæ, ornamenti genus regum, *vel* in capite, *vel* collis camelorum. Jud. 8. 21, 26. *Decim.* Lunaris, in falcatæ Lunæ formam curvatus. & *pec. i. q.* 6, *octav. præc.* præ gracilitate incurvus *camelus.*

تَهْلِيلٌ ; هَلَلِيَّةٌ ; هَيْلَلَةٌ ; هَلِّي ;

هولول *v.* هول. *prim.* Jubilum: lætitia poſt mœrorem. *ſecund.* Laus Dei, *et* veneratio, quâ dicitur, *&c. v.* 4, II. *tert.* Exultantis, ludentiſve populi, *aut* talium puerorum, voces. *quart. Act.* II. *et* Exultatio, jubilatio. Pſal. 62. 6. *et* 125. 6. *et* 67. 3; *et* 91. 3. *Rom. et* Plorans, ejulans. Jer. 30.3.

ذَهَبَ بِهِلِّيَانٍ ; أُهْلُولٌ ; هَلِيلَةٌ

اهل *v.* ; هليلج ; بِذِي هِلِّيَانٍ *et*

*prim.* Præ vicinis aliis compluta terra. *ſecund.* Vanum, & inane. *tert. c ſeqq.* Abiit in incertum, *et* incognitum locum. *Confer prim. Rad. Be. quart.* Myrobalana. *Avic.* I. 126. 3. & 128. 39. & 132.22. & 162.25, 31. & *cum Je fin.* ex iis *collyrium.* 348. 25. *Ar.*

Q. هَلْهَلَ Leviter, tenuiterque, & raris liciis texuit *pannum. cca.* 2, Per rem tenuem, raramque cribravit *farinam. cca.* 3, Reciprocavit *vocem. cca.* 4, Increpuit, *et* appropinquare juſſit *equum,* dicendo, Hela. *cc* ب. *v. ult. Rad. Eliph.* 5, Præſtolatus fuit: *et* patiens moræ fuit. 6, هلهل ادركه *i. e.* كاد, Vix poterat aſſequi illum; *vel* tantùm non aſſecutus fuit. II. Extenuata fuit textura *villorum ſtomachi. Avic.* I.426.38. *Part.* Laxæ hujuſmodi texturæ. *ib. l.* 33. *Act. et ipſa* raritas texturæ. *ib. l.* 6. *Ar.*

مُهَلْهِلٌ ; هَلَاهِلُ & هَلْهَالٌ *i. q.* هَلْهَلٌ

חִסֵּד *Pih.* Probro affecit. *Fut. Af.* Prov. 25. 10. *Hithpa.* תִּתְחַסָּד miſericors, pius, eris. 2 Sam. 22. 26. Pſa. 18. 26.

חָסִיד m. Miſericors, pius, ſanctus: *Gr.* ἁγιος *(*ח *& γ. alternant)* benignus, beneficus: probus, bonus: *de Deo, et hominibus.* Pſal. 145. 17. Jer. 3. 12. Mich. 7. 2. Pſa. 4. 4. *et* 43. 1. *Af.* 16. 10. Deut. 33. 8. *Pl.* חֲסִידִים Pſal. 149. 1. *Af.* 37. 28.

חֲסִידָה f. Ciconia; *à* ϛοργῇ *naturali, & charitatis affectu erga parentes, quos ſenectute confectos, humeris ſuis geſtare dcr.* Jer 8. 7. *It.* ſtruthio: *ab immiſericordia, et crudelitate in genus ſuum.* Job. 39. 13. *Plin. H. Nat.* X. 1. *Full. Miſc.* VI. 10.

CHAL. *Pah.* חַסֵּד Probro, opprobrio, affecit, probro expoſuit, exprobravit. 1 Sam. 17. 10. *qſ. ex Pehal.* 36. *et* 2 Sam. 21. 21. *Pa.* Pſa. 44. 17. *Af.* 119. 42. *Pl.* Prov. 27. 11. *Inf.* 1 Sam. 17. 25. *Fut.* Pſal. 74. 10. *Af.* נְחַסְּדָךְ Prov. 25. 10. *Ithpah.* Pſal. 71. 24. *Fut.* 40. 15. *Pa.* מְתַחְסַד Prov. 20. 4. חֶסֶד, חִסְדָא, חִסְדָא Probrum, opprobrium, exprobratio חִסְדָא *nra* חִסּוּדָא Gen. 34. 14. *Pl. Af.* חִסְדַאי opprobria mea. 30. 23. *It. i. q. Hebr.* דבר שאינו חיוב res quæ non fit, ex debito, *Aben Eſra*, Gen. 24. 49. *(Gr.* ἐπίμετρον τῷ νόμῳ*)* Prov. 22. 1. *et* 1. 9. *et* 3. 4. *Af.* חִסְדָּה Pſal. 107. 8. *Pl.* חִסְדִין Gen. 32. 10. *Em.* חִסְדַיָּא Pſa. 107. 43. חִסּוּדָא Id. Prov. 18. 3. 1 Sam. 11. 2. *Af.* 25. 39. Pſal. 79. 12. *Pl.* חִסּוּדִין *nra.* חִיסוּדִין Joel. 2. 17. *Cn.* Pſal. 69. 10. *Af.* Ezech. 21. 28. *It.* Pietas, ſanctitas, probitas. *Af.* חִסּוּדִי pietas mea. Pſa. 69. 11. חֲסִיד, חַסַּד, חֲסִידָא *i. q. Heb.* חסיד. Pſa. 86. 2. & 18. 26. *Pl.* חֲסִידֵי 149. 1, 5. *Af.* 50. 5. חֲסִידָה, חֲסִידְתָּא Benefica, gratioſa. Prov. 11. 16. *Tal.* חֲסִידָה *Kethubh.* 17. 1. *v.* חסר. חסיד שוטה Sanctus fatuus *(ſuperſtitioſus) improbus, aſtutus, Mulier religioſa, & Plaga Phariſæorum conſumunt mundum. Sota c.* 3. 4. חֲסִידִים Chaſidæi. *v. Druſ. de* 3: *Sect. Jud.* IV. 5. *Scaliger. Elench. Trihareſ. c.* 19. *et* 22. *Full. Miſc.* IV. 3. *poſteri Jonadab*, Jer. 35. *poſtea* השונים Rebelles, חנוירים Separati, *Hebr.* אשינוש *dicti*, 2 Mac. 14. 6. *quorum autor Judas Galilæus*, Act. 5. *&c. Sch.* חֲסִידוּת Pietas, ſanctitas. Cant. 3. 6. Gen. 18. 19. *Jon. Cholin.* 63. 1. חסידות שוטא Superſtitio. *DD.* חִסְדוּתָא Benignitas, miſericordia. Cant. 7. 5.

SYR. ܚܣܰܕ Irriſit, contumelia affecit, æmulatus eſt. *It.* Miſertus, amore complexus eſt. miſericordiam impertivit. *Pah. i. q. Chal.* Jud. 5. 18. 1 Sam. 17. 10. 25. 26. 36. 2 Sam. 21. 21. Iſa. 37. 4. Marc. 15. 32. *It.* Inſidiatus eſt. *Ethpa.* Probrum paſſus, probris affectus eſt, 1 Tim. 4. 10. 1 Pet. 4. 14.

ܚܶܣܕܳܐ 2 ܚܣܽܘܕܝܳܐ 3 ܚܽܘܣܳܕܳܐ 4 ܡܚܰܣܕܳܢܳܐ *prim.* Probrum, opprobrium, convitium, probroſum, contumelia, exprobratio, Gen. 30. 23. Lev. 20. 17. 1 Sam. 17. 26. 1 Tim. 3. 7. *It.* Gratia, benignitas, miſericordia, miſeratio, Eſt. 2. 17. 1 Par. 19. 2. *Unde Syr.* בֵּית חִסְדָא Betheſda; *D. Lightf. Cent. Chor.* 165. Joh. 5. 2. *ſec.* Id. *tert.* Improperium, irriſio: *quart.* Contumelioſa, 1 Par. 20. 5. 6. 8. *reſp. Heb.* חֶרְפָּא *pro quo Syrus vr. legiſſe* חרפה.

SAM. ࠇࠎࠃ Opprobrium, Lev. 20. 17.

AR. حَسَدَ, *Fut.* I. & O. Invidit *ccap. et* عَلَي *r. vel cca.* Gen. 26. 14. & 30. 1. 2 Sam. 19. 42. Act. 17. 5; Gal. 3. 1. & 4. 17, 18. *Erp.* Jac. 4. 2. IV. Invidit *alter alteri. cc Ar.* אלקום *Gig.* VI. Inviderunt invicem.

حَسَد 2 حَاسِد & حَسُود, *Pl.* حَسَدَة 3 حُسُود 4 حُسَّاد 5 حَاسِدِين 6 حُسُود 7 حَسْدَل 8 حَسْدَلِيّ; *prim. Act.* I. 2, Invidia. Matth. 27. 18. Marc. 15. 10. Act. 13. 45. Rom. 1. 29. Philip. 1. 15. Jac. 3. 16. æmulatio. 1 Cor. 3. 3. *ſec.* Invidus. Prov. 10. 14. & 23. 6. *Gol. app.* 63. *tert. Act.* I. *quart.* Id. *quint.* Invidiæ. 2 Cor. 12. 20. *ſext.* Is cui invidetur. *ſept.* Ricinus, *inſectum.* 2, Scimia: Iniquus. *Gigg. oct.* Simulatæ amicitiæ *vicinus.*

---

# חסה

חָסָה Confugit, recepit ſe *ad aliquem, ſub cujus protectione tutus ſit, ut pulli cum impetu feruntur ad matres: Gr.* αἰσω, *(Hinc Eſſeni ita dicti, Hotting. Cl. Scr.* 37. *Godwyn Moſ. & Aar.* I. 9. *Bertram d. r. Heb.* 338.) ſperavit, fidit, confidit, fiduciam habuit. *cc* ב, & תַּחַת. Pſa. 64. 11. & 91. 4. *Inf.* Ruth 2 12.

חָסוּת f. Receptus, refugium. Eſa. 30. 3.

מַחְסֶה, *vel* מַחֲסֶה m. Id. Job 24. 8. *Conſt.* מַחְסֵה Eſa. 28. 17. *Af.* Pſa. 14. 6.

CHAL. חֲסִית Cepæ genus. *Plur.* חסיות. *Trumos c.* 9. *Nedar.* 58. 2. *Comprehendit* שום porrum, בצלים cepas, & לוף genus ceparum.

SYR. ܚܣܳܐ, ܚܰܣܺܝ Expiavit, *cc* ܠ, Exo. 30. 10. 15, 16. Lev. 8. 34. & 9. 7. Purgavit. Pſa. 25. 11. Propitius fuit, condonavit, veniam tribuit. Heb. 8. 12. Inſons, innoxius fuit. Geneſ. 24. 41. Joſ. 2. 17. Matth. 27. 24. *Ethpa.* Innocens, innoxius fuit. Geneſ. 24. 41. Impunis. Prov. 19. 5, 9. Expiatus eſt. Exo. 29. 33. Sap. 6. 11. *Aph. i. q. Pah.*

ܚܰܣܝܳܐ ܚܣܺܝܳܐ 2 ܚܰܣܝܽܘܬܳܐ 3 ܚܰܣܝܳܐܺܝܬ 4 ܚܽܘܣܳܝܳܐ 5 ܡܚܰܣܝܳܢܳܐ 6 ܡܶܬܚܰܣܝܳܢܳܐ: *prim.* Sanctus, benignus, ſuavis, bonus, pius. Act. 2. 27. & 13. 35. Tit. 1. 8. *hinc* ὅσιος, & χάσιος. *ſec.* Sanctitas, ſanctimonia, puritas, pietas. Eph. 4. 24. Sap. 6. 11. *tert.* Sanctè. Sap. 6. 11. *quart.* Propitiator, propitiatio, expiatio. Exo. 30. 16. Levit. 23. 26. Rom. 3. 25. 1 Joh. 2. 2. & 4. 10. Propitiatorium, ἱλαστήριον. Exo. 25. 17, 18, 19, 20, 21. Heb. 9. 5. *Syr.* בֵּית חוּסְיָא Domus indulgentiæ. *quint.* Propitiator. *ſext.* Propitiabilis.

SAM. ࠇࠎࠉ *i. q.* חוס Pepercit. Gen. 45 20. *An. Sam.*

ÆTH. ሐሰ: *i. q.* ࠇࠎࠉ, Mat. 16. 22. Gal. 6. 14.

---

# חסו

ÆTH. ሐሰወ: *Hebr.* כזב *Ar.* כדב. Mentitus fuit, fefellit, decepit. Pſa. 4. 3. & 17. 49. & 26. 18. & 88. 35, 36. Act. 5. 3. Rom. 1. 21. & 9. 1. 2 Cor. 11. 3. Pſa 14. 6. ይኄሱ: Apoc. 3. 9. (IV. አሕሰወ: Ad mentiendum induxit. *Org. JL*) V. ተሐሰወ: *i. q.* ሐለወ: Joh. 10. 35. ሐሳዊ: Mendax, perfidus, fallax, falſus. Pſa. 115. 2. 2 Joh. 7. 1 Joh. 2. 9. ኀሳዊ: v. 4, 18, 22. & 1. 10. ኃሳዊ: c. 4. 3. *Pl.* ሐሳውያን: Pſa. 61. 9. Mat. 24. 11. Tit. 1. 12. ሐሰት: Mendacium, fallacia, fallax. Pſa. 39. 6. *et* 32. 17. & 57. 3. & 58. 14. Marc. 14. 56. Joh. 8. 44. 1 Joh. 2. 21, 27. & 4. 6.

AR. حَسَا Sorpſit *juſculum*; & Senſim bibit *cca. homo. Cam. proprie de ave: nec n. de eâ Ar.* שרב *dices. Gig.* 2, Effoſſit Mic. 1. 10. *Seld. v. ult. Rad. Je.* IV. *Tranſ* I. *ccga.* 2, *i. q.* I. V. *i. q.* I. *Cam.* VI. Simul bibit. VII. Sorpſit pedetentim. VIII. *i. q.* I. *cca. Avic.* I. 559. 11.

حَسْو 2 [illegible] 3 حَسَاء 4 حَسُو 5 حَسْوَة *Pl.* أَحْسِيَة, أَحْسُوَة, *Pl.pl.* أَحَاسِي 6 حُسْوَان 7 مَحْسَاة; *prim. Act.* I. & Sorbitio. *Avic.* I. 101. 46. & 149. 20. & 559. 8. 2, *Ar.* יום כחסו אלטיר, Dies breviſſimus. *Gig. ſec.* Sorbitio una. *Plur. San. Avic.* I. 516. 30. *tert. Act.* I. 2, Sorbitio, *i. e.* ſorbilis cibus, *aut* potus. *Avic.* I. 550. 13. & 559. 4. *pec.* 3, Juſculum cum farina paratum. *quart. i. q.* 2. 3, *tert.* 2, Qui multum ſorbet. *quint.* Res ipſa ſorbilis. *ſ.* 2, Quantum unâ vice ſorberi poteſt. *c Pll.* Res modica, & cujus modicus fit uſus. *Cam. Gig. ſext. & ſine Eliſ, Gig.* Dactylus immaturus acerbus coctus, & in Sole exſiccatus. *Rin. in Avic.* I. 143. 15. *ſept.* Flos arbuſti. *Ar.* נצוח.

¶ II. حَسَّا Luſit nucibus par impar. III. Id. *ccap.* IV. *i, q.* II. *v. Ar.* חסי.

حَسًا *Pl. irreg.* أَحَاسِي 2 حَسِي 3 حَاسِي; *prim.* Impar. *hinc Ar.* חסא וכא חסא, *Zékan*, Imparis, pariſque luſus. 2, Scimia; brutum deteſtabile. *Gig. ſec.* Amiculum, *ſ.* operimentum ex lana contextum. *tert.* Rejectus, abactus. *v. Ar.* חסא.

---

# חסח

CHAL. חִסְחוּס *vide* חסס. חַסְחַף Texit, protexit, & *i. q.* חפחף, *vel pro eo. Par.* Deut. 32. 11. *Hieroſ.* Movit ſe. *Plant.* חסחיפתא Motio, commotio. *Id.*

SYR. ܚܣܘܣܘܬܐ *vide* חסס.

---

# חסי

ÆTH. ሐሠየ: Fricavit, *(Gr.* κνίζω*)* Luc. 6. 1. V. ተሐሠየ: *(melius* ተሐሥየ:*) Heb.* חדה Exultavit; gaviſus, exhilaratus, congratulatus, fuit. Pſa. 2. 11. & 5. 13. & 9. 2. & 13. 11. & 15. 9. & 31. 14. *Poc.* & 66. 4. & 89. 16. & 107. 7. & 144. 7. ንትሐሠይ: Apoc. 19. 7. VII. *irreg.* አናሕሰየ: Diſtulit, indulſit. *Wem.* Dimiſit, rejecit, repulit; contempſit. *Ar.* חסי, חסא *conv. etiam iſte ſignificatus cum præced. cæteris:* fricando *n. è folliculo* rejicitur *granum: it.* gaudium *peregrinos ei, & peregrina* reſpuit, *atque* repellit. Prov. 14. 10. *In illis Scripturæ partibus à nobis editis, ſepties occurrit tantùm.* Pſa. 77. 25, 65. *Var. Lect. Æth.* Pſa. 88. 38. 2 Cor. 5. 19. Epheſ. 5. 16. እንዘ: ታናሕስዉ: ለገ: ዓለመ: Rejicientes (contemnentes hunc mundum: *Æth. vr. legiſſe* ἐξαγόμενοι *(ſ.* ἐξάγοντες*) pro* ἐξαγοράζομενοι.) Tit. 1. 8. Heb. 12. 2. *in Liturg. ſæpius: locis autem omnibus valdè appoſita ſunt tradita ſignificata; at illa Wem. plurimis omninò incongrua.* (ሐሲይ: ማዕስ: Pellis præparata, à confricando *ſic dicta.* Exod. 25. 5. *JL.*) ሐሤት: Gaudium, ſolatium, conſolatio. Pſa. 20. 6. Act. 9. 31. 2 Cor. 7. 4. ሐሰት: *v.* ሐሰወ: ኅሰት: *v.* ኅወሰ:

AR. حَسِيَ *i. q.* حَسِسَ, *aut pro eo,* Percepit, ſenſitque. *cca.* 2, Evulgavit quicquid *in animo habuit. Cam. Gig.* 3, Sabulum exemit, effoditque ex aliqua terræ parte, ut abſorpta in eo aqua hauriri poſſet. 4, Sorpſit *ovum. Avic.* I. 144. 14. 5, *Paſſ.* Impletum, infarctum, fuit *cymino vulnus. cc* ب. 193. 5. Indita fuit *hæmorrhoidibus ferrugo.* 169. 32. II. Sorbere fecit *ſorbitiones.* 455. 4.

حِسِي *Pl.* أَحْسَاء 2 حَسَايَا 3 مَحْسُوَة 4 ¶ VI. تَحَاسِي 5 تَحَاسِي; *prim.* Aqua abſorpta à ſabuloſo loco, & reſtagnans in duriore, qui ſubeſt, fundo. 2, *ipſa* ejuſmodi pars terræ depreſſior. 3, *Pl.* Sorbitiones. *Avic.* I. 455. 4. *ſec.* Impletiones. 362. 32. *tert.* Refertus *ſemine. cc* ب. 155. 40. *quart.* ¶ Invicem petiverunt à pillis, *ſ.* glareâ. *quint. Act.* 2. & Cùm aliqui ſimul lapides jaciunt. *Gig.*

---

# חסך

CHAL. חֲסַךְ *Heb.* חשך Subtraxit, detraxit, diminuit. חֲסַכְנָא Subtracti ſumus. Eſa. 26. 12. *Imp.* חֲסוֹךְ Subtrahe Prov. 24. 11. חֲסִיךְ Minutum, attenuatum, exile, extenuatum, macilentum, macrum. *Plural.* חֲסִיכָן. *Em.* חֲסִיכָתָא Geneſ. 41 19, 20, 27. חטי חסיכתא *Peſach.* 48. חֲסוֹךְ Id. Ezech. 16. 47. *Plur.* חסוכי בנים Minuti liberis *(qui paucos habet.) Erubhim.* 28. 1. *It.* Cohibitio, ſubtractio pœnæ, clementia, miſericordia. Jer. 30. 11. & 46. 28. חוסכא Detractio, ſubtractio, diminutio. *Metzia.* 70. 1.

SYR. ܚܣܰܟ Prohibuit, cohibuit, *Gr.* χάζω, continuit, immunem fecit. Gen. 20. 6. & 22. 12. & 39. 9. Job 7. 11. Eccli 51. 2. Pſa. 19. 14. & 78. 50. Jer. 14. 10. *PP.* 1 Reg. 15. 22. *Pah.* Id. *Ethpa.* Immunis fuit, evitavit. Act. 27. 21.

ܚܳܣܽܘܟܳܐ 2 ܚܽܘܣܳܟܳܐ 3 ܚܣܳܟܽܘܬܳܐ 4 ܚܽܘܣܳܟܳܐ 5 ܡܚܰܣܟܳܢܳܐ; *prim.* Prohibens, interdicens, vetans. *ſec.* Prohibitio, interdictio, interdictum. *tert.* Id. *quart.* Id. *quint. i. q. prim.*

SAM. ࠇࠎࠊ *i. q. Chald. Liturg. Sam.*

ÆTH. ሐሰኩ: Vermis *frumentum arrodens. JL.*

AR. حَسِكَ Asper fuit in عَلَى p. 2, Odi- aliquem. cc um concepit. 2, Fœnum minutum, & ſtramen conciſum comedit *jumentum. Gig.* IV. *i. q. Ar.* אקצם, Pabulavit *jumentum. Cam.*

حَسَكٌ 2 حَسْكَةٌ 3 حَسَاكَةٌ 4 حَسِيكٌ 5 ـةٌ 6 حُسْكُكٌ 7 حَسَاكِكٌ ; *prim. Act.* 2, Odium, & inimicitia. *Cam.* 3, *Coll.* Tribulus, *tum* terreſtris, *qui ſpinoſa planta.* Hoſ. 10. 8. Ebr. 6. 8. *Erp. Avic.* I. 174. 16. *tum* bellicus, *qui tricuſpis ex ferro. ſec. i. q. prim. Cam.* Tribulus, *ſpina. Avic.* I. 140 13. *tert. Act.* 2, Irati, *aut* malevolentis animi aſperitas, *ac* odium. *quart.* Pumilio. *Gig. quint. i. q.* 2, *tert.* 2, Erinaceus: *ob aſperitatem.* 3, Fœnum minutum, & ſtramen conciſum, quod jumentis præbetur. *Gig. ſext.* Erycius. *Cam. Gig. ſept.* Parvum in quavis re. *Iid.*

حَسْكَلٌ 2 حُسْكُلٌ 3 حِسْكِلٌ *Pl.* حَسَاكِلُ *i.q.* 4 حِسْقِلٌ 5 حُسْكُلَّةٌ، حُسْكُلِيَّةٌ 6 حَسْكَلَانٌ 7 حَسَاكِلَةٌ ; *prim.* Q. Jugulavit parvulos de camelis ſuis. *ſec.* Res deterior in ſuo genere *tert. i. q. quart.* 2, Stricturæ ferri, *h. e.* Scintillæ, *aut* exiles ſcoriæ è candenti ferro, dum cuditur, exilientes. *quint.* Id. *ſext.* Teſticuli. *ſept.* Minores militum, populive.

---

**חסל** חָסַל Conſumpſit, vaſtavit *ſegetes, Gr.* λωβάω, *penitus* exedit: *v.* חסיל. *Fut. Af.* יַחְסְלֶנּוּ Deut. 28. 38.

חָסִיל m. Bruchus, locuſta: *ſpec. quæ ultimum comedit reſiduum, (ut graminis ultimum, poſt bovem, equum, ovem, exedit cuniculus) omnia conſumit.* Joel 1. 4. 1 Reg. 8. 37. *Full. Miſc.* V. 9.

CHAL. חֲסַל Complevit, abſolvit, finivit; ad finem, & complementum perduxit, finem impoſuit, abſumpſit, conſumpſit penitus, finem habuit, finitus eſt, ceſſavit, defecit. Geneſ. 47. 15. & 50. 19. *Hier. Aph. Pa.* מְחַסֵּל Abſolvit, *i. e.* abſolutè continebat. 1 Reg. 7. 26, 38. *Fut. Af.* יַחְסְלוּנָךְ Abſument te. Nah. 3. 16. *Rabb. in fine librorum ſuorum* חֲסַל סֵפֶר Abſolutus eſt liber: חֲסַלַת בְּרֵאשִׁית Abſoluta eſt Bereſchith. *ſc.* פָּרָשָׁה Sectio. *Vajikra rabba. ſec.* 28. 2 חֲסַל ,חֲסִיל Ablactavit, educavit. 1 Sam. 1. 24. *PP.* Eſa. 11. 8. Pſa. 31. 2. Maturavit, finivit tempus lactationis, *ſ.* accretionis in fructibus. Num. 17. 8. *Hier. Ithpehel* אִתְחֲסִיל Ablactatus eſt. Geneſ. 21. 8. & *ib. Jon. pro quo noſtra* אִתְחַסִּין. *Fut.* 1 Sam. 1. 22. חִסּוּלִין Retributiones, beneficia. *Af.* חִסּוּלוֹי Pſa. 103. 2.

חַסְלִין *Nom.* Loci. *Ber. rab. c.* 17.

SYR. ܚܣܠ Ablactavit. 1 Sam. 1. 24. 1 Reg. 11. 20. Iſa. 18. 5. *Ethpe. Paſſ. præced.* Gen. 21. 8. 1 Sam. 1. 22. Job 39. 4.

ܚܣܠܐ 2 ܚܣܝܠܐ 3 ܚܣܝܠܐ 4 ܚܣܝܠܘܬܐ; *prim.* Ablactatio. *ſec.* Ablactatus. Iſa. 11. 8. *It.* Excluſus, prohibitus, victus. *tert.* Prohibens, arcens: Fortis, robuſtus, *i. q.* חֲסִינָא *Syr. vel pro eo. quart.* Ablactatio: *It.* Prohibitio, & fortitudo, robur; *i. q.* חֲסִיכוּתָא, & חֲסִינוּתָא, *vel pro eis.*

SAM. ࠇࠎࠋ Conſumptus fuit, &c. *ut Ch.* Deu. 28. 63. *Ethp.* Id. Exo. 39. 31. שב׳ ࠋࠀࠇࠎࠋ Sine fine, indeficiens. *Lit. Dam.* ࠋࠊࠇࠎࠋ Ab ſit tibi, à חוס Gen. 18. 25. & 44. 7.

ÆTH. ሐሰለ: Chamo vinxit. Eſa. 11. 6. *JL.* ሐሳሌ: Chamus. Pſa. 31. 12. ኈሰሌ: Saccus. Lev. 11. 32. Gen. 42. 26. *JL.*

AR. حَسَلَ Vilem habuit, deſpexitve. *cca.* II. Minus fecit, quàm oportuit: defuit ſibi: & abjecit *ſeipſum. cc Arab.* בנפסה. 2, *Paſſ. ſ. Imperſon.* In contemptum venit. *cc Ar.* בה *Bibi.* V. Venatus fuit, cepit, τὸ *prox. ſeq. cca.* VIII. Id. *Gig.*

حَسْلٌ 2 حِسْلٌ *Pl.* حُسُولٌ، أَحْسَالٌ، حِسْلَانٌ 3 حَسِيلٌ 4 ـةٌ 5 حُسَالَةٌ & ـةٌ *i. q.* حُثَالَةٌ 6 مَحْسُولٌ ، ـهٌ ; *prim. Act.* I. 2, Platea magna; 3, Violenta propulſio; 4, Fructus arboris cujuſdam, quæ ſpecies loti eſt, virens. *Cam. Gig. ſec.* Fretus τῶ *Ar.* צב *Dabbin, i. e.* crocodili terreſtris, cum primùm ex ovo prodiit. *unde Ar.* אבו אלחסל, *vel* חסיל. *Gig.* Crocodilus ille, *ſc.* Lacerta Lybica; & 2, *Ar.* סן אלחסל *Senna, i. e.* אבדא, *haud veniam* unquam: *quia illa ſenectam non mutat. tert. ſine He Unit.* Vitulus. *quart.* f. τῶ *tert.* 2, Dactyli ſequiores, dulcedinis expertes, qui ſiccati, & aqua, *ac* lacte macerati cum aliis ſubiguntur, ut edulcati buccellatim edantur. *quint. i. q. poſter. aut pro eo,* Res ſequior, quæ decidit, excidit, abjiciturve, *ut cortices hordei, vel oryzæ,* quiſquiliæ. *ſext.* Sequior: deſpectus.

¶ حَسَلَ *i. q.* حَسَلَ 2 حَسْلٌ ، حُسَالٌ 3 حَسِيلٌ *Pl.* حَسَائِلُ 4 مُحَسَّلٌ ، مَحْسُولٌ 5 ـةٌ ; *prim.* Rejecit. *cca. ſec.* Debiles, viliores. *tert.* Sequior, vilior. *quart.* Rejectus, reprobus. *quint.* Quæ in cœlo apparent, nec cognoſcuntur ſidera. *Gig.*

---

**חסם** חָסַם Obthuravit, (*Gr.* φιμόω) capiſtravit, obſtruxit, frænavit, coercuit, occluſit, *pec.* os, & nares. *Pa. f.* חִסֵּמַת Ezech. 39. 11. *Fut.* תַחְסֹם Deut. 25. 4.

מַחְסוֹם m. Capiſtrum. Pſa. 39. 2.

CHAL. חֲסַם *i. q. Hebr. de caniſtris ligneis, & aliis rebus*, extremum labium obduxit, *i. e.* planè abſolvit. *Kelim.* 25. 2. *Betza.* 34. 1. *Pa.* מחסם Occludens os. *Ketubh.* 20. 2. *Gl.* מגמגם Balbutiens, hæſitans. *Sic Ba. Metzia* 23. 2. *Cholin* 50. 1. *Schab.* 147. *Aruc legit cum* ה *ab initio explicans* מדקדק על עצמו Accuratè ſe obſervans. *Ithpa.* Obthuratum eſt. Pſa. 107. 42. *Inf.* Pſ. 32. 9. *Fut. Kelim. c.* 20. 2 Zelatus fuit, zelo ductus eſt, *ut Syr. Ithpa.* תִתְחַסַּם Prov. 24. 19. חֲסִים Durum, fortè. *Plural.* חֲסִימִין Deut. 8. 9. *Hier. pro quo corruptè* מסימין *Jon.* & 33. 25. *Jon.* & *Hier.* מַחְסוֹם, חִסּוּם Capiſtrum, paſtomis. *Schab.* 53. 1. חִסּוּם, חִיסוּם, חֲסִימָה, חַסְמָה Obthuratio, obſtructio, clauſura, occluſio, *i. e.* abſolutio alicujus operæ. *Kelim.* 22. 1. חוּסְמָנַיָּא *Heb.* חַשְׁמַנִּים Magnates, optimates. Pſal. 68. 32.

SYR. ܚܣܡ Zelavit (*in bonum, & malum*) invidit, æmulatus, invidiâ commotus eſt. Pſa. 37. 1, 7, 8. Prov. 24. 19. Sap. 1. 12. Studioſus fuit, ſtudioſè, cum zelo ſectatus eſt. Tit. 2. 14. Faſcinavit. Gal. 3. 1. *Ethpa.* Inviſus, zelotypiâ correptus eſt. Gal. 4. 18.

ܚܣܡܐ 2 ܚܣܡܐ *vel* ܚܣܡܐ 3 ܚܣܡܬܢܘܬܐ 4 ܚܣܡܬܢܐ 5 ܚܣܡܬܪܝܢ; *prim.* Zelus. Pſa. 118. 139. Invidia, æmulatio, livor. Rom. 1. 29. Jac. 3. 14. *ſec.* Invidus. Sap. 1. 10. *tert.* Id. *quart.* Invidiâ laborans. *quint.* Lactucæ ſylveſtres.

ÆTH. ሐሠመ: Malus, malignus fuit. IV. አሐሠመ: Malè (doloſè) egit, malignatus eſt. Pſa. 36. 8, 9. & 73. 4. & 104. 14. Rom. 12. 17. Maledixit, *cc* ድበ: Act. 19. 9. & 23. 5. *c* ቃለ: Marc. 7. 10. & 9. 39. ሐሣም: Malignus, malus. Mat. 21. 41. Eph 4. 29. (pravè, malè. Gen. 31. 26. Tit. 2. 8. ሕሠም: Vitium, defectus. *Org.* Corruptio. *JL.*)

AR. حَسَمَ Secuit, reſecuit. *cca.* Deut. 30. 6. *Ar. Sam. cauſam morbi. Avic.* II. 115. 25. & Diviſit, ſeparavit. *Avic.* I. 562. 3. 2, Præſectumque *membrum, aut venam* cauterio uſtulavit, nè effluerct ſanguis. *cca.* 3, Collegit: abſtulit. Gen. 30. 23; & 49. 5. *Ar. Sam.* VII. *Paſſ.* I. & Abacta fuit *peſtis ab aliquo.* 2 Mac. 32. 12. Abſciſſa fuit *materia ægritudinis. Avic.* I. 315. 28.

حَسْمٌ 2 حُسَامٌ 3 حُسُومٌ 4 حَاسِمٌ 5 حِسْمَى

6 ـةٌ 7 ـهٌ 8 حُسُومٌ 9 حُسُومَةٌ 9 حُسْمَانٌ ¶ 10 أَحْسُومٌ ; *prim. Act.* I. Gen. 49. 5. *Ar. Sam.* Abſciſſio. *Avic.* II. 75. 44. & 499. 33. *ſec.* Acutus *gladius, aut* acies, acutum *ejus* latus: *quale Orientis enſibus duntaxat unum eſt.* 2, *Ar.* אלחסאם מן אלליאלי, Noctes continuæ. *Cam. Gig. tert.* Conſequentes *noctes: vel* infauſtæ; *qſ.* bonum omne præcidentes. 2, Violentia, *ventorum attributum. Cor. Sur.* 69. 4. *cit. Bd. quart. pro Heb.* גשן Ghoſen, *terra.* Gen. 45. 10. & 46. 34. *cit. Br. quint.* Planities in deſerto, ubi circumjacentes montes vix unquam à pulvere liberi. *ſext.* Capilloſus, πολύτριχος. *Cam. ſept.* Mali nutricatus *vel* incrementi *infans. oct.* Res præcidens *aut* cauterizans. *non.* Vir obeſus. *Gig.* ¶ *dec.* Anſa ſacci.

---

**חסן** *Niph.* נֶחְסַן Reconditus, repoſitus, fuit, *pec. in robur, & præſidium, unde Gr.* σθενόω *Ar.* חזן *Fu.* יֵחָסֵן Eſa. 23. 18.

חֲסִין m. Robuſtus, fortis, potens. Pſa. 89. 9.

חָסֹן m. Id. Eſa. 1. 31. Amos. 2. 9.

חֹסֶן m. Robur, fortitudo. *It.* theſaurus, (*Angl.* Magazine) opes, facultates, *quæ robur & firmamentum hominis ſunt.* Eſa. 33. 6. Ezech. 22. 25. Prov. 15. 6. *et* 27. 24. *Cu.* Jer. 20. 5.

CHAL. חֲסַן Confortatus, roboratus, fuit robuſtus, factus eſt, vel evaſit. *Fut.* Eſa. 63. 15. *Pah.* roboravit, confortavit. *Im.* חַסִּינוּ 35. 3. *Aph.* Id. *Fut.* Amos 2. 14. Vendere coëgit, *R. Sal. v.* 6. *quem locum ita exp. Pervertunt, inquit, judicium pauperis, ita ut agrum ſuum qd. eſt ei, inter agros judicis, cogatur vendere, et cedere, parvo pretio accepto à judice, qui eum circumvenit artibus ſuis. Ithpah.* Gen. 43. 31. *Pa.* Jer. 8. 5. fœm. 31. 22. *In.* Gen. 45. 1. *Fut.* Ezech. 22. 14. 2. Poſſedit, *In.* Pſa. 37. 34. *Fut.* v. 29. *Aph.* אַחְסֵין Hæreditavit, poſſedit, hæreditatem adiit, vel accepit: hæreditare fecit, hæredem inſtituit, poſſidendum tradidit. Jer. 49. 1. *Pa. & Fut.* v. 2. *In.* Deut. 32. 8. *Imp.* 1. 8. חַסֵּין, חַסֵּין חֲסִינָא *i. q. Heb.* Pſa. 37. 35. *et* 89. 9. Amos. 2. 9. (Aria, *Plant.*) *Pl.* חֲסִינִין Eſa 25. 3. f. חֲסִינָן 2 Sam. 7. 23. חֲסַן, חִסְנָא, חִסְנָא Robur, potentia. Dan. 2. 37. *Af.* חִסְנִי potentia mea. 4. 27. & חוּסְנֵיהּ robur ejus. Cant. 5. 16. אַחְסָנְתָּא, אַחְסָנָא Poſſeſſio, hæreditas. Prov. 27. 24. *Cu.* אַחְסָנַת Gen. 17. 8. *Af.* אחסנתיה Lev. 25. 10. *Rab.* ה *loco* א. חִסְנַיָּא, חסניא Horrea, repoſitoria frugum. Joel. 1. 17. *Regia* אוּסְנַיָּא, חֲסִינָה Cupa, *vas magnum in quo olim frumentum trituratum. & excuſſum reponebant: Kelim.* c. 16. חוּסָן Stupa, linum non excuſſum, *quòd ſit durum, & forte. Schab. c.* 2. *init.*

SYR. ܚܣܢ Invaluit, convaluit, prævaluit, vicit, fortis, robuſtus fuit, munitus, fortificatus eſt. Gen. 34. 25. 2 Sam. 14. 6. Iſa. 39. 1. Mat. 16, 18. c. 17. 20. Difficultatem paſſus eſt, Gen. 35. 16. Conſternatus eſt, 2 Sam. 12. 15. *Ethpe.* Fortis fuit, 1 Cor. 16. 13. *Pah.* Fortificavit, munivit. *Ethpa.* Fortificatus, roboratus, munitus eſt.

ܚܣܝܢ, ܚܣܝܢܐ 2 ܚܣܝܢܘܬܐ 3 ܚܣܝܢܐܝܬ 4 ܚܣܝܢܐ 5 ܚܘܣܢܐ 6 ܡܚܣܢܢܘܬ 7 ܡܚܣܢܢܐ 8 ܡܚܣܢܢܐ 9 ܚܣܝܢܐ ܡܚܣܢܐ 10 ܡܬܚܣܢܢܘܬܐ 11 ܡܬܚܣܢܢܐ *prim.* Fortis, potens, ſtrenuus, validus, violentus, robuſtus, munitus. Mat. 3. 11. Marc. 3. 27. *Pl.* 2 Cor. 1. 10. *ſec.* Fortitudo, munimentum, victoria. *tert.* Vehementer, potenter. Sap. 8. 15. *quart.* Turris, arx, munitio. *Pl.* 2 Cor. 10. 4. *quint.* Robur, vis, munimentum, Job. 28. 10. *v.* חוס. *ſext.* Vix, ferè, parum quin, 2 Sam. 19. 36. Prov. 11. 31. Rom. 5. 7. *c.* מִן Sap. 9. 16. Act. 14. 18. *ſept.* Duæ venæ circa umbilicum, inguina, venter inferior, Iſa. 15. 4. *oct.* Pubes. *non.* Difficultatem patiens, *Off. Mar.* 382. *dec.* Difficultas, difficultatis paſſio. *undec. v.* חסם.

SAM. ࠇࠅࠌࠄ Murus. Exod. 14. 22. 29. Jer. 25.

25.29.30. ࠇࠎࠉࠍࠉࠌ, Potentes, vehementes, Exod. 15. 10. 11.

ÆTH ሐዘነ : Ar. חזן Doluit, deploravit. *fo. i.q.* חִסֵּד (ד & ן *alternant*) exprobravit. Mat. 11. 20

AR. حَسُنَ, *plerunque Hasna effertur, (et. media Fhath. Cam. Fut.* O. *Gig.)* Gratum fuit *Domino. cc Ar.* ענד. Col. 3. 20. *Erp.* Bene fuit *illi. cc* الي *p.* Eph. 6. 3. *Erp.* & Bonus, pulcher, elegans fuit. Genes. 29. 16. II. Talem fecit, & existimavit, *rem. cca. v.* I. *colorem. Avic.* I. 158. 31. & Ornavit *sermonem.* Eccli. 13. 25. 2, Beneficus *erga eum fuit Deus. Cam.* III. Bene tractavit, & egit. *ccap.* IV. Bonum fecit. Philip. 4. 14; 3 Joh. 6. *Erp.* Approbavit. Eccli. 10. 15. 2, Benefecit. *cc* ب *p, vel c* الي *p.* Gen. 12. 13,16. Pſ. 114. 7. 3, Bene novit *rem.* Joh. 7. 15. Philip. 4. 12. *Erp.* 4, Cubito innixus fuit. *Cam.* V. Exornavit. Jud. 5. 12. X. Pulchra ſupra modum evaſit. Eſa. 16. 13. *Seld.* 2, Bonum, eleganſque cenſuit; *placuit.* Rom. 15 2; Eph. 1. 5. *Erp.* & approbavit. 2 Cor. 11. 4. *Erp.* Tribuit *rei* pulchram figuram. *cca.* Sap. 14. 19. & *Part.* Commodus, utilis. *R.* Pretioſus. 1 Reg. 20. 6.

حُسْن 2 Pl. مَحَاسِن 3 حَسَن f. ة 4 حُسْن

حَسَن 5 حَاسِن , حَسَّان , حُسَيْن 6 ة

7 أَحْسَن 8 Pl. أَحَاسِن 9 إِحْسَان 10 حَسِينَاء ;

*prim. contrar.* τοῦ *Ar.* קבח, Pulchritudo. Pſ. 44. 3, 12. Bonitas. Prov. 1. 7. & Optimus c. 14. 35. *ſec. Pl. irreg.* τοῦ *præced. prox. Cam.* 2, Benefacta, benemerita. 3, Os in curvatura cubiti. *Cam. tert.* Bonus. Deut. 12. 8. Pſa. 12. 6. Eſa. 26 7, 8. & Bona opera. Pſa. 15. 2. 2, Pulcher. Pſa. 151. 5. Elegans. & Congruum. 1 Reg. 2. 18. 2 Sam. 19. 27. Rom. 11. 20. 2 Cor. 11. 4. & f. Formoſiſſima. Cant. 5. 9. 2, c *Artic. Nom. Propr.* Viri. *pec. pro Hebr.* יפת Japhet. Gen. 7. 13; & 9. 18. *Ar. Sam.* 3, *Ar.* אבו אלחסן, Huſein. *it.* Pater bonitatis, ſ. pulchritudinis: *Arabiſmus in quo Ar.* אב *pro* ין *venit. Gol. App. Gr.* 9. 4, *Ar.* אם אלחסן, Philomela. *it.* Hirundo. *R. Gig. an Heb.* חסידה Ciconia? *an* Aëdon, *à ſuaviſſimo cantu?* 5, *i. q.* 3, *ſec. Cam.* 6, Arbor formoſo proſpectu. *Cam. Gig.* 7, *Nom.* munimenti in Andaloſena; *it.* loci in Jemamâ; *it.* montis. *Cam.* 8, *Adverb.* Libenter. 2 Sam. 3. 13. Bene; Sapienter; Honeſtè, decenter. Eſa. 53. 11. Clarè. Jud. 7. 8. *ſic Sol ortus eſt Ar.* חסנא totus, ſ. ἐν ἀκμῇ. *Gig. quart. i. q.* 1, *tert. quint.* Id. *Cam. ſext. Dimin.* τοῦ *tert.* 2, *Nom.* Viri. *ſept.* Pulcherrimus. Sap. 14. 19. *oct. Plur.* τοῦ *ſept.* 2, *Nom.* montium in Jamama. *Cam. non.* Beneficentia, beneficium. Philem. 14; 2, *Act.* IV. Placere *ſibi.* Rom. 15. 1. *Erp. dec.* Arbor quædam exiguis foliis. *Gig.*

حُسَّان, ة, f. ة (Pl. حِسَان, حُسَّانُون

*Gig.)* 2 حَسَنَة 3 حِسْنَة 4 حَسْنَاء 5 حُسْنَى

6 مَحْسِن 7 حُسَيْنِين 8 حُسْنُون 9 حُسْبَان

10 مُحْسِن 11 مِحْسَان 12 ¶ IV. أَحْسَن ;

*prim.* Valde bonus, & pulcher. *ſec. & Pl. San.* Bonum opus, benefactum. Deut. 6. 25. Prov. 3. 4. 2, *Nom.* Viri, loci, montium. *Cam. tert.* Merces, præmiumque operis. *quart. ſine Maſcul.* Pulchra fœmina. *quint. contrar.* τοῦ סוי, Pulcherrima. 2, Optima. 3, *pec.* Paradiſus. 4, Victoria in bello. *vel* 5. Mors honeſta, quam quis oppetit. 6, *Arab.* אסמא חסני, Nomina ſancta 99. ſ. attributa Dei: *reſpondentia ferè* τοῦ *Ebr.* שם עב, *quod hæc* 72. & *epitheton Dei*, Optimus. *G. Nub.* 2. 8. *Cor. Sur.* 92. 7. 7, Incolumitas: Summum bonum: beatitudo; 8, Rerum divinarum contemplatio; 9, Teſtimonium. *Cam. Gig. ſext.* Teſtis; *ſept.* Duæ quædam familiæ. *Gig. oct.* Locus dactylorum; 2 Ædificium; 3, *Nom.* Viri. *Cam. Gig. non.* Pulchra facies. *Gig.* 2, Benefactor, beneficus. Pſa. 56. 3. Joh. 8. 48. *Erp. Cor. Sur.* 2. 59. *dec.* Bonum faciens *colorem.*

*Avic.* II. 158. 38. *undec. i. q.* 2, *non. Cam. duodec.* ¶ IV. Eviluit poſt gloriam.

---

חסע AR. حُسِعَ عنه 2 حَسِيعَة , حَاسِع ; *prim.* Ab illo interdictus fuit. *ſec.* Cùm *aliqui* cohibentur, *vel* ab aliquibus abſtines. *Gig.*

---

חסף מְחֻסְפָּס m. Rotundum, *al.* Decorticatum, *R. Nath. Onk. Syr. Ar. noſtr. Erp.* Tectum, incluſum, *cute Perſ. qſ. Pyxide, Rabb. convenit cum Ar.* חסף *literis geminatis, (confer,* Apoc. 2. 17.) Exod. 16. 14.

CHAL. חֲסַף, חַסְפָּא Teſta argillacea, argilla, lutum figuli, vas fictile. Lev. 14. 5 Dan. 2. 33, 34. Prov. 26. 23. *It.* Prurigo, ſcabies ſicca, *inſtar teſtæ.* Deut. 28. 27. *Hier.* אחספא ראומנא Teſta venæ ſectoris quá ſanguis emiſſus excipitur. *Gitt.* 69. 1. *Gl.* חַסְפְּנִיתָא. חוספניתא. *Schab.* 133. 2. *et* 134. 1. *Gl.* Facies ejus finditur. עי׳ 29. 1. חֲסַף *v.* חשף. אִתְחַסַּף Pudore, rubore, affectus fuit, confuſus fuit. Eſth. 6. 12. *Targ.* 2. חֲסַף *et* אַחְסַף Panniculus circa faciem. *Sch.* מְחַסְפָּס *Rabb.* Pyxis, *ubi ſaccharum condunt aromatarii. Id. Merc.*

SYR. ܚܨܝܦ ܐܦ̈ܐ Impudens, effrons.

SAM. ࠇࠎࠐ *i. q. Chald. ibid.*

ÆTH. ሐሰፈ : Vulneratus, plagis affectus. Lev. 22. 22. *IL.) i.q.* ቀሰፈ : *vel pro eo.*

AR. حَسَفَ, *Fut.* I. Mundavit *dactylos*, ſequioribus exemtis. 2, *mediâ Keſr.* Exſucca fuit *oxyphœnica. Avic.* I. 262. 16. *et* Corrupta fuit *aqua*; *et* 3, Iratus fuit; 4, *Paſſ. formâ*, Ignobilior fuit *homo*, ſequior *res. Cam.* Reprobavit; abjectum reddidit, cadere curavit. *Gig.* 5, Decuſſit. *Cam.* IV. Commiſcuit cum corruptis *fructus. Gig.* V. Deciderunt *pili homini alopeciam patienti. Cam.* VII. Id. *Gig.* 2, Digitis in partes comminutus, friatus, fuit.

حَسْف 2 حَسِيف 3 ة 4 حُسَاف 5 ة

6 مِحْسَف 7 مَحْسِيف ¶ 8 حِسْفِل 9 حِسْفِل

10 حِسْفِل ; *prim. qſ. Ar.* חסך, Spina; 2, Fluxus, curſuſve nubium; 3, Sibilus, curſus, ſerpentis; 4, Meſſis; 5, Gregum actio. *Cam. Gig.* 6, *i. q. Ar.* נמאע דון אלפחדין, Collectio infra femora. *Cam.* Cùm infra coxas res cum muliere habetur. *Gig.* 7, *cum He fin.* Tenues nubes. *Cam. Gig. ſec. i. q.* 3, *præc. Cam.* 2, *Puteus* in lapidibus effoſſus, cujus multæ aquæ perennes ſunt. *Gig. tert.* Ira, indignatio. 2, Odium. 3, Quod vile, *et* nihil in ſe boni habet. *quart. i. q.* 4, *prim. quint.* Quod de dactylis corruptis decidit, rejiciturve. 2, *i. q.* 1, *tert.* 3, Parum aquæ; 4, Reliquiæ cibi; 5, Scobs argenti. *Cam. Gig. ſext.* Guttur *bibentis. Cam.* 2 Barbæ labiorum circulus. *Gig. ſept.* Corrugatio *tunicæ ocularis. Avic.* I. 349. 3. ¶ *oct.* Quod parvum, *et* deterius, in quâvis re. *non.* Id. 2, *pec* Parvi, *et* exiles infantes. *dec.* Ventroſus.

¶ حَسَفَ, *Fut.* I. Sub terram depreſſus fuit *locus.* & Demerſa fuit *in humum urbs.* Jer. 2. 15. & Demerſit in imum *urbes.* Jer. 20. 16. *et* 27. 40. & Immerſus in caput fuit *oculus.* & *Ar.* חסף לה *vel* חסף בה אללה אלארץ *Alárda*, Sub terram demerſit, perdiditque eum Deus; *et cc Ar.* בשדה vehementiâ *ſupplicii* obruit. Eccli. 45. 24. *in Paſſivo Ar.* חסף בה *Imperſonaliter*, Id. Eccli. 33. 13. *et* Obruta fuit *urbs.* Jer. 29. 18. Jon. 3. 4. 2, *Tranſ.* Depreſſit introrſum *oculum.* & Occæcavit. *cca.* 3, Diminutus fuit, defecit. 4, *pec.* Vilis, *et* macer fuit. 5, Deliquium paſſa fuit, *Luna: at v. de Solis ecclipſi potius Ar.* כסף *dicitur, vel illud de partiali, hoc de totali ecclipſi.* 6, Laceravit *rem. cca.* & Lacera fuit. 7, Surrexit, convaluitve è morbo. 8, Fodit *puteum* in petra, erumpente perenni aquæ ſcaturigine. *cca.* IV. Invenit talem puteum. 2, *i. q.* 2, I. VII. *i. q.* 2, 5, I. 2, Subverſa eſt *domus Judæ.* Mic. 1. 7. Jon. 3. 4. *Seld.*

حَسْف 2 ة 3 حَاسِف 4 حُسُوف,

حَسِيف, ة, Pl. حُسْف & أَحْسِفَة 5 حُسَاف

6 حُسُوف 7 حَاسِيف 8 حُسْفَان , سـ

9 مَحْسِف 10 مَحْسِفَة 11 حَيْسَفُوج (MSS.

ة pro ـة ) 12 ة 13 حُوسُوفُورُن ; *prim. Act.* 1, 2, 3 I. Subverſio. Hoſ 8 7. 2 Pet. 2 6. *Erp.* 2, *ipſe* Defectus, vitium. 3, Locus, ubi in puteo exit aqua. 3, *Ar.* באת אלחסף *Alchásfa*, Manſit famelicus. 4, *Ar.* עלי אלחסף, Jejuno ſtomacho *ſumpſit.* 5, *Ar.* סאמה חספא & אלחסף, Depreſſit eum, & ſubegit. 6, Nux eſculenta. *ſec. pro primo, phraſi quintâ.* 2. *i. q.* 6, *prim. tert.* Macilentus, & decolor. 2, Dexter, *et* levis *adoleſcens*; & velox in inceſſu *camela*; 3, Obcæcatus *oculus. Gig. quart.* Puteus in petra foſſus perennis ſcaturiginis. *quint.* Mergulus. Deut. 14. 16. *Ar. Sam. ſext. Act.* 1, 4, I. 2, *ipſa* Eclipſis. *ſept.* Terra mollis. *oct.* Fructus corruptus, *et* nullius uſus *Gig. non.* Leo. *Gig. dec. i q. quart.* 2, Abſorpta *urbs.* Lam 4. 6. *undec.* Pſyllium; 2, Trabs uſu detrita, *et* inveterata. *Gig. duodec.* Puppis. *Id. dec. tert.* Chyſophorum. *Avic.* I. 153. 14.

---

חסק AR. حَسَقَ 2 حِسْقِل ; *prim.* Suffocavit. *R. Gig. ſec.* Parvus fœtus rei cujuſque.

¶ حَسَّقَ pro حَرَّقَ 2 حَاسِق pro

حَارِق 3 حَيْسَق 4 حُسُوق. i.q. حُرُوق

*Cam.* 5 حَسَّاق 6 ذُو حَسَاقَة ; *prim.* Penetravit *telum. ſeq. i. q. poſter, tert.* Putei. *Cam.* Iique profundi. *Gig.* Sepulchra profunda. *Iid. quart.* Pravæ naturæ *camela Gig. quint.* Mendax. *ſext.* Qui ad miſſam ſemel venditionem mox redit.

---

חסר חָסֵר Defuit, defecit, deſtitutus fuit, caruit, eguit, (*Gr.* ὑστερέω) indiguit, *De re, et perſona* 1 Reg. 17. 16. Deut. 2. 7. *Inf.* Gen. 8. 5. *Pih.* חִסֵּר Deficere fecit, privavit, deſtituit, defraudavit, minuit, imminuit. *Pa.* Eccl. 4. 8. *Fu. Af.* Pſal. 8. 6. *Hiph.* לֹא הֶחְסִיר Non eguit. Exod. 16. 18. *Fut.* יַחְסִיר Deficere faciet. Eſa. 32. 6.

חֹסֶר m. Inopia, penuria, defectus. Amos 4. 6. Deut 28. 48. *Hinc* Coſyra *ob inopiam ſic dicta. Boch G. Sa.* 555 C.

חֶסֶר m. Id. Job 30. 3. Prov. 28. 22. *Ubi ſuffragantur. Chald. Syr Hebraique omnes: aliter LXX. et Ar.*

חֵסֶר *vel* חֶסֶר *aut* חֲסַר *ut* לֵבָב Id. *Cn.* חֲסַר־לֵב Defectus animi, defectus cordis. Prov. 10. 21.

חָסֵר m. Deficiens, deſtitutus, carens, egens, indigens. 1 Reg. 11. 22. *Cn.* חֲסַר־לֶחֶם Carens, *vel* indigens pane. 2 Sam. 3. 29. חֲסַר־לֵב Carens corde. Prov. 7. 7. *et* 15. 21.

חֶסְרוֹן m. Defectus. Eccl. 1. 15.

מַחְסוֹר m. Egeſtas, indigentia, penuria. Jud. 18. 10. *Af.* 19. 20. *Pl. Af.* מַחְסֹרֶךָ Egeſtates tuæ. Prov. 24. 34.

CHAL. חֲסַר *i. q. H. et ibid. It. Pah. etiam* Corrodit, peredendo carnem minuit. Levit. 13. 51. *It.* Cavos dies conſtituit. *Erach c.* 1. 2. *in Gemar.* חַסִּירָא, חֲסִיר, חַסִּיר, חֲסֵר *i. q. H.* חָסֵר & *ib. It.* Dan. 5. 27. f. חֲסִירָא Eſa. 29. 8. *Pl* חַסִּירִן Gen. 41. 3. חָסֵר דְּחָסֵר Omnino defectivum. *Maſoreth. cùm duæ aut tres quieſcentes omittuntur.* חסורה Orificium quod fit ſcalpro Chirurgico: locus ex quo elicitur ſanguis. *Aruc. qui legit* חסודה *per* ד. *Schab.* 108. 2. חוּסְרָנָא, חֶסְרָנָא, חֶסְרָן, חוּסְרָן *i. q. H.* חֶסֶר. Jud. 18. 10. Prov. 28. 22. חִיסּוּר Id. *It.*

*It.* Subtractio arithmetica. חֶסְרָנָא, חֶסְרוֹן Id. *Eſt.* 1.7. *Af.* Deut. 15. 8. *Berachos. c.* 2. *Rab.* Defectus, imperfectio, *cui oppoſ.* שְׁלֵמוּת. *paſſim in More Nevoch.* חֲסִירוּת *i. q. Heb.* חֹסֶר & חֶסְרוֹ מְחוּסָר *et ibid.* מַחְסוּר Id. Num. 11.23. *Jon.* Egens, carens, deficiens, וּמַן ² בִּנְדִים ¹ מְחוּסַר Deſtitutus. 1, veſtibus : 2, tempore ; minorennis, qui juſtam ætatem non complevit. *Rab.*

SYR. ܚܣܰܪ *i. q. H.* Jud. 18.10. *et* 19.19,20. Luc. 22.35. Damnum, detrimentum paſſus, multatus eſt, amiſit, & damno affecit. Matt. 16. 26 Marc. 8.36. *Ethpe.* Perditus eſt, *dicitur de opibus. Pah.* Amittere, deficere fecit : *Ethpa.* Perditus, damno, detrimento, affectus eſt. Exod. 21.22. *Aph.* Jacturam fecit.

ܚܣܝܪܐ (*a*) ܚܣܝܪܐ (*b*) ܚܣܝܪܬܐ 2 f.
ܚܣܝܪܘܬ (*a*) ܗܘܢܐ *ſ.* ܪܥܝܢܐ (*b*) ܚܣܝܪܘܬ
(*c*) ܡܕܝܢܝܘܬܐ *Pl.* ܚܣܝܪܬܐ 3 ܚܣܝܪܘܬܐ
4 ܚܘܣܪܢܐ *prim.* Vacuus, expers, egens, inops, deſtitutus. Luc. 12.20. Rom. 4.20 *Pl* c. 3. 23. Gal. 3.1. (*a*) Luſcioſus : (*b*) Surdaſter. *ſec.* (*a*) Dementia, inſania, inſipientia (*b*) Inſulſitas. (*c*) Inurbanitas, ruſticitas morum. *Pl.* Quiſquiliæ, ſordes, peripſemata. *tert.* Vacuitas, penuria, defectus. 2 Cor. 9.12. & 11. 21. 23. Phil. 4 12. *It.* Refluxus, receſſus maris. *BB.* *quart.* Jactura, damnum, detrimentum, inopia, mulcta. Act. 27. 10 21. Eccli. 22. 3. Sap. 1. 12. 2 Macc. 4. 48. 50.

SAM. ࠀࠎࠅࠓࠉࠌ Cinguli, *ab* אסר Gen. 3.7.

ÆTH. ሐሠር፡ Stipula, feſtuca, palea. Matt. 3.12. & 7.4. Luc. 3.17. & 6.41,42. *H* חשש. ተሐሥረ፡ Deſpectus contemptus fuit. Pſal. 57.7. *et* 52 2. ተሐሥረ፡ *Vulg. Lat. LXX. Syr. Ar. noſtr Ro. Neb.* Corrupti ſunt, *H.* השחיתו *Chal* חבילו Id. Confuſus, pudefactus, reveritus fuit. Pſal. 6.10. *et* 34.3,29 *et* 69.2. *et* 39. 19. *et* 70. 26. Miſer fuit. Pſal. 136. 11. *Ita et. Ar. noſtr. Ro Neb. convenit ſic Ar.* שרר *cum H.* IV አስተሐሰረ፡ Sprevit, contempſit, deſpexit, deturbavit. Pſal 7. 5. & 9 33. *et* 17.30. *et* 52.7. *et* 80.13. *et* 88. 23. *et* 107. 14. 1 Cor. 11. 4. Act. 5. 41. ከመ፡ ያስተሐሥርዎሙ፡ Prout contempſerant eos. *it.* Humiliavit, vitiavit. Gen. 34.2. Jud. 19.24.25 & 20.5. ተሐሥሮ፡ኀሣር፡ Contemptus, ignominia, opprobrium. Pſal. 13.7. *et* 68. 23,24. *et* 118.22.

AR. حسر, عن. *Fut.* I. Abduxit, ſuſtulitve, *manicam à brachio. cca, et ita velum* à vultu. *In genere* Nudavit membrum : *et caput. Avic.* I. 296.39. Orbavit *aliquem. cca.* Lev. 26.22 ; *lib ris.* Gen. 42.36. *Erp.* & Revelavit *rem*, decorticavit *arborem*, verrit *domum*, receſſit *mare à littore. Cam. Gig.* 2, Laſſus fuit, defecit camelus. 3, Hebetatus fuit *viſus* præ multo intuitu, obtuſus fuit, defecit*que viſus.* 4, Malè habuit. *et* Moleſtiam paſſus fuit. Vilis evaſit. 5, *Tranſ.* Laſſavit. *cca.* Moleſtiâ affecit, vexavit, & Nocuit *tibi aliquid. ccar. et p.* Philem. 18. *Erp.* 6, Expertus fuit. 7, *mediâ Keſr.* Suſpiravit præ dolore. 8, Irrito coitu fuit, nec concepit *camela.* & Laſcivit vidua *contra Chriſtum.* *cc* علي, 1 Tim. 5. 11. *Erp.* 9, *Tranſ.* 7, I. In ſuſpiria conjecit. *cca.* & 10, *Intranſ.* Plumas abjecit, *et* mutavit *avis*, *et* pilos *camelus.* IV. *i. q.* 3, I. *cca.* V. *i. q.* 3, I. 2, *ſ. Paſſ.* 5, I. Laſſatum fuit *jumentum. et* Excruciatus fuit *homo.* Ez. 9 4. *Seld.* 3, Suſpiravit præ voti impotentia. 4, Excidit crinis *cameli.* 5, In fuga retroceſſit. VII. *Paſſ.* 1, I. Nudatus, retectuſ*ve*, fuit. X. *i. q.* V. Defatigatus fuit, fatiſcebat.

حسر ² س ³ سِ (*Pl.* حسر *Cam.*) ⁴ حاسر
⁵ حسار ⁶ حسور ⁷ حسير *Pl.* حسري ;

*prim. Act.* 1,5, I. *ſec. Act.* 3,7, I. *tert.* Obtuſum habens, *ac* debilem viſum. *quart.* In bello nudus caſſide, *et* lorica. *it.* nudus velo. *quint.* Herba quædam ſimilis Dauco, *ſ. Ar.* נזר. Giezar. *Cam. Gig.* *ſext. Act.* 3, 4, I. *ſept.* Laſſus, ſuſpirans. 2, Hebes viſu. 3, Imperfectus. *Cor. Sur.* 67. 4.

حسرة , س , *Pl.* حسرات ² تحسر ³ تحسير

التحسير ⁴ محسر ⁵ س ⁶ محسور ⁷ محسرة ;

*prim. Act.* 7, I. 2, *c. Pl. ipſum* Suſpirium. & Dolor. Gen. 44. 31. *Pl.* Miſeriæ. Prov. 23. 29. *ſec.* Experimenti locus. *tert.* Experimento bene probatus. 2, Facies ; *Metoſcoporum objectum* ; *it.* Natura, indoles hominis. *Cam. Gig.* *quart.* Moleſtiâ affectus. 2, Deſpectus. *quint.* Miſerabilis *vox.* Sap. 18. 10. *ſext.* Retectus. 2, Laſſatus. 3, Obtuſus viſu. *ſept.* Scopæ. *Cam.*

¶ خسِر & خسر , Jacturam fecit *anima.* Matth. 16. 26. Marc. 8. 36 Luc. 9. 25. *rerum.* Philip. 3. 8. *v. Tar. Schik. p.* 46. damnum paſſus fuit *ab aliquo.* *cc* من. 2 Cor. 7. 9. 2, Aberravit à via. & 3, Periit. 4, *Tranſ.* Perdidit, offendit, *fratrem.* 1 Cor. 8. 13. *Erp.* amiſit *rem* ; *ejus* jacturam fecit. *cca.* II *Tranſ. Act.* 1, 2, I. Perdidit. Damno affecit. *ccap.* & Jacturam intulit *homini.* Prov. 17. 26. IV. *i. q.* 1, I. *cca.* VIII. Jacturam *rei* fecit, amiſit : non potuit invenire. *cca.*

خسر ² خ ³ خسر ⁴ خسار ⁵ ة ⁶ خسران
⁷ خاسر , خسير , خيسري ⁸ خيسري
⁹ خسرواني ¹⁰ أخسر ¹¹ إخسار
¹² خسروداروا ; *prim. Act.* 1, 2, 3, I. *ſec.* Id. 2, *Act.* 4, I. & *ipſa* Jactura, damnum. *Cor. Sur.* 103. I. *tert. Act.* I. *Cam.* *quart. Act.* 1, 2, 3, I. 2, Perfidia, defraudatio. *quint. Id.* & Jactura. Act. 27. 10. Philip. 3. 7. *ſext. Act.* 1, 2, 3, 4, I. 2, Detrimentum. 2 Cor. 7. 9 ; Philipp. 3. 7, 8 ; *Erp.* *ſept.* Damnum patiens, jacturam*ve.* 2, Viá amiſſâ errans. *oct.* *carens ſing.* Exitium. 2, Aberratio à viâ. 3, Perfidia, defraudatio. *non.* Vinum. 2. Species panni. 3, Chaſrawanica *myrtus* : *à regione vel urbe* Chaſrawanâ, *quæ ubi ſita non conſtat. Plemp. in Avic.* I. 126 7. *dec. Pl. San.* Diſpendium faciens. 2, Damnum paſſus. *undec.* Cùm aliquid rei detrahitur. *Gig.* *duodec. Chatſroudâr*, Galanga. *Avic.* I. 270. 23. *tit.*

---

חע AR. حع ² حعلع ³ حعابة
(ـه *pro* ـة *Gig*) ⁴ Q حيعل ⁵ حي على
الصلاة ⁶ Q حيعل ⁷ ل ⁸ حوعلة
⁹ حوعم ¹⁰ حيعامة ¹¹ حيعرة ; *prim.*

*Fut.* I. E gutture ſonuit impeditus in curſu *lynx.* *ſec. Nomen* plantæ. *tert.* Homo vilis *ac* nequam. *v. non.* *quart.* Q Dixit, *ut ſeq. ſub quinto*, dedito te precationi : *quâ formula ſancta indicitur attentio.* *ſext.* Induſio nocturno manicis carente tali*ve* interulâ, induit *alium. cca.* II. Indutus eo fuit, *vel* ſemet induit ; *ſept.* induſium, *de quo prox. præc.* 2, Lupus ; 3, Lamia. *v. Ar.* חלע. *oct.* Cùm quis ob ſchiſma, *vel* dubium ſe abdit. *Gig.* *non.* Stultus. *dec.* Nequam, nebulo. *vel* 2, Exoletus. *v. tert.* *undec.* Levitas & inopia mentis.

---

חעס SAM. ࠇࠏࠎ *i. q.* חוס Pepercit : *cc* ࠏࠋ Gen. 19. 17. ࠏࠋ· ࠇࠏࠎ ࠍࠐࠔࠊ· Miſerere ſpiritui tuo, *v. etiam Onk atque Jon. conf.* Mat. 16. 22.

---

חפף חָפַף Texit, protexit : obtexit, operuit : pexit, ſtrinxit. *Hinc lat.* Cubavit, incubavit. *Gal.* Couver, *qd. propriiſſ. ſign. i. q. Heb.* רחף *demptâ primâ prout optimè vertunt, Syr. Chald. Sam. et Ar. Sam. cc* עַל. *Pa.* חֹפֵף Deut. 33. 12.

חוֹף m. Portus, *qſ. navium protectio.* Joſ. 9. 1.

חַף m. Pexus, nitidus, tectus, purus, mundus, à ſcelere. Job. 33. 9.

חֻפָּה f. Obtectio, protectio. Eſa. 4. 5. *It.* thalamus, *pec. nuptialis* : Pſa. 19. 6. Joel. 2. 16.

CHAL. חֲפַף *i. q. Heb.* חָפַף *It.* contexit, incubuit. *Im.* חֲפוֹ operite, Jer. 6. 26. *et* חֲפוֹ

25. 34. *Pa. Pehil. Pl.* חֲפִיפִין Ezech 27. 30. *Ithpah.* מִתְחוֹפֵף Deut. 32. 11. *ex Pah.* מְחוֹפֵף *ib. Jon. at Hier.* מְחַסְחֵף *pravè pro* מְחַפְחֵף, Pexit, ſtrinxit ; raſit, fricuit, ſcabit, lavit, *Schab.* 31. 1. *Pa.* חַיֵּיף *pro* חָפַף *Sanhed.* 95. 1. *fam.* חייפא. 107. 1. *Bava kama.* 82. 1. *Nidda* 66. 2. *Beza. c.* 5. *in. Gittim.* 68. 1. חִפּוּף, חֲפִיפָה Tectio, obtectio. *Moed katon.* 12. 2. *It.* חֲפִיפוּת pectinatio capillorum : fricatio : *propter* חִפּוּפֵי fricationem. *Schab.* 6. 1. *Schylchan Aruc. P* 2. *n.* 199. *exceptâ* מְחַפִּיפְתָּהּ fricatione. *Maaſer ſcheni c.* 2. חֲפִפִית Genus ſcabiei, quod perpetuâ fricatione indiget. *ejus remedium eſt oleum ſerpentinum, in quo ſerpens coctus eſt. Inde Gemara,* נחש לחפפית *Schab.* 77. 2. חפיפותא Id. משחא דחפיפותא Oleum ſcabiei, *vel* pruriginis. *Kethubh.* 17. 2. *Jalkut. Num.* 256. 1. *et* מישחא דחפופתא *It.* Oleum odoriferum nuptiale, quo inungebantur ſponſus & ſponſa. *Aruc.* חף Dens, *dentes clavis lignea, vel ferrea, aut clauſtri. Schab. c.* 8. 6. *Pl.* חַפִּין. חַפּוֹי Id. *Kelim. c.* 22. 4. חַף חֲפִיר. Pecten, raſorium inſtrumentum. *Schab* 96. *It* pellis, membrana : *à radendo. v.* דפתרא *in* דפת *Huc* חופין radii rotæ. *qui qſ. Dentes in pectine. Af* חופידון 1 Reg. 7. 33. חֲפָא, חֵיפָא Inundatio, diluvium, *ab operienda terra* : *Muttah.* exitium tempeſtuoſum. Prov. 27. 4. חוּפִיָא Scopæ, everricula, *quòd verrunt terram. Bava kama.* 96 1. *Succa.* 32. 1. חֻפָּה, חוּפָּה Thalamus nuptialis, velum *ſ.* velamen nuptiale, *quod* 4 *perticis*, 4 *Judæi ferunt, ſub quo, tanquam ſub cœlo quodam, ſponſus et ſponſa conſecrantur, et deſponſantur. Sota.* 49. 2 *fin v. Lightf Ho. Hebr. in* Matth. 9. 15. בני חופה filii thalami, *h. e.* hoſpites invitati *ad* nuptias. *Shulch. Aruc. Hilc. Kidduſh. Num.* 61. *ſ.* 11. *videtur etiam ſumi in genere pro loco, ſ. domo, ubi nuptiæ celebrantur. DD Rab.* Nuptiæ. 3 Doluit, triſtatus eſt. *R. Sam. in Megilla.* 26. 1. חֲפִיפוּת לִבָּא Triſtitia, *vel* cordis velamentum. *Aruc.* חוּפָּאָה membrana, pannuſ*ve* ad involvendum. *in Zohar.*

SYR. *Aph.* ܐܰܚܶܦ Superbivit, deſpectui habuit, voluptati ſe dedit.

ܚܦܦܐ 2 ܚܦܘܦܐ 3 ܚܦܝܬܐ

*prim.* Frictio, Lotura, deterſio : Quicquid ad caput lavandum uſurpatur, *BB.* *ſec.* Cicer. *tert.* Subſutum.

SAM. ࠇࠁ Obivit, permanſit. Gen. 3. 22. *An. Sam. ita et Jon.* קיים *vel* Delitiatus eſt, *ex uſu Syr.*

ÆTH. ሐፈ፡ *Ar.* חאף Siccus, Deut. 32. 10. LXX. ἀνύδρῳ. *ſ. Heb.* עיף.

AR. حف , *Fut.* O. Multo tempore neglectum, non unctum, fuit, *caput mulieris. et hinc* Intricata fuit coma, quod oleo poſt longius tempus non eſſet inuncta ; *hoc enim ad pectendum eam aptiorem efficit . quæ alias in oris illis durior, criſpiorque, facilè implicatur. et* Aruerunt *herbæ terræ* ; Amiſit *omnem auditum* ; *Myſtax ejus* excidit ; *it.* Sonuit *terra* à calcitratione ; Sibilavit *ſerpens. Cam. Gig.* 2, *qſ. contrar.* Concinnavit circumciſâ orâ *barbam myſtacemve. cca.* 3, Evulſis pilis glabram, nitidamque, reddidit *faciem ſuam mulier. cca.* 4, Raſit. Lev. 13. 33, *et* 14. 8. 9 ; Num. 6. 9, 18, 19. *Erp.* Fricuit. 5, Obivit, circumconvertit ſe. *cc* ب , *vel* حول *Havla.* 6, *Tranſ. præced.* Circum portavit, circumtulit. ب. 7, Operuit, cinxit*ve*, *veſte. cca. et* ب & Velavit *aliquid. Avic.* I. 518. 42. 8, Propenſus, & amore latus fuit. 9, Inſervivit, famulatus fuit. 10, Preſſit eos *res neceſſaria. cca.* 11, *Fut.* I. Strepitum edidit inceſſu, ex ventre, onuſtior *equus*, volatu *avis*, ramis vento agitato *arbor*, motu pellis *ſerpens.* II. *i. q.* 3, 7, I. 2, Texuit *veſtem cca.* 3, *Intranſ.* Inopiâ preſſus, in re anguſtâ, fuit. IV. *Tranſ.* 1, 3, 11, I. 2, Oneravit plus ſatis *jumentum. cca.* VIII. *i. q* 3, 7, I. 2, Comedit, quicquid in olla eſſet *aut* menſa ; *ita A* אשחפף *de potu.* X. Cepit *opes alicujus* univerſas.

Q حفحف ² حف. ³ حفوف ⁴ حفف
⁵ حاف ⁶ حفاف ⁷ حـ *Pl.* أحفة ⁸ حفيف ;

*prim.* Q Anguſta *et* miſera fuit *vita illius* ; 2, Sonum dederunt *ala avis quassata. Gig. sec. Act.* I. *exceptâ ultimâ signif.* 2, *c tert. Pl.* Instrumentum textorium, *s.* lignum, ad quod humi considentes texunt, *ferè grossioris strati genus, storeasve, funesve.* 3, *pro seq. Ar.* חפה, *at minus bene*, Liciatorium. 4, Supercilium ephippii. *tert. i. q. sec. sc. Act.* 2, *Pl.* 2, *sec. quart.* Vitæ difficultas, paucitasque opum. 2, Ora, margo. 3, Vestigium rei. *quint. Ag.* Circumdans. 2, Siccus, fine obsonio, *panis. hinc Ar.* מא לה חאף ולא ראף Non est illi quicquam. 3, Non contusum *hordeum. Gig. sext.* Caro mollis sub uvula, *et* gurgulione. *Cam. Gig. sept.* Latus *rei.* 2, *c Pl.* Cirrus, pars, reliquiæve crinium. 3, Agmen. 4, *c He fin.* Reliquiæ fœni & paleæ. *Cam. Gig. oct. Act.* 11, I. 2, *ipse ille* Sonus: *sc. arboris. Avic.* I. 283 41. & 357. 40. Sufflatio *ventorum.* 309. 52. Eruptio *papularum.* 168. 6.

حف حف 2 حفة 3 ح 4 حافة 5 حفان

6 حفي، ة 7 حفوف ; *prim.* Vox increpantis gallum. *Cam. Gig. sec.* Liciatorium, cui obvolvitur tela. *tert.* Honor, & reverentia maxima. *Gig. quart.* Latus; ora *altaris.* Ezec. 43. 13. margo. *quint. c. Coll.* Pullus struthionis, *et* cameli. 2, *Diptot.* Ad summam oram impletum *vas. sext.* Vehiculi muliebris genus, simile pilento camelino, quod *Ar.* הודג *Handezi dcr. sed illud non est concameratum.* 2, Lectica gestatoria, *Gall.* litere. *Avic.* II. 33. 26, 30. & *cum He fin.* Lectulus. I. 51. 21. Grabatus. Act. 5. 15. *sept.* Necessitate pressus. & Debitor. Rom. 8. 12. *Erp.* 2, Coopertus *homo cum pannis. Avic.* II. 30. 2.

¶ خف (*Act.* خفوف *irreg. Ar.* חוף, *Gig.*) *Fut.* I. Levis fuit pondere, dignitate; 2, Numero, *i. e.* paucus evasit. 3, Citò incessit. Celeriter migravit, discessit. Agilis fuit, talemve, & obsequentem præbuit se. *cc* ل *p.* 4, Vociferata fuit *hyæna.* II. Levem fecit *se. cc Ar.* מן. Jon. 1. 5. Allevavit *navim. cca.* Act. 27. 38. *seipsum. cc Ar.* עַן נפס. Exo. 18. 22. Levavit *aliquem ex servitute. cc Ar.* עַן. 1 Reg. 12. 9, 10. *labore. cc Ar.* עַן & מן. 2 Par. 10. 4, 9. Facilem *reddidit partum. Avic.* I. 185. 5. 2, Vocali brevi pro longâ affecit *consonantem. cca. Grammat. vel* Sine Tesdid vocem scripsit; III. Alter alterum sarcinâ levavit; *it.* 2, Vilipendit. *Gig.* IV. Levis fuit vox; *it. homo. Cam. sc.* statu, & conditione. 2, Levia habuit, *ac* agilia jumenta. 3, *Transf.* Pondere levem habuit. & Parvipendit *statutum.* 2 Reg. 17. 15. 4, *i. q. Arab.* אזאל מלה. *ccap.* 5, Leviter oneravit. *cca.* V. Ocreas indutus fuit. VI. *contr.* ثقل *Ar.* תתאקל, Agilem se gessit. X. Levem putavit. *cca.* 2, *cca*, Despectui habuit *rem.* Jos. 7. 12. Act. 6. 1; Ebr. 10. 29. *Erp.* & *cc* ب, Recessit *à voluntate.* Job 23. 12. 3. Levem effecit consilio, & mente, & ad levia, *ac* vana adduxit. *cca.*

خف 2 خ 3 خ *Pl.* اخفاف & 4 خفاف

5 خ، خ، خفاف 6 خ 7 خفيف، ة 8 اخف

9 خفي ; *prim. Act.* 4, I. *sec. Act.* 1, I. 2, *c quart. Pl.* Levis. Agilis. & Levis, *s.* pauci numeri, cœtus, populusve. *tert. c Pl.* Ungula, *s.* pes ipse cameli, *etiam* struthiocameli. & Pedis humani planta. 2, *c quart. Pl.* Ocrea. 1 Reg. 2. 5. Calceus. Ezec. 24. 17. calceamentum. Ruth 4. 7, 8. Act. 7. 33. *Erp. Avic.* I. 93. 39. & 142. 10. & 154. 29. & 610. 21. II. 87. 37, 42, 44. *Plur.* Tibialia. Dan. 3. 21. 3, Terra grossior, *ac* dura. 4, Camelus annosus. *quart. Pl.* 2, *sec.* & Celeriter onus ferentes juvenes pauperes. *Coran.* & *Pl.* 2, *tert.* Ocreæ. Esa. 47. 2. calcei. Ezec. 24. 23. *quint.* Levis pondere, dignitate, moribus. 2, Agilis. *sext.* Ocrearum venditor. 2, *sine Nunnat. Nom.* loci leonibus abundantis, prope Cufam. *sept. i. q. quint.* Levis *cibus, &c.* Num. 21. 5. Mat. 11. 30. *Avic.* I. 125. 49. & 141. 32. & 155. 19. & 162. 27. & 196. 33. II. 87. 41, 45. & Levis *quo vis modo. it.* Lenis *passus.* Jud. 20. 37. 2, Genus carminis. & *spec.* Rhythmus, qui sex vicibus fit formæ *Arab.* פאעלאתן פאעלאנן מסתפעלן. *Gig. oct.* Levior *placenta. Avic.* I. 139. 6. Levissimum *pondere.* 209. 2. *non.* Sobrius *vir.* Eccli 31. 22.

حفوف 2 حفوف 3 حفة 4 حفان *i. q.*

5 حفان ¶ 6 حفحوف *Plur.* حفاحف

7 حفحفة 8 حفحافة ; *prim. Act.* 2, 3, I. *sec.* Hyæna. *tert. Act.* 1. 3, I. & *Ar.* בחפה, Velociter. Esa. 5. 26. 2, *ipsa* Levitas *phlegmatis. Avic.* I. 72. 11. *in blanditiis.* 413. 20. *quart. i. q. quint. aut pro eo.* ¶ *sext. cum Pl. Nom.* avis quatientis alas. 2, Hyæna mas. *sept.* Vox, *s.* murmur vorantis hyænæ, canisve. 2, Sonus motæ novæ vestis. *non.* Per nares vocem edens *mulier.*

---

**חפא** AR. حفا *i. q.* حفأ 2 حفأ ¶ 3 حفأ, *prim.* Conjecit *in terram*, prostravit. *ccap.* ب; 2, *per Hypallag.* Percussit *terram illo. cc* . 3, Cohibuit *illum à re. ccap.* & عن. *Gigg.* VIII. Evulsit. *cca.* & *c* من. *Cam. sec.* Radix papyri alba, recens, esculenta. 2, *ipsa* Papyrus, & pars ejus viridior. ¶ *tert. Fut. A. i. q. prim.* VIII. 2, *i. q.* 1, I. *prim.* In humum impegit. *cca.* 3, Dissolvit, disjecitque, *domum suum, vel tentorium. cca.* 4, Fidit *utrem*, fissumque imposuit lacui aquatorio, nè aquam imbiberet terra. *cca.*

---

**חפג** AR. حفج, (*et. mediâ Fath. Cam.*) Ex crure malè habuit præ lassitudine 2, Cùm pedes anteriores cameli, festinanter surgentis tremere videntur, antequam eos humo tollat. 3, Distortus fuit pes. 4, *in genere*, Tremuit res. *v. Ar.* חפק. 5, Coivit. 6, Albo, nigroque distincta fuit *herba. sc. media Fath. Gigg.* V. Inclinatus fuit, declinavit.

حفج 2 ة 3 حفيج 4 حفاجة 5 احفج

¶ 6 حفاجل 7 حفحج ; *prim. Nom.* herbæ, *sc.* cinereæ, *s.* sub albæ. *Cam. i. q.* תודרי. 2, *Act.* & *ipsa* illa Affectio cameli; & *sec.* Hujusmodi *camelus. Gig. tert.* Aquæ potus. *Gig.* 2, Infirmus *vir. Cam. quart.* Quidam filiorum Amir. *Cam. quint.* Pedes tremulos habens, *ita ut supra dictum, camelus. v.* 2, I. 2, Pedibus distortus. 3, Genua ab invicem dissita habens. ¶ *sext.* Impeditus linguâ. *sept. i. q. Ar.* חנפג *Gol.* Multâ carne præditus. *Gig.*

---

**חפד** HEB. SAM. ࠇࠐࠃ *Ar.* חפט Observavit, oculos intendit. Num. 13. 1. *v. An. Samarit.*

ÆTH. ማኅፈድ: ማሕፈድ: Turris. Gen. 11. 4, 5, 8. Psa. 47. 11. & 60. 3. & 121. 7. Cant. 4. 3. & 7. 4. & 8. 10. Marc. 12. 1. Luc. 13. 4.

AR. حفد, *Fut.* I. Properavit incessu *camelus, struthio*; 2, *etiam* Ad famulandum *homo.* & 3, Agilis *in opere* fuit; & Ministerium præstitit. *Cam.* IV. *i. q.* 1, 2, I. 2, *Trans. cca.* Curavit, ut properaret. *Cam.* VIII. Festinavit. *Cam.* Acceleravit. *Gig.*

حفد 2 ة 3 حافد, f. ة, *Pl.* احفاد &

حفدة 4 حفدان 5 ة 6 محفد *i. q.* اصل

7 محفد 8 محفد 9 محفود 10 حفدلس

*i. q.* سوداء ; *prim. Act.* I. *sec.* Famulus 2, *Pl.* ة *tert.* Auxilia, copia auxiliares. *Cam. Bd.* 3, Incessus declinantis in latus. *Cam. Gig. tert.* Socius, amicus. 2, Famulus. 3, *etiam* Nepos ex prole. 4, Gener. Socer. Affinis. *quart. i. q.* 3, *sec. quint. Act.* I. *sext. i. q. poster. seq. et cum Ar,* אלסנאם, Radix gibbi camelini. *Gj. Cam. et* Res quædam, quâ jumenta pascuntur; 2, Vestium pictura, *et* variegatio. *Gig.* 3, *Nom.* Civitatis in Jemen. *Cam. sept.* Vas, scypho simile, quo mensuratur frumentum. 2, *i. q. poster.* 1, *sext. Cam.* 3, Limbus, *vel* instita, vestis. *Gig. oct.* Vi rapidâ secans *gladius. non.* Cui alii inserviunt, dominus. *dec. i. q. poster. seq. Gol. for.* Peccatum originale. *vel* Melancholia; 2, Nigellæ granum. *Gig.*

חֶרֶשׂ m. Teſta. Vas fictile (*Hinc Lat.* Cruſta, *per Metath. Gr.* ὄστρακον) Levit. 6. 28. *Pl. Cn.* חַרְשֵׂי Eſa. 45. 9. *Af.* חֲרָשֶׂיהָ Ezech. 23. 34.

חֲרֶשֶׂת f. Id. בְּקִיר חֲרֶשֶׂת in muro, *ut* teſtam. 2 Reg. 3. 25. *Al.* קִיר חֶרֶשׂ Jer. 48. 31. Eſa. 16. 11. *et* קִיר חֲרֶשֶׂת v. 7. *et* 2 Reg. 3. 25. *Nom.* Civitatis in terra Moab. *q. d. paries cruſtæ, ſeu* fictilis.

CHAL. חֲרַשׁ Aravit, fabricavit, machinatus eſt. *Maccoth. c.* 3. 9. חֲרַשׁ Implicatus, intricatus, condenſatus eſt, *more ſylvæ.* Job 8. 17. *It.* Siluit, obſurduit; *Hithp.* נִתְחָרֵשׁ Surdus factus eſt, *ut vitio aliquo. Pah* חָרֵשׁ Faſcinavit, incantavit. Ezech. 13. 20. חָרֵשׁ חָרְשָׁא Incantator, magus, præſtigiator, maleficus. Deut. 18. 10. *Pl.* Exod. 7. 11. f. חָרַשְׁתָּא Præſtigiatrix, c. 22. 18. *v. Metz.* 29. 2. *It.* Incantatio, maleficium, *Pl.* Nah. 3. 4. Iſa. 47. 9. חַרְשׁוּתָא & חַרְשִׁיוּתָא Id. Exod. 22. 17. *Jon.* חֵרֵשׁ, חֵרְשָׁא, חַרְשָׁא Surdus, mutus, *qui enim naturâ ſurdus is, & mutus* Exod. 4. 11. Pſal. 38. 14. *Pl.* Iſa. 56. 10. חכם חרשים Sapiens artificum, *is dicitur qui ſcientiam habet artium in actu ipſo, et habitum illarum. More Nevoch.* II. 34. חֵרְשׁוּת Surditas. חֲרֶשֶׁת Artificium. חֲרִישָׁה Aratio. *It.* Sylva., ſaltus. *Breſh. r. ſ.* 12. חוּרְשָׁא Id. Pſal. 80. 14. *Schebuoth* 6. 2. *Pl.* Jer. 4. 29. *kama.* 81. 1. חֲרִישׁוּתָא Denſitas, perplexitas ramorum, *vel* ſylvæ. Gen. 22. 13. *Jon.* מַחֲרִישָׁה Pecten, ſtrigilis. *Metz.* 113. 1.

SYR. ܚܪܫ Obmutuit, obſurduit, *at* ܚܪܫ Jugulavit, & Raucuit. *Ethpe.* Jugulatus eſt. *It.* Surdus, mutus factus eſt, obſurduit, obmutuit. Mich. 7. 16. *Ethpa.* Incantatus eſt.

ܚܪܫܐ f. ܚܪܫܬܐ 2 ܚܪܫܐ 3 ܚܪܫܐ

*vel* ܚܪܫܐ 4 ܚܪܫܘܬܐ 5 ܚܪܫܘܬܐ 6

ܚܪܫܬܐ 7 ܚܘܪܫܐ 8 ܚܘܪܫܘܬܐ 9

ܚܘܪܫܬܐ 10 ܚܪܫܐ 11 ܚܪܫܬܐ 12

ܚܘܪܫܐ 13 ܕܚܪܫ ; *prim.* Mutus, ſurdus.

Mat. 9. 32. 33. & 12. 22. Marc. 7. 32. *Pl.* Mat. 11. 5. Marc. 7. 37. f. c. 9. 25. *ſec.* Magus, incantator, magicam artem exercens. Act. 13. 6. 8. *Pl.* Gen. 41. 8. Act. 19. 19. *tert.* Incantamentum, magia, veneficium., ars magica, præſtigiæ, incantatio, *Pl.* Act. 8. 9. 11. *quart.* Surditas, & infantia ſermonis. *quint.* Veneficium. Gal. 5. 20. *ſext.* Saga, venefica. *ſept.* Raucus, *i. q.* חרוסא. *oct.* Raucitas. *non.* Jugulatio. *dec.* Jugulatus. *und.* Surda, *vel* muta. *duod.* Raucedo: Catarrhus, & Jugulatio. *dec. tert.* Filius myſteriorum Satanæ, ipſique adhæreſcens ܕܚܪܫ *dicitur. BB.*

SAM. ࠇࠓࠔࠌࠍ Præſtigiator. Deut. 18. 13. ࠇࠓࠔࠌࠉࠍ *Pl.* Id. 14. Exod. 7. 11. & 8. 18, 19. & 9. 11. Gen. 41. 24. *Conſt.* 8. *It.* Incantationes, 22.

ÆTH. ሐረሰ : Aravit. Luc. 9. 62. IV. አሕረሰ : Id. 1 Cor. 9. 10. ሐረሰዊ : ሐረሳዊ : ሐራሳዊ : Agricola. 2 Tim. 2. 6. Jac. 5. 7. *Pl.* ሐረስት : Mat. 21. 33. (ምሕረስ : Aratio. Num. 28. 18. *IL.*)

AR. حرس, *Fut.* I. *Gig.* Venatus fuit ضبا Crocodilum terreſtrem, *ſ.* lacertam lybicam; *hoc autem facere venator ſolet, motitatâ propè latibulum manu, quam ſerpentem eſſe putans lacerta caudam exerit feriendi ergo.* 2, Scalpſit. 3, Stigma *illi* inuſſit. *ccap*; 4, *cc Ar.* ב, *p*, Provocavit *aliquem.* Deut. 2. 9, 5, 18. *et cum Ar.* ל, *ad certamen.* 24. *et* Irritavit; *et cc Ar.* בין, *inter illos* Jurgia, *et* ſimultates ſevit; & *cca*, ſtimulavit *camelum*; 5, *cca*, *cum puellâ* reſupinâ jacente rem habuit. *Gig.* 6, *Intranſ.* Orta fuit inimicitia inter homines. 7, *mediâ Keſr.* Asperâ cute fuit. II. *i. q. media ſign.* 4, I. *et ead conſtr. Gig.* Irritavit inter ſeſe *homines, vel canes.* 2, Exaſperavit, aſperum reddidit. III. *i. q.* 2, II. IV. *i. q.* 1, I. 2, Puſtulas excitavit. *Ar.* אלהנא *ſ.* alchitran *jumento*; V. Exaſperatus, irritatus fuit; VIII. *cum Ar.* לעיאלה, Familiæ ſuæ opportuna alimenta curavit. *Gig.*

حرس 2 ة 3 حرس 4 حراس 5

حريس 6 ة 7 حراسة 8 حروسة 9

حرساء 10 حرسون 11 حراسين 12

احرس 13 تحريس 14 تحارس ¶ 15 حرسى

16 ة 17 حراسى 18 حرسى ; *prim. Act.* 1, 2, 6, I.

2, *cum quart. Pl.* Veſtigium, ſignum. 3, Honor; 4, Glaber, *ſerpens.* 5, *Prov. Ar.* הדא אגל מן אלחרש, Hoc eſt ex mendaciis eorum: *cùm enim lacertus parit, fœtum abdit. Gig. ſec.* Confragoſa. *R. tert. Act.* 7. I. 2, *et. licentia Poëtica pro* 1, 2, *prim.* 3, *mediâ Keſr.* Qui præ fame dormire non poteſt. *Gig. quart. Plur.* 2, *prim.* 2, Vir glorioſus, & honeſtus; 3, Vir miſſilibus præditus: *quod lacertos venetur*; *quint.* Camelus vorax; *et* qui ob ſpinas, quas ore contrectavit labris turgidis eſt; 2, Animalculum ad menſuram digiti, multis pedibus præditum; (*Cam. i. q. Ar.* דחאל אל ארן, Fullo.) Maritimum animal quoddam; Monoceros *Gig. et* 3, *præſert. cum Artic.* Genus ſerpentis albis nigriſque punctis variegatum. 4, *i. q. Ar.* כרכדן *Kerkedennon*, Rhinoceros, *à cutis aſperitate.* 5, *i. q. Ar.* כרך *at malè pro* 4, *prox. præc.* Gryps, *vel* grus *avis.* 6, *Ar.* אחרגת לה חרושי, Quod manibus meis acquiſivi protuli in medium. *Gig. ſext.* Hieracium *herba.* 2, Paſſer hirſutus, *piſcis.* 3, *primâ Damm.* Aſperitas; & cum aliquid glabrum, *et* hiſpidum eſt. *Gig. ſept.* Electrum; 2, Aurum; argentum; *oct.* Aſperitas. *R. non. Nom.* Herbæ. 2, Synapis ſylveſtris; 3, Serpens ſimilis ſinapi; 4, Camelæ craſſiores; 5, f. *duodec. dec.* Tribuli genus parvum, ovium pelli adhæreſcens. *undec. Pl.* ȳ *dec. duodec.* Aſper *nummus.* 2, *Scabies* Quæ nondum illita. 3, Aculeatus *caudâ. Ar.* צב *Dabbon, i. e.* Crocodilus terreſtris; *quin ſpec. Maſcul.* hic ipſe. z, *Leo Afric. Deſcript. Afric.* p. 760. *dec. tert. Act.* II. *dec. quart. Act.* 1, I. ¶ *dec. quint.* Quælibet res exigua; Aviculæ, ſtruthiocamelus exiguus; 2, *cc Ar.* מן Imbecilli *viri*: ſenes. *Gig.* 3, Squamæ piſcis. 4, Umbilici argentei, quibus ornantur arma. 5, *Hiſp.* Alharſofa, Cinara, carduus altilis: Scolymus, articoccus, *et* articactus. *Plemp. in Avic.* I. 176. 40. *tit.* & 192. 16. & 538. 13. *dec. ſext.* Terra aſpera, *ac* dura. *dec. ſept. Pl.* ñ *dec. quint.* Cardui ſpinoſi. *Avic.* II. 145. 37. *dec. oct.* Terra craſſior. *Gig.*

¶ حرس, *Fut.* I. *i. q.* حلس, Scabit ferro, *aut* unguibus. *cca.* 2, Stigmate ſignavit. *Cam.* Excoriavit. *Gig.* Scarificavit. *Bd.* 3, Ad ſe attraxit, *ſ.* retraxit *camelum* ligno adunco, *de quo infra. cca.* 4, *Intranſ.* Victum lucratus fuit, quæritavitve domeſticis ſuis. *cc Ar.* ל. II. Primos apices ariſtarum extulit *frumentum.* III. Scabit alium. *cca.* IV. *cc Ar.* ב *ferro illud* Limans decidere curavit. *Bd. Gig.* VI. Irritati fuerunt *canes. Cam. Gig.* VIII. *i. q.* 1, 3, 4, I.

كلب حراش 4 ر 3 ر 2 حرس

6 حروس

6 حروش 7 حرشاء 8 حِ 9 حراشي

10 محرش 11 حرشة 12 حراشة ; *prim.* *Act.* I. 2, Alimentorum postulatio. *Gig.* *sec. cum sext. Pl.* Lapsus substantiæ domesticæ, diminutio. *Cam.* Vilior supellex domûs; *tert.* Insomnis præ fame *homo. Gig.* *quart. i. q. Ar.* הראש. Irritatio. 2, Signum oblongius, quo notantur cameli. 3, Mendax *vir. Gig.* *quint.* Canis irritabilis, *et* mordax. *sext. Pl.* ₮ *sec.* *sept.* Terra. *oct.* Id. *Gig.* 2, Pulvis. 3, Quod inflatum ruptumque est. 4, Pellicula interior fracti ovi. (*et.* tenuis lacti obducta cremor. *Cam.*) 5, Pellis serpentis. 6, Pituita. 7, Spuma. *non. Pl.* ₮ *oct.* *dec.* Prima pars *seminis* è terra *exivit. Gig.* *undec.* Genus quoddam muscæ. *duod.* Quod de re ferro scalptâ decidit. 2. Jus debitumve exile.

محرش 2 محراش 3 محرش 4 محارش

5 محدرش 6 محروش ¶ 7 حرشب

8 حرشب 9 حرشوم 10 حرشفة *Plur.*

حرشف، حراشف 11 حرشاف 12 حرشفة:

*prim.* Lignum capite adunco. 2, Lignum incurvum, in quo calceos consuit Sutor. *sec.* Id. 2, *et. cum Ar.* ה. Stimulus; *tert.* Harpago; *quart.* *Canis* multum irritatus; *quint.* Id. *Gig.* *sext.* Notâ *Chiráschin* signatus *camelus.* 2, *i. q. quart.* *Gig.* ¶ *sept.* Q. Negligenter fecit *opus. cca.* 2, Haud *opus* firmum, validum effecit. *Gig.* *oct.* Crassus, procerus, & obesus. *non.* Promontorium imminens valli. 2, Mons magnus. 3, Terra crassa, *ac* dura. *dec. cum Pll.* Jugum montis. Collis. *undec.* Terra confragosa. *duod.* Id. *sc.* Crassior, lutulenta, per quam incedere nequeas. 2, Motus. *Gig.* 3, Confusio sermonis.

---

**חרת** חָרַת Exaravit, sculpsit, (χαράττω) Incidit, exculpsit. *PP.* חָרוּת Exod. 32. 16. חֶרֶת Chareth. *Nom.* Sylvæ. 1 Sam. 22. 5.

CHAL. חֲרַת *i. q. H.* *PP.* *Pl.* חֲרִיתִין Jer. 17. 1. Lev. 19. 28. *Jon. habet* חֲרִית Incisuræ. חֲרִתָא, חֲרַת Atramentum. *Schab.* 104. 2. *Nidda* 19. 1. *it.* Momentū. *Plant.* חֲרוּת, חֲרוּתָא, חריות Ramus palmæ, *qui succidi, et amputari solet.* *Succa* 32. 1. *Plur.* חֲרִיוָאתָא *Pesach.* 82. 1. *It.* חֲרוּתָה חרות Arefactum, & induratum, scirrosum. *Cholin.* 54. 1. *et* 56. 2. Speculator fulgurum. *GF.* חרתא דארגיז Urbis *nom. milliare à Bagdad distantis. Aruc.* חֶרֶת *i. q. H.* & *ibid.*

SYR. ܚܪܬ Excavavit, proscidit, aravit. *It.* Raucum fecit. *Ethpe. Pass. prac. It.* Irraucuit, raucus factus est.

ܚܪܬܐ 2 ܡܚܘܪܬܐ *prim.* v. אֲחַר *It.* Puppis. Act. 27. 29. *sec.* Blandimentum, titillatio, vellicatio, astutia, adulatio.

ÆTH. ሐረተ ፡ *v.* ሐወረ ፡ ሐርተመ ፡ Miser, perditus fuit, factus est. Psal. 37. 6. ሐርቱም ፡ Miser, perditus. *Pl.* ሐርቱማን ፡ 1 Cor. 1. 18. 2 Cor. 4. 3. 2 Thess. 2. 10. ሕርትምና ፡ Miseria, perditio. Psal. 31. 4. & 39. 2. Phil. 1. 28. & 3. 19. 2 Thess. 2. 3. 2 Pet. 2. 1, 3, 12, 19. (ሕርወት ፡ Scultura, cælatio. Exod. 28. 11. *IL.*)

AR. حرت 2 حرت 3 حرات 4 حرتة

5 ح 6 حرتة 7 محروت 8 حرتك ; *prim.* *Fut.* O. Vehementer confricuit. *cca.* 2, *mediâ Kesr.* Malæ indolis fuit. II. Amputavit *rem* in sphæræ modum. *Gig.* *sec.* *Act.* I. 2, Orbicularis sectio. 3, Strepitus manducantis jumenti. 4, Aratio. Gen. 45. 6. *v. Ar.* חֹרת. *tert.* Sonus flagrantis ignis. *quart.* Punctio narium ex acrimonia rei. *quint.* Helluo. *Gig.* *sext.* Id. Vorax *homo.* *sept.* Radix ₮ *Ar.* אנגדאן laserpitii, *s.* Silphii. Magydaris. *Avic.* I. 211. 8. *tit. et* 174. 42. *oct.* Exilis corpore.

¶ حرث, *Fut.* O. Lucratus fuit, *et* collegit, *opes. cca. et mel apis. Avic.* I. 208. 20. Negotia exercuit. *Gig.* 2, *i. q. Hebr.* חרש, Aravit. 1 Cor. 9. 10; Coluit *terram.* Ebr. 6. 7. *Erp.* Seminavit *eam. Gig.* Seruit. 3, Movit *ignem. cca.* Composuit, ut arderet. 4, Diligenter legit & meditatus fuit *Coranum. cca.* 5, Extenuavit jumentum equitatu multo *vel* impulsu. *cca.* IV. *i. q.* 5, I. *cca.* 2, *i. q.* 2, I. *hinc Ar.* אחרת לדניאך כאנך תעיש אבדא, Mundum tuum colito, ac si semper victurus esses. *i. e.* Recte agendo te exerce. VIII. *i. q.* 2, 5, I. *cca.*

حرث 2 حارث 3 حراث 4 حراث 5 ح

6 حاريث 7 حريثة 8 حرثة 9 احرثة

10 محرث 11 محراث 12 محارثة ; *prim.* *Act.* I. 2, Cultura *fundi.* 1 Reg. 2. 26. Aratio. Gen. 45. 6. Psa. 140. 7. 3, Satio. Psa. 64. 11. *Rom.* 4, Ager. Jud. 19. 16. 1 Sam. 20. 5, 11, 35. *et* 30. 11. 2 Sam. 20. 12. & Arvum. 5, Satum. 6, Quæstus, lucrum; & Confertæ divitiæ; 7, Plurium, intrà quatuor, fœminarum, conventus. *Cam.* 8, Concubitus *s.* matrimonium cum adulta, *et* Mulier: *qs. ad prolem suscipiendam à viro aretur*; 9, Radix veretri asini. *Gig.* 10, Via regia calcata ab ungulis; 11, Semen; 12, Studium *pec.* Alcoranicum; 13, Garrulitas cum dementia, cum quis sermone se stolidum præbet. *Gig.* 14. *Nom.* XV. Regis Jamanensium, *qui dictus Ar.* אלחרת אלראיש, quod reportatis in Yamanum spoliis populum ditavit. *Cl. Pocock. Spec. Hist. Ar.* 58. & *Harith fil. Hammani. Fabr. Spec. Ar.* 3. & *Nom.* Medici insignis. *Ab. Phar. Hist. Dyn.* 158. *sec.* Agricola. 2, *etiam c Ar.* אבו, Leo. 3, *Nom.* collis in Syriæ monte *Ar.* גולאן dicto. 4, *Nom.* XVII. regis Hirensium. *Cl. Pocock. Spec. Hist. Ar.* 70. 76. 77. 78. 5, Qui negotium exercet. *tert.* Pars arcus, in quam sagitta collocatur; *et* extrema, sagittæ pars; & Sagitta nec dum rectè aptata. *Gig.* *quart.* Arator. 1 Cor. 9. 10; γεωργὸς, agricola. 2 Tim. 2. 6. *Erp.* 2, Custos *et* observator. *quint. Pl.* ₮ *quart.* *sext.* Lucrator, negotiator; 2, Camelus macer; *sept. Nom. Unit.* 1, *sext.* *oct.* Latitudo in extrema arcûs parte, in quâ chordæ concidunt; 2, Quod est inter summum præputium *et* partem ad quam fit circumcisio; *non. Pl.* ₮ *tert.* *dec.* Id, quo ignis commovetur. *Gig.* *undec.* Rutabulum, quo in fornace proruunt ignem. 2, Aratrum. Luc. 19. 62. *duod.* Cùm ad prolem suscipiendam cum muliere concumbitur. *Gig.*

¶ خرت 2 خرت 3 رِ 4 خرت 5 خرت

6 خريت 7 خروت 8 خرتان 9 اخرات

10 مخاريت 11 مخرت 12 مخروت 13 خرتي

14 خرتا 15 ح 16 خرتمة ; *prim.* Perforavit. *sec.* Viæ monstrandæ gnarus fuit. *tert.* Circulus *s.* fibula corrigiæ virilis, *vel* cinguli muli; *quart. c Pl. Ar.* חֹרתֹה, Equus quidam. *Gig.* *quint. c sept. et non. Pll.* Foramen acus, securis, auriculæ, &c. 2, Costa pectoris parva. 3, Velox *lupus. Gig.* *sext.* Dux viæ solers. (*qs. deserta scindat, cum ea prætergrediatur. Gig.*) *sept. Pl.* ₮ *quint.* *oct.* Duo quædam sidera: juba Leonis *et* crines conferti inter spatulas. *Gig.* XI. Lunæ mansio. *Bd. v. Ar.* חֹרק. *non. Pl.* ₮ *quint.* 2, Fibulæ *s.* orbiculi cingulorum pectoralium, quibus horum extrema in jumentis ad invicem adducuntur. *dec.* Fissuræ, foramina, *qualia in pumice.* *undec.* Via recta. *Gig.* *duodec.* Fissus labio, nasove. ¶ *dec. tert.* Utensilia *et* res sequiores domûs. 2, Greges viliores; *dec. quart.* Formica rubro distincta. *Gig.* *dec. quint.* Laxis carnibus *et* crassis hypochondriis mulier. *dec. sext. i. q. Ar.* חרטם, Summitas, caput, calcei. *Cam. cit. Bd.*

---

**חשש** חֲשַׁשׁ Quisquiliæ, gramen torridum, cremium, *potius fo.* Calor, æstus, ardor *ita fere LXX, Vulg. Lat.* & *Interp. Orient. fere omnes,* Isa. 5. 24. חשש. συγκαυθήσεται [illegible] *Ar.* אלמחרק &c. Calor flammæ exurit, *ut Vulg. Lat. optimè, s.* ardore *flammæ dissolvitur: vel,* calor flammæ languescit (extinguitur, *Ar. Ox.* יטפי, *cui male annectitur* לא) *v.* סק: *sic* & c. 33. 11. concipietis חשש quisquilias; *nugæ!* æstum, *h. e. furibundas cogitationes, (impietatis, Ch.) à quibus* זמומים *olim suum videntur accepisse nomen. v. Chal.* חשבנין *conv c seq.* רוחכם *ira vestra;* & *c Ar.* חסם, & חשש. Esa. 5. 24. & 33. 11.

CHAL. חֲשַׁשׁ, חַשׁ Doluit: Anxius, solicitus, curiosus est; curavit, curam habuit. (Refrigeratus est, *Plant.*) Prov. 28. 17. 1 Sam. 24. 6. 2 Sam. 24. 10. *Pa.* חַיֵּשׁ Prov. 26. 10. *Fut.* Psa. 73. 21. *Pah. gem.* חַשְׁחֵשׁ Concepit, curâ fovit. Num. 11. 12. *Jon.* *Tal.* אינו חושש Non ille curat. חושש ¹ בראשו ² בשניו ³ בפיו ⁴ בעיני Dolet 1 ex capite, 2 ex dentibus, 3 in gutture, 4 ex oculis. *Succa*, 26. 1. *v.* *Schab.* 140. 1. חֲשָׁשָׁא Cura, solicitudo, suspitio. Eccl. 2. 25. אוהב שני שונאים לא יהיה בלי חששה Amicus duorum inimicorum, utriusque suspicione non vacabit. *Rab.* מיחוש Dolor, *Schab.* 11. 1. חֲשִׁישׁוּת Sensuum potentia, dominium: *al.* Securitas. 4. *sunt, quæ minus habet homo quam ipse credat,* שכל, טוב, אוהבים, וחשישות. *Rab.*

SYR. ܚܫ Passus est. Psa. 4. *tit.* Prov. 23. 35. Matth. 27. 19. *Pa.* ܚܫܫ 1 Pet. 2. 23. *et* 4. 15, 16. ܡܚܫܫ ܚܫ (ܡܚܫܫ *in MSS.*) stat contra (coram, palam, in conspectu fuit, *BB. utriusque Num.*) Isa. 65. 7. *Aph.* Dolore affecit, c. 53. 10.

ܚܫܝܫ ܚܫܝܫܐ 2 ܚܫܝܫܐ 3 ܚܫܘܫܐ

4 ܚܫܐ *Pl.* ܚܫ̈ܐ (*a*) ܚܫ̈ܐ ܕܪܥܝܢܐ (*b*) ܚܫ̈ܐ ܢܦܫܢܝ̈ܐ

5 ܚܫܝܫܐܝܬ 6 ܚܫܝܫܘܬܐ 7 ܠܐ ܚܫܝܫܘܬܐ ; *prim.* Conscius, Prov. 28. 17. 1 Cor. 4. 4. *sec.* Plenus passione. *tert.* Passioni obnoxius, Jac. 5. 17. *Pl.* Act. 14. 14. *Gramm. Verbum* Passivum, *Jos. Accur.* 213. *quart.* Passio, Psa. 2. *tit.* Heb. 2. 9. *Pl.* 2 Cor 1. 5, 6, 7. (*a*) Morbi ex distillatione, phthisis. (*b*) Passiones animæ. *quint.* Passivè, patienter. *Off. Mar.* 241. *sext.* Cura, sedulitas. *sept.* Securitas, incuria.

SAM. ࠏࠑ *Heb.* עץ Arbor. Gen. 1. 12.

AR. حش, *Fut.* O. Accendit *ignem. cca.* 2, *Metaph.* Concitavit *bellum. Gig.* 3, Avidum reddidit, *qs.* cupidine incendit. 4, Resecuit *herbam, fœnumve. cca.* 5, Herbâ siccioie, *s.* fœno pavit equum, eam porrexit *illi. cca.* 6, Alis instruxit *sagittam. cca.* 7, Exaruit *manus instar fœni*; *fœtus in utero et obiit, quòd pariendi tempus excesserit*; *it.* Subsidit fluvius; 8, Superavit *illum* præstantiâ conditionis; 9, Acceleravit *equus*; 10, Paravit multas *facultates*; 11, Præbuit *Zeido camelum. ccga. etiam cap, et Ar.* ב *r. Cam. Gig. unde Proverb.* חסך ותרותני, beneficiis te affeci & tu lædis me. *Gig.* אחשך ותרומני fœno te pavi, & tu fimo me conspurcasti. *Cam.* 12, Feriit in latera *feram quam persequebatur venator. Cam. Gig.* 13, Extensum cum lateribus fuit *dorsum cameli.* IV. Pabulatus fuit, *s.* pabulatum ivit; & Conquisivit, collegitque *Ar.* חשיש. 2, Arescentem in utero fœtum habuit *mulier.* 3, Aruit. *spec.* Exaruit *manus.* 4, Collegit *cum illo* herbam. *ccap.*; 5, *c Ar.* ען חאגתה, Illum accelerare feci ob indigentiam, *vel* negotium; 6, *i. q.* 3, X. VIII. *i. q. post.* 1, IV. *Gig.* X. *i. q. spec.* 3, IV. 2, Sitivit; 3, *Ar.* אסתחשהא אלשרם, Illius crura pinguedo tenuia reddidit; 4, *c Ar.* אלעצן, Ramus longus est effectus; 5, *c Ar.* אלסאעד, Brachium *s.* os brachii contraxit, quod magnum effectum est, ita ut manus apud illud exigua visa sit.

حش 2 ح 3 ح 4 حشش 5 حاشيش

6 حشاش 7 ح 8 ة 9 حشيش 10 ة

11 حشايش 12 حشاش *qs. pro* محشون

13 حشايشي 14 حشوش ، حشان

15 حشون ، ه ; prim. *Act.* I. 2, *c dec.quar. quint.sext. Pll.* Hortus: viridarium. *ſpec.* Palmetum. 3, Locus, ubi excernitur alvus, latrina: *quod circa hortos eſſe ſolet. v. etiam Ar.* אש. *ſec. i. q.* 2, *prim. tert. i. q.* 3, *prim.* 2, *i. q.* 2, *prim.* & 3, Quidam, qui ad pomerii, & horti exitum judicarent; 4, Embryo in utero extinctus; *quart. Pl.* 2, *ſept. Gig. quint.* Haſiſium, medicamentum Armenicum; *it.* Perſicum. *Avic.* I. 178. 18. *ſext. Ar.* חסאשך אן תפעל כדא, Hoc ſibi incumbit præſtare, quod ſibi ſuccedet. *Gig. ſept.* Reliquiæ vitæ, extremuſ*que* ejus ſpiritus in ægroto. 2, *c Ar.* יום, & *quart. Pl.* Dies quidam magnus; 3, Qui herbas metunt. *Gig. oct. c Pl. San.* Supremus ſpiritus. 2 Reg. 7.7. *non. Act.* 3, I. 2, *c undec. Pl.* Herba. *Avic.* I. 279. 15. Gen. 1. 11; Deut. 32. 2. *Erp.* Job 6. 5. & 40. 10. Pſa. 101. 12. & 105. 20. Jac. 1. 10. 1 Cor. 3. 12. *Erp.* Prov. 2. 26. 3, *pec.* ſiccior, *ſc.* pabulum ſiccum, fœnum. v. 25. *ut Ar.* רטב *Ratbon*, viride, & recens. 4, Pulvis foliorum cannabis, ex quo paratur electuarium inebrians; *quin* 5, hoc ipſum. 6, *c Ar.* גון, Sinus herbæ, *vel* viridis, *for.* Perſicus. *G. Nub.* 26. 18. & 28. 21. *dec. Nom. Unit.* ה *non.* Herba. *Avic.* I. 125. 44. & 513. 35. II. 84. 13. & *c Ar.* אלזגאג vitriaria, *ſ.* Helxine. I. 178. 1. *tit.* 2, *Ar.* אבו חשישה, Oeſophagus, *propr.* bruti paſcualis. *undec. Pl.* 2, *non.* Herbæ. *Av.* I. 166. 17. *et* 239. 9. *et* 279. 10. *et* 514 4. *duod.* Pabulatores. *dec. tert. c Pl. San.* Pabulator, fœni collector. *dec. quart. Pl.* ה *prim. dec. quint.* Id. *Gig.*

حشة 2 حشاء 3 احششا 4 احشاش

5 محش 6 ه 7 ه 8 محش 9 محشة *Pl.* محاش

10 محشوش 11 محشاة 12 مشحشة 13 Q.

حشحشوا ; *prim.* Ambitus *regionis.* Geneſ. 13. 6. *ſec.* Lapides. *Gig. tert.* Collum. *Av.* I. 301. 16. *quart.* Herbaceam referens, *vel* redolens naturam. *R. Bd. quint.* Locus fœno abundans. 2, *Metaph.* Locus bonis, commodiſ*que* ſcatens. 3, Locus ubi reponitur fœnum. & 4, Saccus pabulatorius. 5, Poſteriora *mulieris*, *ſ.* locus præpoſterus *coitus cum ea. Gig. ſext. i. q.* 3, 4, *quint.* 2, *propriè*, Inſtrumentum, quo reſecatur fœnum. 3, Rutabulum ferreum, quo commovetur ignis. *Hinc Ar.* אלכתיבה *Nima Mihasjo-Icatiba*, O ſtrenuum ducem. 4, Tyrannus, *vel* fortis. *Bd.* 5, Focus ex luto confectus. *ſept.* Rutabulum. *oct.* Cui in utero fœtus exareſcit *mulier. non.* Podex. *dec.* Turgida latera habens, *camelus. undec.* Ima pars ventriculi, *ſ.* inteſtinorum in quibus reſidet cibus, cum ad anum vergit. *Gig. duodec. Camelæ*, quarum tenuiora ſint crura ob magnitudinem, & pinguedinem; *dec. tert.* Q. Diviſi ſunt, & ſe commoverunt. *Gig.*

¶ خشّ, *Fut.* O. Trajecit annulum ligneum per cartilaginem narium *cameli. cca. v. Ar.* חום. 2, Immiſit ſe *in rem. cc Ar.* פי *r.* (Penetravit, ingreſſus fuit, *illud. Gig.*) 3, Clam corripuit, perſtrinxit*que hominem. cca.* 4, *i. q. Ar.* נאבה, Obviàm altera alteri venit *nubes. Cam.* Utilis, *ac* opportuna fuit. *Gig.* 5, *cc Ar.* מן, Sentitur, *Cr.* dubitatur, *Bel. in eo. Avic.* I. 296. 38. *vide Arab.* חס. IV. *i. q.* 1, I. *cca.*

خش 2 ه 3 ه 4 خشش 5 خاش

6 خشاش 7 ه 8 ه 9 خشيش 10 خشي

11 خوشي 12 خشاء 13 خشاشان ; *prim. Act.* I. *ſec.* Res aſpera. *Cam.* terrorem incutiens; 2, Res nigra, *vel* armilla? 3, Rei ſciſſio; 4, Modica pluvia, 5, Portulaca; 6, *Camelus* in cujus nari lignum ſit poſitum; *tert. i. q. Ar.* חל, Collis; *vel* Proſtratio in humum. *Cam.* 2, *i. q.* מהל, Similitudo: comparatio; 2, Proverbium; *quart.* Capreolus; Hinnulus cervi; *quint.* Unica portulaca. *Gig. ſext.* Inſecta terræ repentia, *ſ.* volatilia. 2, Parvo capite ſerpens. 3, *i. q. Ar.* אלדי ימצי, Qui ultra pergit, penetrat*que.* 4, Sui cerebri, animi*que* homo. *ſept. i. q. ſext.* 2, *Coll. & cum He fin. Unit.* Annulus ligneus, qui inſeritur interfinio narium cameli, ut ei annectatur habena: is *ſi* cupreus *ſit Ar.* ברה *Buraton*, *ſi* ſetaceus *Ar.* חומה *dcr.* 3, Saccus; 4, Defatigatio; Ira; 5, Latus, *eris.* 6, *i. q. Ar.* אלמאצי מן אלרגאל, [illegible]. *Cam Vir* qui præterierit. *Gig. oct.* Camelus pravus, vitio laborans, labori ſuccumbens; 2, Os poſt aures capillis denudatum; *non. i. q. quart. dec.* Quidam ita appellatus; *undec. Nom.* viri. *Gig. duodec.* Terra luto, & glareâ conſtans. 2, Locus apum, *ſ.* veſparum. 3, Locus palmarum; 4, Anus, podex; *dec. tert.* Duo quidam montes. *Gig.*

خشاء *pro* خشّاء *Dual.* خشّاوان

2 خششاء 3 اخشاش 4 مخش 5 مخش

6 مخشوش ¶ 7 Q. خشخش 8 ه 9

خشخاش 10 ه 11 خشاخش 12 خشخاشة

13 خشخاشي ، ه 14 متخشخش 15

خشلشيف ; *prim.* Os protuberans pone aurem. *ſec.* Quæ ſub oſſibus petroſis verſus occiput cernuntur *venæ. Avic.* I. 106. 37. *tert.* Cùm res rem penetrat; *quart.* Virilia. 2, Cùm aliquis ad opus excurrit nocturno tempore; 3, Equus audax. *Gig. quint.* Audax nocturno tempore. *ſext. Camelus*, cui in oſſe narium lignum poſitum. *Gig. ſept.* Q. Strepitum, ſonum*ve* excitavit colliſis rebus durioribus. II. Crepitârunt *arma*, colliſæ ſonuerunt *chartæ*, aridæ *herbæ*, novæ *veſtes.* 2, Deſtructum fuit *os in corruptione. Avic.* II. 101. 8. 3, Vociferatus eſt: exclamavit; 4, *cc Arab.* פי, *Mare* ingreſſus eſt; 5, Receſſit, & ſe ſubduxit *Gig. oct.* Strepitus talis, crepituſ*que. v.* 1, II. *ſpec* ſerpentis *in inceſſu. Avic.* II. 138. 42. *v. Ar.* כש, & קש. Crepitatio *fracturæ oſſium. Avic.* II. 109. 23, 40. & 116. 45. *non.* Papaver. *Avic.* I. 267. 30. *tit. al. hortenſe.* 31. *ſylveſtre: al. Rhœas.* 32. *nigrum.* 36. *maritimum, ſ. paralium.* 42. *ſpumeum, ſ. aphrodes.* 268. 3. *Dioſc.* IV. 64. 2, Armatorum hominum, loricatorum, *ſ.* cataphractorum, agmen. *dec. i. q.* 1, *non. undec.* Mons quidam altiſſimus in Duhnah, *duodec. i. q. oct.* 2, Cùm res aliam ingreditur, & penetrat. *Gig. dec. tert.* Papaveralis: *ſpec.* Paralius *tithymalus. Avic.* I. 188. 41. & *c He fin.* Papaveratum *electuarium.* 396. 48. *dec. quart.* Forma papaveris *avellana.* 252. 16. *dec. quint. i. q. Arab.* חשאף, Veſpertilio. Eſa. 2. 20. *Seld.*

---

## חשא חשא *vide* חשה.

AR. حشا 2 محشو & محشاء *Pl.* محاشي, *prim. Fut.* A. Scuticâ percuſſit in latere, *ac* ventre. *ccap.* 2, *cc Ar.* ב, *Baculo* verberavit *illum. Gig.* 3, *cc Arab.* ב. & *a*, Transfixit *ſagittâ.* 4, Subegit *mulierem. cca.* & 5, Ei nupſit. *Gig.* 6, Accendit *ignem. cca. ſec.* Veſtimenti groſſioris genus. 2, Subligaculum panni albi, *aut* quod corpori circumjicitur operimentum.

---

## חשב חָשַׁב

Cogitavit, excogitavit, deliberavit, conſultavit, exiſtimavit, putavit, imputavit, reputavit, ſupputavit, æſtimavit, conſideravit, imaginatus, arbitratus, ratiocinatus, eſt; machinatus eſt, *in malum. cc* אֶל, עַל, & לְ. Jer. 49. 20, 30. *Pa.* c. 26. 3. *Inf.* Exod. 31. 4. *Fut.* 2 Sam 19. 19. *Af.* 1 Sam. 1. 13. *Niph.* נֶחְשַׁב Imputatus, reputatus, æſtimatus, annumeratus, eſt. Num. 18. 27. *Fut.* Pſa. 106. 31. *Pih.* חִשֵּׁב Cogitavit, excogitavit, reputavit, ſupputavit, numeravit. Lev. 25. 50. חִשְּׁבָה Periclitata eſt: *ita LXX. Vulg. Lat. Ar. &c. Fut.* Hoſ. 7. 15. *Hithp. Fut.* יִתְחַשָּׁב. Annumerabitur. Num. 23. 9.

חֹשֵׁב m. Cogitans, *ſpec.* ſubtiliter *aliquid in artibus*: artifex, *aſ. cogitabundus*: artificium. Exod. 26. 1, 31. *Joma* 72. 1. *Hinc R. Solom. et Ab. Eſræ gloſſæ textæ ſunt.* 4, *ſunt quæ magis habent homo, quam ipſe* חֹשֵׁב *credat*; אויבים, עונות, שנים, וחובים, *Inimicos, peccata, annos et debita.* חֹשְׁבִים Obſervantes.

חֵשֶׁב m. Cingula, *quâ Ephod induebatur, et applicabatur Sacerdoti, et ornabat ipſum. R. Salom.* Artificium, opus Phrygionicum, *aut* acu pictorium, opus ingenioſum, *et* induſtrium. Ex. 28. 8.

חֶשְׁבּוֹן m. Cogitatio, ſupputatio, ratio, ratiocinium. Eccl. 7. 26, 28.

חִשְּׁבֹנוֹת m. *Pl.* Id. Eccl. 7. 30. *Symmach.* πολυπραγμοσύνην. 2 Par. 26. 15. Machinas, *LXX*; *Vulg. Lat. &c.*

מַחֲשָׁבָה *vel* מַחֲשֶׁבֶת f. Cogitatio, excogitatio. Exod. 35. 33. *Af.* מַחֲשַׁבְתּוֹ Eſth. 9. 25. *Pl.* מַחֲשָׁבוֹת. Jer. 11. 19. *Cn.* מַחְשְׁבוֹת 29. 11. *Af.* מַחְשְׁבוֹתֶיךָ Pſal 92. 6.

CHAL. חֲשַׁב, חֲשִׁיב *i. q. Heb. ib. Pah.* חַשֵּׁב Id. Jer. 18. 8, *Pa.* v. 11. *et* 29. 11. Ez. 11. 2. *Inf.* Iſ. 33. 18. *Fut.* Pſ. 52. 4. *Ithpa i. q. Niph. H.* לָא אִתְחֲשִׁיב Non æſtimabatur. 1 Reg. 10. 21. Pſal. 88. 5. *Pa.* 65. 2. *Fut* 50. 14. חָשֵׁב Æſtimator, ſupputator. *Pl.* חָשְׁבַיָּא Iſa. 33. 18. חָשׁוּב Reputatus, honoratus, magnæ æſtimationis vir. *Rab.* חֲשִׁיבוּת, חֲשִׁיבוּתָא Æſtimatio, exiſtimatio, dignitas, reputatio. *Batbra* 145. 2. *ſic* חשיבות השורש Radix nobiliſſima. חוּשְׁבָּנָא, חוּשְׁבַּן Cogitatio, ratio: Computus, ſupputatio, ſumma rationis ſubductæ, calculus. Pſal. 87. 6. Num. 26. 2. *Jon.* Eccl. 9. 10. Gen. 39. 11. *Pl.* Cant. 7. 4. חֶשְׁבּוֹן Id. Æra: *De varia apud Hebr. ſupputandi ratione, v.* צמח דוד *Vorſt.* 187. מלאכת החשבון Arithmetica. *Pl.* חֶשְׁבּוֹנוֹת Rationes, computi, epilogiſmi Aſtronomici. Eccl 7. 28, 30. *Judæis non licitum eſt Chriſtianum defraudare, ſed ſi in computando* בחשבון *errorem committat, id ipſi indicare Judæus non tenetur. Chaſidim*, 48. *num.* 395. *Maimon. Hal.* נולה ואבדה *c.* 11. *Schab.* 150. 1, 2. חישוב Supputatio. חַשְׁבָּנֵי, חַשְׁבְּנִין Chasbanæi, *Heb.* זמזמים Deut. 2. 20. *q. d. ſceleratarum cogitationum, et machinationum homines.* מַחְשְׁבִי Cogitativum, cogitabile, quod cogitatione tantum concipitur. *More* I. *c.* 74. מַחְשְׁבָא Cogitatio. Jerem. 49. 20. *et* 50. 45. *Plur.* מַחְשְׁבָן Ez. 38. 20. Iſ. 55. 8. מחשבה טובה מצרפה למעשה *Cogitationem bonam componit (Deus) cum ipſo opere.* מחשבה רעה אין קבה מצרפה למעשה *Cogitationem malam (Iſraëlitis) non reputat Deus pro opere. Kidduſh.* 40. 1. *Peah.* 16. 2. *T. Hier. cum Chriſtianis ſecus eſſe dcr.* רב המחשבת בטוב גורם להעשות ורב המחשבה ברע גורם להנצל *Diuturna cogitatio de bono (faciendo) cauſa eſt quod (tandem) fiat; et diuturna cogitatio de malo (vitando) cauſa eſt cur (tandem) vitetur.* מחשבי Λογικός. המלאכות המחשביות Artes Logicæ. *DD.*

SYR. ܚܫܰܒ *i. q. Heb.* Pſal. 77. 6. 2 Cor. 5. 19. Phil. 2. 6. *et* 3. 7. *Ethpe.* ܐܶܬ݂ܚܫܶܒ *i. q. Ch.* Iſ. 33. 8. Lev. 7. 18. Imputatus eſt, c. 17. 4. Pſal. 106. 31. *Ethpa* ܐܶܬ݂ܚܰܫܰܒ *i. q. H.* חשב. Gen. 50. 20. Pſal. 140. 3, 5. *et* 10. 2. 2 Sam. 14. 13, 14.

ܚܫܝܼܒ 2 ܚܽܘܫܳܒܳܐ 3 ܚܽܘܫܒܳܢܳܐ 4

ܚܽܘܫܒܳܢ ܡܰܚܫܰܒ݂ܬܳܐ ܘܡܰܚܫܒ݂ܳܢܳܐ 5 ܚܽܘܫܒܳܢܳܐ

6 ܚܽܘܫܒܳܢ ܠܐ 7 ܡܰܚܫܰܒ݂ܬܳܐ *Plur.*

ܡܰܚܫܒ݂ܳܬ݂ܳܐ 8 ܡܰܚܫܒ݂ܳܢܳܐ 9 ܡܰܚܫܒ݂ܳܢܽܘܬ݂ܳܐ

10 ܡܶܬ݂ܚܰܫܒ݂ܳܢܳܐ ; *prim.* Æſtimatus, computatus, deputatus, ſupputatus, reputatus. 1 Reg. 10. 21. Iſ. 2. 22. *Pl.* c. 40. 17. *ſec.* Cogitatio, mens. Jac. 3. 15. *tert.* Lamentationes, næniæ. Ez. 2. 10. *quart.* Computatio, ſupputatio, ratio. Exod. 5. 8, 14, 18. Mat. 18. 23. *quint.* Ratio accepti, *et* dati. Phil. 4. 15. *ſext.* In gratiam. Sap. 13. 17. *et* 14. 2. *ſept.* Cogitatio, diſceptatio. Act. 5. 38. Luc. 9. 46, 47. *Pl.* c. 2. 35. *et* 5. 22. *et* 6. 8. 1 Tim 2. 8. Suſpitio. Prov. 15. 22. Opinio. Sap. 17. 2. *oct.* Supputator, calculator. *non.* Supputatio, ratio, ſubductio. *dec.* Cogitatio, *et i. q. quart.*

SAM. ࠇࠔࠁࠄ Opinio, conjectura. Deo non eſt ࠇࠔࠁࠄ *Lit. Damm.*

ÆTH. ሐሰበ ፡ Computavit, reputavit. Pſa. 143. 4. Luc. 14. 28. Gal. 2. 5. IV. አሕሰበ ፡ Æſtimium habuit. Rom. 7. 13. V. ተሐሰበ ፡ Rationem poſuit, contulit. Matth. 18. 24. Luc. 16. 2. 2 Cor. 12. 19. Heb. 13. 17. ሕሳብ ፡ ሐሰብ ፡ Computus, ratio; Æra. Matth. 18. 23. Rom. 5. 16. 2 Pet. 1. 10. ሕሳብ ፡ ርቱዕ ፡ Computus verus, *Scal. d. Em. T.* 689. *A.* ሐሰብያ ፡ Nom. Propr. *Dictymus exp.* λογισμός, *q*ſ. *Rex* cogitationum *juſtarum Deus.* Pſa. 44. 15. *An. Æth.*

AR. أحسبة ² إحتسبوا ³ حسيب ⁴ حوسب ، ة ⁵ حواسب ; *prim.* Illi iram excivit; *ſec.* Convenerunt; *tert.* Veſtis, telave groſſior. *quart.* Lepus. 2, Vitulus. 3, Vulpes *mas.* 4, Ventre tenuis. *& contra* 5, Eo diſtentus. *v. Ar.* חשו. 6, Nexus tarſi & metatarſi *in jumentis.* & 7, *ipſe* Metatarſus talo ſimilis, tarſum & ungulam intercedens. 8, *etiam c He fin.* Multitudo: cœtus; *quint. Pl.* τȣ̃ *quart. Gig.*

¶ خشب , *Fut.* I. Commiſcuit *rem rei. ccap* ب *r.* 2, & *contra*, Selegit, exemit. *cca.* 3, Lævigavit, polivit*que gladium.* 4, *contra*, Aſciavit formâ rudiore *telum*, *arcum. ita &* 5, Sine ſtudio, nec adhibitâ limâ, compoſuit *carmen. cca.* 6, Primâ vice curvatum reddidit *arcum*, *eumve* confecit. *Gig.* V. Aridum, *ac* lignoſum velut, pabulum comedit *camelus.* VIII. *i. q.* 5, I. *cca.* XI. Craſſa fuit *aqua*, & herboſa fuit *terra.* XII. Aſper & impolitus fuit. 2, Induruit: ſ. *verè ipſos pedes, quibus nudis incedere aſſueverit*, ſ. *metaphoricè animum exercitatione & uſu.* 3, Patienter tulit incommodam vitam, toleravit*que* ob ſtudium rei; & Magnum conatum adhibuit, ut in vita ſe conſtantem præberet.

خشب ² خ ³ خ ⁴ خشب ⁵ ة ⁶ خشب
⁷ خشاب ⁸ خ ⁹ خشاب ¹⁰ خشيب
¹¹ ة ¹² خشبة ¹³ خشايب ¹⁴ خشبان ;

*prim. Act.* 5, I. Cùm carmen illâ ratione recitatur; 2, Macie confecti *greges. Gig. ſec. et ferè præpoſito Ar.* קשב. In quo nihil eſt boni *vir. tert. Pl.* τȣ̃ *prox. ſeq. quart. c tert. ſext. et dec. ter. Pll.* Lignum. Gen. 6. 14. Exo. 7. 19. 1 Cor. 3. 12. 2, Haſta *cuſpidum.* 1 Sam. 13. 21. Fuſtes. *Avic.* I. 77. 34. Stipes, aſſer. *Gig.* 3, Beryllus, *lapis.* Ap. 21. 20. *Erp. quint. Nom. Unit.* 1, *quart.* Lignum *lanceæ*, 1 Sam. 17. 7. Act. 13. 29. Trabs lignea. Matth. 7. 3, 4, 5. Luc. 7. 42. Act. 5. 30. & 10. 39. & 16. 24. *ſext. Pl.* 1, *quart.* 2, *Pl.* τȣ̃ *non. ſept.* Terra fluida ob quamlibet pluviam; *oct. Nom.* Populi Arabici. 2, *i. q.* 2, *prim. Gig. non.* Ligni venditor. *dec. c ſext. et dec. tert. Pll. Gig.* Rudiùs, *aut* ſimpliciter, dolata *ſagitta.* & Ruditer *aut* primùm cuſus *gladius.* 2, *contra* Lævigatus, politus. 3, Craſſus, duruſ*que camelus.* 4, Abactio; 5, Quod prohibetur; 6, Arcus curvus; 7, Sagitta, quæ primò aptetur. *Gig. undec.* Natura. *duod. i. q.* 1, 2, *quart. dec. tert. Pl.* τȣ̃ *dec. dec. quart. Pl.* 1. τȣ̃ *quart.*

خشب *i. q.* خشن ² أخشب ³ خشباء
⁴ خشبي ⁵ ة ⁶ خشيبي ⁷ خشيبة
⁸ خشباب ⁹ الأخاشب ¹⁰ خشوب
¹¹ الخشيب ; *prim. i. q. Ar. aut pro eo*, Aſper. 2, *i. q. ſec. præc.* 3, Aſperitas; 4, Vita incommoda deliciis carens; 5, Procerus, mole corporis præditus; cujus oſſa prædura ſunt. *ſec. i. q.* 4, *prim.* 2, Vitam incommodam gerens. *Gig.* 3, Aſper, craſſus, durus. 4, *pec.* Mons aſper ſ. ſalebroſus & magnus. 5, *Dual.* Duo montes Meccani. 6, Ligneus, *etiam* 7, fronte, *i. e.* Impudens. 7, Deſpectus, deformis. *tert. f. ſec.* 2, Res valida, deteſtabilis; 3, Herba arida. *Gig. quart.* Lignoſum *medicamentum.* I. 145. 1. Xylo. *cinnamomum.* 156. 32. *quint.* Id. 157. 9. Ligneum *vas.* 2 Tim. 2. 20. *ſext. i. q.* 3, *præc. dec. ſept.* Gens quædam ex *Ar.* נחמנה *Gig. in Ar.* נהינה; *et ſine He fin.* Locus prope Fuſtatum. *Cam. oct.* Funis aſperior, neque magnus neque exiguus; (*intermediæ craſſitiei.*) *non.* Montes quidam; *dec.* Commixta & confuſa *res*; 2, Qui primò conficitur enſis, expolitur*que*, *vel* cui notæ imprimantur; 3, Ex carne minutiore detritâ, ſed abſque condimento, cibus; *undec.* Regio quædam. *Gig.*

---

**חשד** CHAL. חָשַׁד Suſpicatus eſt, inſimulavit, ſuſpectum habuit *de facto, aut delicto aliquo commiſſo.* Deut. 24. 9. *Jon. Sanh.* 10. 1. *Breſh. r. c.* 63. & 85. & 99. יהא חלקי עם מי שחושדין אותו ואין בו *Sit portio mea cum eo quem ſuſpectum habent de crimine, quod non eſt in ipſo. Moed. ka.* 18. 2. *Niph.* אין אדם נחשד בדבר אלא אם כן עשאו *ib. Nemo eſt de re quapiam ſuſpectus, quin fecerit eam; ſi non totam, ex parte, ſi non ex parte, cogitavit ſe facturum, ſin minus, vidit & gaviſus eſt. Ithp.* Deut. 21. 3. *Jon.* חוֹשֵׁד Suſpicax חַשְׁדָן Suſpitionibus deditus, abundans. נֶחְשָׁד, חָשׁוּד Suſpectus. חשוד העריות *ſuſpectus de laſcivia*, *Kidduſh.* 82. 1. *Judæi non debent beſtiam conſtituere in hoſpitiis Idololatrarum (Chriſtianorum)* מפני שחושדין על הרביעה *q. ſuſpecti ſunt quod ineant eas, &c.* ע״ז 22, 24, & 26. *Jore dea, n.* 153. *Ammude gol.* 37. *num.* 100. *Bes Jacob.* 176. חֲשִׁידָא, חֲשָׁדָה, חֲשָׁד Suſpitio.

AR. حشد , *Fut.* I. Convênit. 2, *Tranſ.* Congregavit. 3, Vocati *aliqui* citò reſponderunt; *iique* hortati ſeduli fuerunt ſuppetiis ferendis; 4, Germinavit *ſemen*; 5, Citò uberibus plenis fuit *camela. Gig.* II. Coëgit *viros.* 2 Macc. 14. 1. IV. *i. q.* 3, I. *Gig.* V. *i. q.* 1, 2, I. VI. *i. q.* IV. *Gig.* VII. Congregatus fuit. Act. 28. 23. *Erp.* VIII. *i. q.* 1, I, & *cc Ar.* אלי *p, ad eum* Congregati fuerunt. 1 Reg. 8. 3.

حشد ² ش ³ ش ⁴ حشاد ⁵ حاشد
⁶ حشود ⁷ محشد ⁸ محشود ⁹ محتشد
¹⁰ متحشد ; *prim. Act.* 1, 2, I. 2, Perennis *fons.* 3, Agmen. *ſec.* Qui nihil reliquum habet, *aut* auxilii *aut* facultatum ob nimiam celeritatem; 2, *& Fluvius*, à quo facile aqua excurrat. *Gig. tert. i. q.* 3, *prim.* Multitudo *virorum. Gig. quart.* Non niſi ex multa, *vel* ex nimia, pluvia fluxum mittens *terra. quint.* Paratus, promptus. 2, Qui camelam mulgere non intermittit, *vel* ad eam mulgendam adſtat; 3, Palma multum frugifera; *ſext.* Lac in uberibus citò colligens *camela. vel* 2, Quæ lac non contrahit unicâ vice, licet prægnans ſit; *ſept. i. q.* 1, *ſec. Gig. oct.* Cujus ſervitio homines promti. *non. i. q.* 1, *quint.* 2, Avarus. 1 Cor. 6. 10. *dec.* Congeſſor *opum. c.* 5. 10.

---

**חשה** חָשָׁה (*per Metath.* σιγάω) Siluit, tacuit, mutus fuit: *Metaph.* quievit, ceſſavit. *In.* עֵת לַחֲשׁוֹת tempus tacendi. Eccl. 3. 7. *Fut.* אֶחֱשֶׁה tacebo. Eſa. 62. 1. *Hiph.* הֶחֱשֵׁיתִי ſilui. Pſal. 39. 3. *et activè Pa. Pl.* מַחְשִׁים ſilere facientes. Neh. 8. 11.

CHAL. חֲשַׁאי, חֲשַׁי Silentium, vox ſilenter & tacitè prolata; tacitum, ſecretum; Suſurratio, conſecratio magica, Job. 4. 16. 1 Reg. 19. 12. Clam, tacitè, ſecreto, *preſert. cum* ב. לשכת חשאים Cella ſecretorum, *in quam pii* בחשאי *projiciebant pecunias ad ſuſtentationem pauperum*; לשכת הכלים Cella ſupellectilis, *in quam varia vaſa dono ponebantur ad curandam labem Templi; utilia ad uſum Templi ſervabantur, reliqua vendebantur, et pecunia in reſtaurandam & conſervandam domum impendebatur; ſingulis menſibus hæ cellæ aperiebantur. Shekal. c.* 5. *Jom.* 44. 1. *v. Scal. Tribæreſ. c.* 26. חשאי Storea, matta ad cubandum. *Schabb.* 128. 1. *aliter nunc legitur.*

SAM. *Ethpa.* ࠀࠕࠇࠔࠀ *i. q.* ࠀࠕࠔࠄࠀ *vel pro eo*, Tardavit, *Chald.* שהא Gen. 43. 10. *An. Sam.*

---

**חשו** AR. حشا , *Fut. O. etiam ult. Je.* Implevit *cervical. Gig.* Replevit, farcivit. *cca.* 2, *c Je fin.* & *cc Ar.* ב. Indita fuit *dentibus planta. Avic.* I. 152. 2. IV. Contigit, læſitve, in interaneis, ſ. præcordiis. *ccap.* V. *c Je fin.* Sorbenda propinata fuit *decoctura. Avic.* I. 158. 24. *v. Arab.* חסו. VIII. Repletus, fartuſ*que* fuit. & *c Je fin.* Offarcitus fuit *carne. Avic.* I. 9. 16. 2, Induit *mulier Ar.* [illegible] חשיה *ſign.* 2. *cca.* 3, Stipavit pudenda ſua tomento, peniculove *fœmina* ad excipienda menſtrua. & 4, Cohibitus fuit *menſtrui ſanguis. Gig.*

حشو ² خ ³ ش ⁴ حاشي ⁵ ة ⁶ حشاء ⁷ ة
⁸ حشا ⁹ أحشاء ¹⁰ ا ¹¹ حشوة ¹² خ ¹³
حشية ¹⁴ محشي ¹⁵ محشو f. ة ¹⁶ حلسان ;

*prim. Act.* I. Impletio. *Avic.* II. 32. 45. & 37. 34. Repletio *vacui.* I. 9. 29. 10. 22. 2, Quod intus exiſtit *in oſſibus.* 45. 10. 3, Durities *membri. cc Ar.* מן. II. 84. 14. 4, Fartura: *ut cervicalis.* 5, Cameli parvi inter quos nulli magni. 6, Sequiores, & ignobiles homines, inferioriſ*que* conditionis. *ſec.* Deteſtandus filius; *tert.* Camelus exiguus; 2, Tomentum cujuſlibet rei; 3, Præſtantia *ſermonis*; 4, Anima, ſ. halitus viri; *quart.* Implens. *Gig. quint.* Durum *corpus. Avic.* I. 253. 17. *ſext. Pl.* τȣ̃ *dec. tert.* 2, Viſcera. Prov. 26. 22. *ſept. i. q.* 1, *tert.* 2, Nigra, bonis ſpoliata *terra. Gig. oct. i. q.* 2, *ſext.* 2, Tractus. 3, Pars, latus; 4, Regio; & 5, *ſub* Clientela *ejus ſum. Gig. non. Pl.* 1, *oct.* Inteſtina *mulieris.* Gen. 25. 23. *victimæ.* Lev. 3. 4. Viſcera. Pſa. 21. 11. *et* 70. 6. Prov. 12. 10. Act. 1. 18. *Avic.* I. 135. 13. & 278. 10. *dec.* Brodium. *Bd.* Jus *hordei. Avic.* I. 77. 1, 2. & alia, quæ ſorbentur. *v. Ar.* חסו. *undec.* Interanea *ventris*: ſc. inteſtina. & Interaneus *liquor. Avic.* I. 234. 36. 2, *i. q.* 5, *prim. duodec.* Id. *dec. tert. c ſext. Pl.* Stratum fartum: *ut lectus in quo ſedetur.* 2, Fartura, quæ ſubditur ad mentiendas ampliores mammas, *vel* nates: *ita ut facere macilentæ ſolent. dec. quart. i. q.* 2, *prox. præced. dec. quint.* Tomento repletum *ſtratum, tapetum. Gig.* & *cc Ar.* מן, Refertum *cor dolis.* Eccli. 1. 20. Plenus. *Avic.* I. 448. 12. *dec. ſext.* Præcordia *cordis.* Jerem. 4. 19.

¶ حشا ² حشاء ³ حشو ⁴ ش ⁵ حشو ;

*prim. Fut. O.* Viles, parvoſ*que* dactylos protulit *palma. ſec.* Niger dactylus. *Gig. tert. Coll.* Dactylus parvus, & vilis. *quart.* Dactylus corruptus. *Gig. quint. Act. prim.*

---

**חשח** CHAL. חֲשַׁח Neceſſe habuit, ציד *ita R. Abraham, Salomon, Saadia, Kimhi, Elia, Aquin; cautior R. Nathan qui plane omiſit: vocabulum eſt merè Syr. & à BB. per Ar.* חמר, נאפע, ואפק, צלח, *transfertur* Aptum, commodum, congruens, utile fuit; profuit, profecit; deſideravit: *ſemel per Ar.* יחתאג, *unde* חאגה Utilitas. Jerem. 31. 38. *Hinc vertenda tria in quibus occurrit loca.* Dan. 3. 16. לָא חַשְׁחִין Nihil proficimus *hâc de re tibi reſpondendo*, fruſtra laborabimus. Eſr. 6. 9. מָה חַשְׁחָן *cum Syr.* Quicquid voluerint. c. 7. 20. וּשְׁאָר חַשְׁחוּת Reliqua *autem vaſa quæ tibi* requiruntur, *h. e.* quæ uſui, & utilitati eſſe poſſint.

SYR. ܚܫܚ Aptum fuit, *&c. vide Chald.* Luc. 9. 62. Philem. 11. Heb. 6. 7. Eph. 4. 29. *Ethpa.* ܐܬܚܫܚ Uſus eſt. Act. 27. 3. 2. Baruc. 6. 58. *Off. Mar.* 165. 1 Theſ. 2. 5. Rom. 1. 26. 1 Cor. 7. 13. & 9. 12, 15. Abuſus eſt, 18. accommodatus eſt, quadravit. ܠܐ ܡܬܚܫܚܝܢ ܥܡ *Non ſunt accommodati cum reliquis. Moſ. Marden.* Uſum, conſuetudinem, familiaritatem habere cum aliquo, converſatus eſt familiariter, participavit. 1 Cor. 10. 30. Joh. 4. 9. *Sever. Rit.* 65.

ܚܘܫܚܐ ² ܚܫܚܬܐ ³ ܚܫܚܘ ⁴
ܚܫܝܚܬܐ ⁵ ܚܫܝܚܬܐ ⁶ ܚܘܫܚܐ ; *prim.* Uſus. Sap. 1. 10. & 13. 21. 1 Tim. 4. 3. 2 Tim. 2. 21. *ſec.* Deſiderium. Philip. 2. 25. *miniſter* ܚܫܚܬܝ voti, ſ. uſûs mei (*qui mihi uſui eſt*) c. 4. 16.

c. 4. 16. Rom. 1. 26, 27. Uſum *naturæ*. 1 Cor. 7. 31. Col. 2. 22, 23. 1 Tim. 6. 6.* *tert*. Id. Jer. 22. 28. Philem. 11. Facultas. Sap. 13. 16. Utilitas. 19. Emolumentum, c. 14. 29. 1 Tim. 6. 6. Valor. Heb. 9. 17. *quart*. Coagmentatione ſyllabarum, pronuntiationes articulatæ, *ac* diſtinctæ. *quint*. Operationes utiles, conducibiles ( *F*. neceſſariæ, *dubito*.)

**חשט** AR. حشط *pro* كشط.

---

**חשי** AR. حشي, ( *et. mediâ Fhath. Gig*.) Altius difficiliuſque ſpiritum duxit, aſthmate laboravit. 2, Pellicula, & lacte intus obductus conſpurcatuſve fuit *uter*. II. Limbo, *ac* margine præditam fecit *veſtem*. & 2, Notis marginalibus conſcripſit. *cca*. III. Excepit *aliquid* ab aliorum numero. ( & *aliquem. cc Ar*. מן *et ap. Gig*.) 2, Abſtinuit à re. V. Ab una parte fuit. 2, Excepit. *cca*. 3, Dixit *Ar*. חאשא abſit. 4, *cc Ar*. מן *p, ab aliquo* Vituperatus fuit.

حشٍ 2 خشي 3 حشي 4 حشي

5 حاشا 6 حاشية 7 حواشي 8 حشيان

9 محشٍ 10 ية 11 محشي 12 محشي

13 محشاة *Pl*. محاشٍ; *prim*. Anheloſus. *ſec. Act*. I. *tert*. Viſcera ventris. 2, Præſidium: protectio. 3, Caſtrum; 4, Quod eſt inter coſtas ad extremum latus uſque ad ancam. *Gig. quart*. Siccus, & in ſe corruptus. 2, *cum Ar*. מן אלנבת, Herba mucedine depravata; *it*. Stipula. *Gig. quint*. Præter, præterquam. *cca. vel cg*. 2, Abſit. & *cum affixo* ך Abſit à te, *ſicut latini dicunt*, ſalvâ tui reverentiâ. *v. Ar*. חוש. 3, Thymum *herba. Avic*. I. 76. 47. *et* 94. 32. *et* 130. 2, 3. *et* 174. 4. *tit. ſext. cum ſept. Pl*. Limbus, inprimis in latere: ora veſtis, *it. cortinæ*. Exod. 26. 10, 4; Labium, *ſ*. labrum, extremitates *menſæ*. c. 25. 25, 27. *Erp*. Margo. c. 36. 10. *panni. Avic*. II. 83. 9. *et* 116. 15. *et* 583. 7. *et* 839. 9. 2, Nota, *ſ*. gloſſa marginalis. 3, Inferioris ordinis homines. 4, Domeſtici, aſſeclæ. 5, Tractus. 6, Umbra, *et* 7, Protectio. 8, Cùm aliquis ab aliis excipitur. *Gig. Dual. cum Art*. Camelus annicula, *et* bima. *ſept. Pl*. ῶ *ſext*. Margines. *Avic*. II. 83. 10. 2, *Ar*. רקיק אלחואשי Commoda, commodiſve affluens, *vita*. *oct. i. q. prim. non*. Qui poſt ſe inſequentes alios habet; *unde dec. Ar*. מחשיה אלכלאב *eſt* Lepus. *undec*. Locus, in quo reſidet cibus. *Gig. duod*. Marginalibus notis conſcriptus. *dec. tert*. Amiculum hirſutum.

¶ حشي, Perterritum fuit *cor*. 1 Sam. 25. 37. Veritus fuit. 1 Reg. 18. 12. *Avic*. I. 504. 33. Timuit. Joſ. 10. 25. Pſal. 51. 6. *et* 55. 4, 12. *et cc Ar*. מן *à conſpectu ejus*. Pſal. 67. 5. *Rom. mala*. Pſal. 22. 4. *et ccar, calefactionem. Avic*. II. 32. 35. *et ccap*, Formidavit, timuit, *Deum*. Pſal. 21. 24. *et* 66. 8 *et* 32. 8. *Rom. ejuſque nomen*. Pſal. 85. 11. Act. 17. 4. *et cc Ar*. אן *Verbi*, Metuit, *ne*, &c. c. 19. 39. *Erp. et cc Ar*. עלי & *c* אן *verbi*, Metuit *de aliquo, ne*, &c. *Avic*. II. 36. 6. 2, *cc Ar*. באן *Biàn verbi ſeq. at al. per Ar*. עלם Novit, *al. per Ar*. כרה Abhorruit, *exponunt in Cor*. II. Metum incuſſit, terruit. *ccap*. III. *Ar*. חאשאני מחשיתה Meticuloſum ſe oſtendit mihi, at eo timidior fui. 2, *ccap*, Timorem *illi* incuſſit. V. Reformidavit. *cca*.

حشٍ, حاشٍ f. حشيا 2 حاشٍ , &

حشيا *Pl*. حشايا 3 حشا , حِ , حشاة

4 حشية 5 حِ 6 حشي 7 حشيان 8 حِ

9 احشي 10 احشا 11 محشي 12 محشاة

محشية; *prim*. Timidus. *ſec*. Formidans. *Gig. tert. Act*. I. *quart*. Id. 2, Timor, formido. Pſal. 5. 8. *et* 89. 11. *et* 118. 120. *quint*. Id. Timor *Domini*. Pſal. 2. 11. & 144. 6. *Rom*. 2 Cor. 5. 11; 1 Tim. 2. 10. *Erp. ſext*. Sicca *herba. ſept. i. q. prim*. Meticuloſus. *oct. Act*. I. 2. *ipſa* Formido. *non*. Timidior, meticuloſior. *dec*. Id. *Gig. undec*. Tremendus. Pſal. 75. 12. *duod. i. q. oct*.

---

**חשך** חשך Obſcurus, obſcuratus, fuit, tenebroſus, obtenebratus, fuit. Job 18. 6. Exod. 10. 15. Iſ. 5. 20. *et* 13. 10. *Hiph*. החשיך Obtenebravit, tenebras attulit, tenebras effecit, *vel* induxit. Amos 5. 8. והחשכתי 8. 9. *Pa*. מחשיך Job 38. 2. *Fut*. Jer. 13. 16.

חשך m. ( σκότος ) Tenebræ. Gen. 1. 2. *Aſ*. חשכי 2 Sam. 22. 29.

חשכים m. *Pl*. Obſcuri, ignobiles homines, *quos fama obſcura recondit*. Prov. 22. 29.

חשכה *et* חשיכה Pſal. 139. 12. f. Tenebræ, obtenebratio. Gen. 15. 12. *Cn*. חשכת Pſal. 18. 12. *Pl*. חשכים Eſa. 50. 10.

מחשך m. Tenebræ, tenebroſus, tenebricoſus locus. Pſal. 88. 19. *Pl*. מחשכים v. 7. *Conſt*. מחשכי 74. 20.

CHAL. חשך *i. q. Heb Ib. it*. Contabuit, ſenſim periit, obſcuratus eſt. Pſal. 6. 8. *et* 31. 11. *et i. q*. קשר. *Plant. Pah*. Obtenebravit. Pſal. 105. 28. *Aph*. id. 139. 2. 1 Sam. 17. 16. Job 38. 2. *Ithp. Paſs*. I. c. 3. 9. Pſal. 69. 24. חושך Angelus mortis, *qui creaturarum oculos obtenebrat. DP*. חשוך, חשוכא Obſcuritas, tenebræ. Gen. 1. 2, 5. Exod. 10. 22. Dan. 2. 22. *Pl. Em*. Pſal. 88. 7 חשך, חשכא id. v. 13. & 18. 29. חשכות Id. Deut. 28. 65. חשיכא, חשוכא, חשוך, Pauper, tenuis, egenus; macilentus, tabidus. Pſal. 113. 7. & 9. 19. Ezech. 13. 18. Pſal. 82. 4. *Pl*. c. 12. 6. f. Iſ. 54. 11. *Plur*. חשיכתא, חשיכן Gen. 41. 19, 20. *Jon*. בחשכתא Noctu, veſpere, cum jam veſpera advenit. *Metz*. 30. 2. רקיעי חשוך Pulvilli inopis. Ezech. 13. 18. Cervicalia ſcrutorum, *GF*. Segmenta ſcrutis conſuta *Ar*. רוקעא *dicuntur*, *Aruc*. חשכין, Teſticuli, ſecreta. *Schab*.

SYR. ܚܫܟ *i. q. Heb*. Luc. 23. 45. & 24. 29. Matth. 14. 23. & 24. 29. *Pah*. ܡܚܫܟ Veſperans. 1 Sam. 17. 16. *Aph. i. q. Chal*. Joh. 12. 40. *Ethpa. i. q*. I. Rom. 1. 21.

ܚܫܘܟ , ܚܫܘܟܐ , ܚܫܘܟܬܐ , *Plur*.

ܚܫܘܟܝܢ 2 ܚܫܘܟܐ 3 ܚܫܘܟܘܬܐ

4 ܚܫܘܟܘܬ *a* ܣܗܪܐ *b* ܫܡܫܐ *prim*. Tenebræ; tenebroſus. Luc. 11. 34. & 24. 1. Matth. 4. 16. & 8. 12. & 10. 27. f. Iſ. 45. 19. *Pl*. Eph. 4. 18. *ſec*. Id. Jac. 3. 15. *Trem. tert*. Obſcuritas, tenebroſitas. *quart*. Ecclypſis (*a*) Lunæ, (*b*) Solis.

AR. حشك, *Fut*. I. Lactis plenum fuit *uber*. 2, Copioſius pluit *cœlum. et contra* 3, Tenuem levemque pluviam effudit. *Gig*. 4, Invaluit *ventus*. 5, Proventu abundavit *palma*. 6, *i. q. Ar*. חשר, *aut pro eo*, Convenit, & ſimul congregatus fuit *populus*. 7, *Tranſ*. Non mulſam reliquit *camelam*, donec lacte repleta fuerit. *cca*. IV. Paleas tritas, *et* ſtramen præbuit edendas *jumento*; *et hæc* eas pabuli loco habuit. *Gig*.

حشك 2 س 3 حاشك 4 ة 5 حشاك

6 حِ 7 حشوك 8 حُ 9 حواشك 10 حشكة

11 حوشكة 12 حشيكة 13 محشوكة

14 حشكريشة ¶ 15 حَ 16 حشكر 17

حشكار 18 حشكانج; *prim. Act*. I. *ſec*. Id. *et* Cùm

aliquid valide adimitur; 2, Turma, ejuſque multitudo; *tert*. Continuus: quod conſequitur. *Gig*. 2, Proventu abundans *palma. quart*. Longe jacula jaciens *arcus*; *quint*. Fluvius. 2, *i. q. prox. ſeq. Gig. ſext*. Lignum, quod hœdi in ore poſitum *et* in cervice religatum prohibet à lactendo. *Camus. ſept*. Cui lac in uberibus citò colligitur *camela. oct. Act*. I. *non*. A diverſis cardinibus flantes *venti*. 2, Vehemens, *et contrà* imbecillus *ventus*. *Gig. dec*. Pluvia uberior, pluſquam *Ar*. בעשה. *undec*. Strepitus, quem audis in domûs parte, *et* in ſtatione; *duod. i. q. Ar*. כסיכה, Inimicitiæ, dolus; *dec. tert. Camela* in cujus uberibus lac congeſtum ſit. *Gig. dec. quart. Gr*. ἐσχάρα. *Angl*. **A Skar**, cruſta *vulneris. Avic*. I. 167. 21. *ignis ſacri*. 170. 24. ¶ *dec. quint*. Id. 108. 21, 22. *Pl. ſan*. 205. 31. *dec. ſext*. Farina furfuribus commiſta. 2, Furfuraceus panis. *dec. ſept*. Id. Furfuroſus *panis*. 274. 33, 35, 40. *et* 478. 34. *et* 516. 24. Hordeum Balearicum. *Gig. dec. oct*. Placentæ genus. *BB*. Artocreata. 2 Sam. 13. 5. 6, 8.

חשך Prohibuit, Gen. 39. 9. *Niph. Paſſ. præc*. Job. 21. 30.

CHAL. חשך Id. Prov. 13. 24. *et* 17. 27. חשוך Minutum, attenuatum, tenue. Jer. 10. 24. v. c. 30. 11. *et* 46. 28.

---

**חשל** CHAL. חשל (ὀλιϑίω) Debilitavit; contrivit, compreſſit, contudit; diduxit *æs*. Dan. 2. 40. Prov. 29. 11. *Elias apud GF. Cetuvoth*, 77. 1. *it*. Cogitavit, excogitavit, molitus eſt, *plerunque in malum*. Pſa. 36. 1. *et* 21. 12 *et* 41. 8. Prov. 6. 18. *et* 14. 22. Job. 6. 27. *Niph*. נחשל Debilitatus eſt. Deut. 25. 18. חשיל Compreſſum, contritum. *Chol*. 93. 1. חושלא Debilitas. *it*. Hordeum decorticatum. *Joma*. 79. 1. Aruc, *nunc non extat*. *Sanh*. 27. 1. *Metz*. 116. 1. *Bathra*. 36. 1. *Kama*, 30. 2. נחשולא נחשול Turbo, tempeſtas, Jon. 1. 4, 11, 12, 15. *Pl*. c. 2. 4. *Metz*. 59.

SYR. ܚܫܠ Conflavit, Exo. 37. 3, 13. *et* 38. 5. (incruſtavit auro, *vel* argento *F*.) Cogitavit, *ut Chal*. 1 Sam. 23. 9. Prov. 6. 14. *et* 16. 27. Pſa. 41. 7.

ܚܫܠܐ 2 ܚܫܠܐ 3 ܚܫܠܬܐ *Pl*. ܚܫܠܬܐ

4 ܚܫܘܠܐ 5 ܚܫܘܠܬܐ 6 ܡܚܫܘܠܐ; *prim*. Zithum, ptiſana. *ſec*. Aurificium. *tert*. Aurificium, ornamentum *ex auro argentoſè* conflatum; incruſtatio aurea, *ſ*. argentea. Jud. 18. 18. *Pl*. 1 Pet. 3. 3. *Ar*. חליה *BB*; *it*. Conflatilia, Deut. 7. 5. *et* 12. 3. *quart*. Aurifex, faber argentarius. *quint*. Aurificium; Aurifaber. *Bar. Cepha. ſext*. Tempeſtas procella; unda: Prov. 23. 34. Sap. 19. 7. Jon. 1. 4, 12. *Pl*. 15. *et* 2. 4. Pſa. 42. 8. *et* 65. 8.

AR. حشل *i. q*. رذل *cca*. 2 حشل *i. q*.

رذل 3 حشلة 4 حشيلة ¶ 5 حشل

6 حشل 7 حِ 8 حشِل 9 س 10 ة 11 حشيل

12 محشل 13 سِ 14 محشول; *prim*. Deteſtatus fuit *et* reprobavit *illum*; *ſec*. Quælibet res deteſtabilis *et* abjecta; *v. Ar*. חסל. *tert. i. q. prox. ſeq. Gig. quart*. Familia, quam quis alit. ¶ *quint*. Rejicit tanquam vilius. *cca*. 2, *mediâ Keſr*. Trita fuit *veſtis*. V. Rejectus fuit, viluitque. 2, Vituperavit; 3, Tutus fuit; 4, Quietum reddidit *illud*. *ſext. Coll*. Fructus palmæ pumilæ *et* ſylveſtris; *iſque imprimis* 2, aridus *aut* parvus; 3, Oſſiculum ejus. 4, Capita meta carpiorum compedumque muliebrium. 5, Quod vilius ſequiuſque eſt in quavis re. *ſept*. Ovum, cùm ab illo eductum eſt, quod continebat; 2, Bdellium, *idque* aridum *vel* recens, *vel* coloris citrini; 3, Nucleus illius; *oct*. Imbecillus; *non. i. q. ſept*. 2, Pravus, ineptus. *dec. Nom. Unit. ſept*. 2, Herba quædam coloris citrini, rubri & viridis; 3, Vertex muliebris amiculi ex unico filo contexti; *et* Summitas periſcelidum; *undec*. Arida folia; *duodec*. Migrans *vir*; *dec. tert*. Abjectus, reprobatus; *dec. quart*. Id. *Gig*.

**חשם** חַשְׁמַל m. Pruna. *LXX.* Electrum, *de quo vide Plin. Ex. Salmaſ.* 768. *et* 1081. *At Hebr. veteres fere omnes, & recentiorum nonnulli* nomen Angeli interpretantur : *v. Chagig.* 13. 1. *Maimon. Hal.* יס׳ תורה *c.* 1. 8 *More*, III. 7. *Accedit Syr.* ܢܛܘܪܐ ܕܐܠܗܐ *Arab. Ox.* מנטר אללה *Hinc etiam cum* א *ſcriptum comperio* חשמאל *qſ. ex Ar.* חשאם *&* אל Celſitudo Dei : *vel* חשם propinqui Deus, *autem ſæpe pro* Angelo *ponitur : Abravanel de ſtatuto, et decreto divino, ſ. ejuſdem vi, atque efficacia (ſo. per Angelum manifeſtatâ) intelligit.* Ezech. 1. 4, 7. & 8. 2.

חַשְׁמַן m. Magnas, primas. *Pl.* חַשְׁמַנִּים Pſal. 68. 32. *Judæis* Cardinales ita dicti.

CHAL. חַשְׁמוֹנָאֵי Chaſmonæi, *v. Scal. d. Em. Temp.* 436. *Middoth. L'Empereur.* 26. ספרי חשמונאי *Libri Macchabæorum.*

SYR. ܚܫܡ *Aph.* Cænavit. Luc. 17. 8. & 22. 20. 1 Cor. 11. 25.

ܚܫܡܝܬܐ 2 ܚܫܡܘܢܝܬܐ, ܚܫܡܘܢܝܬܐ *prim.* Cœna. Luc. 14. 12, 17, 24. 16. *Pl. c.* 20. 46. Mat. 23. 6. *ſec.* Monile, torques. *Al.* Ædificium, cujus ſunt curvæ opere fornicato aliquæ partes, porticûs inſtar. *BB.* Erat antiquitus nulla invitatio facta, niſi ad cœnam. *Panc. Mem.* I. *tit.* 51.

CHAL. כְּפַר Negavit. *cc* ב, abnegavit, Deut. 32. 15; Gen. 25. 34. *T. H.* v. 29. c. 18. 15; *Jon. Pa.* Jer. 2. 27. Pſal. 12. 5. *Fut.* Prov. 30. 9. כופר בעיקר Abnegans Deum, Apoſtata, Hæreticus, *Maim.* יסוד הת *c.* 1. 3. כופר בפקרון Negans depoſitum, *illegitimus ad teſtimonium, Metz.* 4. 1. *Sanh.* 102. 2. עָן 46. 2. *Pah.* Id. Lev. 19. 11.; & 5. 21; *Jon.* 2, *i. q. Heb. ib.* 3, Abſterſit, removit immunditiem, Prov. 30. 20. *Gittin.* 56. 1. *Cupit Deus* לכפורי ידיה abſtergere manus ſuas; *confer,* Matth. 27. 24. *Kama,* 100. 2. 4, Ramis percuſſit. *Sch.* כִּפּוּרָא Expiatio. *Pl.* כִּפּוּרַיָּא Lev. 23. 28. Exod. 30. 10, 16. Num. 5. 8. Cant. 4. 3. מחוסר כיפורים *Rabb. dicitur; qui ſacrificium expiationis non obtulit, Kelim. c.* 1. 5. *Sevach.* 17. 2. כַּפָּרָה Id. *Succa* 20. 1. *Quando Sacerdos magnus conſolationem accipit ab aliis, totus populus dicit,* אנו כפרתך Simus nos expiatio tua; *reſpondit a. Benedicti ſitis de cœlo. Sanh.* 18. 1. *Negaim c.* 2. 1. *confer,* Rom. 9. 3. *loco* כפרה ἀνάθεμα *habet Jom.* 23. 1. *Kidduſh.* 31. 2. *Jevamm.* 70. 1. *Sic dicunt Judæi de reo ad mortem condemnato, Sit mors ejus* כפרה *expiatio pro ipſo, & pro univerſo Iſraele. Gallus gallinaceus, quem in feſto expiationum offerunt etiam* כפרה *vocatur. Buxtorf. Synag. Ju. c.* 20. כפרא Abſterſio. *Kama* 101. 1. כפרא דורי Proluvies cortinæ; *ſeu* Penicillus tinctorius. *L' Emper. in lo.* 136. כִּפּוּרְתָּא Expiatorium, *Heb.* כפרת *ib.* Lev. 16. 2. *Jon. habet* בית כפורי Id. כְּפִירָה Negatio, abnegatio. כפירת העון שתי עוונות *Negatio iniquitatis duplex iniquitas. v. Metz.* 36. 1. *Kama* ma 105. 1. כַּפְרָן Abnegator; hæreticus. כפ׳ר Pelvis, crater, *i. q.* מורק *Sevach.* 25. 1. כוּפְרָא Pix; Bitumen. *Nedar.* 51. 1. *Schabb.* 67. 1. & 74. 2. *Gittin* 69. 1. בני כופרא Picarii, *h. e.* nautæ. *Metz.* 70. 1. כְּפוֹרָא Pruina *Heb.* כפור Exod. 16. 14. *T. H. aliàs per* גליד *vertitur*: *At Micva.* 7. 1. *Ohol.* 8. 5. כפור & גליד *conjunguntur qſ. differant; illis* כפור pruina, גליד Reſolutio vaporis humidi ex aquis calore Solis extracti. כופר Cyprus, *inſula. Kama.* 80. 1. *Canes* כופרים Cyprii: Cappari, *v. Geſn. de Quadrup.* 264. 2, Cypers *planta. Nidda* 8. 1. Gariophyllum, *Aruc.* כפר *Schevi. c.* 7. 6. Id. כוּפְרִי, כוּפְרָא Dactyli parvi immaturi, *Berac.* 36. 2. *Kama* 59. 2. *Peſac.* 52. 2. Ramus *dactylorum. Ketuv.* 10. 1. כְּפַר Pagus villa. *Avos c.* 3. 6. *Megill.* 18. 1. *Kerit.* 28. 2. *Meila* 7. 1. עַו 17. 1. כפרנחום *ita Syr. Æth. Ar. al.* כפרנעם Capernaum, *Urbs ſita ad oſtium Jordanis, in mare Tyberiadis influentis; in qua Civis fuit Chriſtus*, Matth. 4. 13. *(et Evangelii prædicatio exorſa eſt*, 17.) *Paſtor Jairus*, c. 9. *capitaneus* Centurio amicus Chriſti, c. 8. *ibi Chriſtus ſanat Paralyticum; ib. ſolvit* διδράχμον, c. 17. *concionem aliam inſignem habet*, Joh. 6. *alta priviligia, ut* c. 11. 23. *v.* Marc. 9. 33. Luc. 7. 1. Joh. 2. 12. & 4. 46. *Medras Cohel.. c.* 7. 27. & 2. 8.. *incolæ, ibi Hæretici vocantur, ut videtur quòd Chriſtum receperunt. Benjam. It.* 37. & 166. כַּפְרִי Villicus, ruſticus. *Pl.* כוּפְרִי, כַּפְרִיִּים Id. *Nedar.* 66. 1. *Trum. c.* 2. 5. כַּפְרָנִין Villæ, pagi, vici, 1 Reg. 4. 13. Joſ. 13. 30. Jud. 10. 4. Num. 32. 41, 42. Eſth. 9. 19. T. 2. כופרנאין *Elias.* כפר חנניה, כפר חנן Capher Hanania, *Nom. lo.* medium Galileæ. *Lightf. Cent. Ch. c.* 61. כפרנות Abnegatio; hæreſis. *DD.*

SYR. ܟܦܰܪ Negavit, de-inficiatus eſt, ingratus fuit, Gen. 18. 15. Sap. 12. 27. Matth. 26. 70, 72. & 10. 33. & 16. 24. Luc. 12. 9. Abrenuntiavit. *Sever. l. Rit.* 59. *Pah.* Id. *ib.* 60. Abſterſit, purgavit, diluit, abolevit, Iſa. 28. 18. *Fer.* Prov. 30. 20. *Ethpe.* Negatus eſt, Iſa. 28. 18. Luc. 12. 9. *Ethpa.* Abſterſus eſt, evanuit. *BB.*

ܟܘܦܪܐ 2 ܟܦܘܪܐ, ܟܦܘܪܘܬܐ 3 ܟܘܦܪܐ

4 ܟܦܘܪܝܐ 5 ܟܘܦܪܐ (a) ܝܗܘܕܝܐ (b)

ܚܡܝܪܐ (c) ܢܦܫܐ 6 ܟܘܦܪܐ 7 ܟܦܘܪܬܐ

8 ܟܦܘܪܝܬܐ; *prim.* Armarium. *F. ſec.* Abrenuntiatio *Satanæ, quæ ſit in baptiſmo. Sev. li. Rit.* 59. *tert.* Infidelis, incredulus; De-negans, Ingratus. *Plur.* Luc. 6. 35. *quart.* Abnegatio, infidelitas, ingrati animi vitium. *quint.* Cyprus, Cant. 1. 14. Bitumen, Gen. 6. 14. Exod. 2. 3. (a) Judaicum, *v. Arab.* (b) *i. q.* ܚܡܪܐ ܕܝܡܐ; (c) Spuma maris, *BB. ſext.* Mantile; 2, Aſinus; *BB.* 3, Purgamentum, 1 Cor. 4. 13. *Hinc Armen.* Chavaran, Purgatorium. *ſept. i. q. prim. F.* 2, Oppidum, Jud. 1. 27. Joſh. 15. 45, 46, 47. & 17. 11. *&c.* Villa, c. 13. 30, 31. *rectius* oppidulum, *de Dieu*, Luc. 9. 12. Num. 32. 41, 42. Deut. 3. 14. *oct. i. q. Ar.* אלחיל *BB.*

SAM. ࠊࠐࠓࠉࠌ, ࠊࠐࠓࠉࠄ *Pl.* Viculæ, Lev. 25. 31. Num. 21. 11.

ÆTH. ከፊር፡ Modius, Matth. 5. 15. Marc. 4. 21. *Pl.* አክፋር፡ Pſal. 80. 6. Cophini, ſportæ, Marc. 8. 19.

AR. كَفَرَ 2 كَفُرَ 3 كَ 4 كَ 5

كَفْر 6 ة 7 كُفْر 8 كَافِر 9 ة 10

كِفَار 11 ة 12 كُفَّار 13 ة 14 كِفَار

15 كَ 16 كَفُور 17 كُ 18 كَافَار

19 كَافُور 20 ة 21 كَفِرَة 22 كَ

23 كَفِرَة 24 كَفْرِي 25 كُفْرِي

26 كَوَافِر 27 كَوَافِير 28 كُفَّارِي

29 كَفِرِيَة 30 كُفْرَان 31 كَفِرِين

32 كَافِرَانِ 33 مُكَفِّر 34 مُكَفَّر

35 مَكْفُور 36 مُتَكَفِّر 37 تَكْفِير

38 تَكَفَّر 39 إِكْفَار 40 كَفِيرًا 41

كَفَر نَاحُوم; *prim. Fut. O.* Infidelis fuit. *Cor. Sur.* 5. 19, 73. & 34. 30. Non credidit *in Deum*, abnegavit *eum. Sur.* 2. 5. & 88. 22. *cc* ב, *p vel r, Chriſtum*, Act. 3. 13, 14; 2 Pet. 2. 1; Judæ. 4. *Erp. ſemetipſum*, Matth. 16. 24. *impietatem*, Tit. 2. 12; *& abſol.* Negavit, 1 Joh. 2. 22, 23; 2, Impius fuit, Rom. 11. 3; Impiè egit, 2 Pet. 2. 5; *cc* פי *r*, Impiè patravit *facta*. Judæ 15; *cc* ב *p*, Convitiis affecit *Deum*, Apoc. 16. 11; Blaſphemavit *adverſus Eum*, c. 13. 6. *Erp.* Ingratus *in Eum* fuit, Benefactorem non agnoſcens. *ccap. Cor. Sur.* 3. 89, 90. *conf.* Hebr. 6. 6. *Fut.* I. *Angl.* **To cover**, Texit, operuit: *etiam res una aliam. cca.* Occultavit *rem. cc* ב. *Cor. Sur* 3. 97, 114. II. *i. q.* 3, I. *cc* ען *p. Sur.* 5. 13, 65. & 2. 270. *conf.* 1 Pet. 4. 8. 2, Infidelem & incredulum vocavit, *vel* eſſe dixit: impietatis accuſavit. *ccap.* 3, *Heb.* כפר, Expiavit *crimen*: expiationem *pro eo* fecit. *cc* ען *r.* & à crimine liber fuit. 4, Humiliavit ſe *alteri*, manum pectori imponens & caput demittens: è longinquo exhibuit honorem & officium ſervi. III. *cum Ar.* חקר, Inficiatus fuit ſe illi aliquid; IV. In oppido, *vel* ruri moratus fuit aſſiduè. *Gig.* Affixus fuit terræ. 2, Vocavit *Ar.* כאפרא infidelem, *&c. ccap.* VIII. *i. q.* 1, IV. *ſec. Act.* 1, 3, I. 2, *cum dec. ſept. Plur. Hebr.* כפר, Pagus, vicus. *unde Arab.* כפרא, כפרא, Vicatim, de pago in pagum. *Ar.* כפר פחאר, Caphar Phacar vicus figuli, *Nom.* loci Rehæ, Edeſſæ, *Helenæ Conſt. Magni matris natalis. Euty. Alex.* 408. 3, *cum eod. Plur.* Sepulchrum. 4, Obſcuritas & caligo noctis. 5, Terra ab habitatione remotior. *v. Arab.* קפר. 6, Tellus æqualis; Oppidum; Pagus quidam; 7, Trabs craſſior, baculus brevior; 8, Cùm Perſæ ſuum regnum *et* regem extollunt, magnificant; 9, Occultatio. *Gig. tert.* Caligo noctis. *quart. Act.* 1, 2, I. 2, *cum dec. ſept. Pl. contr.* τῷ *Ar.* אימאן, *ipſa* Incredulitas, abnegatio fidei, impietas, Jer. 23. 15. *Seld. Cor. Sur.* 35. 39. *G. Nub.* 11. 10. 3, *contr.* τῷ *Ar.* שכר *Sjucron*, Ingratitudo. 4, *Hebr.* כפר, Pix quâ picantur naves. *quint.* Aquila; Aliæthus; 2, *cum Ar.* אלתמר Folliculus dactyli; vas dactylorum. *Gig. ſext.* Infidelis, Joſ. 3. 1. Refractarius, inficiator. *ita Judæos & Chriſtianos vocant. Scal. de Em. Temp.* 690. *d.* 767. *b.* 2, Magnus, ingens *ſeu* maximus mons, Jud. 15. 8, 11. *ſept. Plur.* τῷ *dec. ſext.* 2, *Plur.* τῷ *dec. ſept. Gig. oct. Act. & ut Subſt. cum dec. & vigeſ. tert. Pll.* Incredulus, infidelis, Joſ. 2. 1. Prov. 1. 7. Pſal. 50. 14. *Rom. Cor. Sur.* 64. 2. *Plur. Sur.* 2. 17, 22. *et* 23. 117. *et* 109. *tit.* 1. *ita Chriſtianos vocant. v. Comp. Muham. Cl. Warn.* 38. Impius, 1 Pet. 4. 18; 2 Pet. 3. 7; *cc* ב *p*, Negans *Chriſtum*, 1 Joh. 2. 22; 1 Cor. 5. 11. *Erp. et, Plur. San.* Ingratus, *qſ.* accepta beneficia tegens *i. e.* non agnoſcens. 2, Sator, agricola: *quòd operit injecta terræ ſemina.* 3, Qui loricam ſuam tegit ſuperindutâ veſte. 4, Tenebroſa *nox*: *quòd caligine ſuâ cuncta involvit tegitque.* 5, Mare: magnus fluvius. 6, Solitudo, longe diſſita *terra*; 7, *cum Arab.* פי אלסלאח, Qui ſtercus, immunditiam, ingreditur; 8, *cum Arab.* ען אלעאיט, Stercus conculcatum; 9, Herba; Domus; Locus quidam. *Gig. non. cum vigeſ. ſext Plur.* Incredula, infidelis, impia. *dec. Plur.* 1, 2, *oct.* Impii, 2 Pet. 2. 6. *Erp. undec.* Jejunium, *vel* eleemoſyna, quibus crimina expiantur; *duodec.* Seminator. *Gig.* 2, Ingratus. *dec. tert.* Piaculum, id quo expiatur penſaturque crimen. ἄφεσις, remiſſio, expiatio, Ebr. 9. 22. *Erp.* Propitiatio. *Gig.* Satisfactio. *Cor. Sur.* 5. 88, 94. *dec. quart. Plur.* 1, *oct.* Infidelis *turba*, Deut. 13. 13. *Cor. Sur.* 3. 90. & 47. 34. & 66. 9. *dec. quint. cum ſept. Plur. i. q.* 1, *oct. Gig. dec. ſext. cum ſept. Plur.* Id. Abnegator. *Cor. Sur.* 22. 66. *et* 76. 24. *dec. ſept. Act.* 1, 2, I. 2, *Plur.* 2, 3. *ſec. hinc Arab.* אהל אלכפור הם אהל אלקבור, Qui ruri morantur veluti ſepulti videntur: *quòd veluti mortui jaceant, nec regionum peritiam habeant. Gig.* 3, *Plur.* τῷ *quart.* 4, *Plur.* τῷ *dec. non.* 5, *Plur.* τῷ *vigeſ. quint. dec. oct.* Purgatiſſimum *aurum*, Cant. 5. 11. *dec. non. cum dec. ſept. vigeſ. ſext. et ſept. Pll.* Flores palmæ *aut* involucrum eorum, *etiam* florum vitis. 2, *Nom.* Fontis in Paradiſo. 3, Camphora, *ſpecies aromatis Indici, quod redditur candidiſſimum. Avic.* I. 189. 34. *tit.* 38. *et* 202. 12. *et* 204. 44. *vigeſ.* Caphuram reſipiens *terra*. 248. 19. Camphoratus *odor*. 285. 42. *vigeſ. prim.* Tenebræ. *vigeſ. ſec.* Ingratitudo. 2, Prævaricatio, tranſgreſſio, 2 Pet. 2. 16. *Erp. vigeſ. tert. Plur.* 1, *oct.* Impii, Judæ 4. & 15; Infideles, Pſal. 118. 119. negantes *gratiam*, 2 Tim. 3. 2. *Erp. vigeſ. quart. cum Arab.* רגל, Bajulus, fatuus. *Gig. vigeſ. quint. cum dec. ſept. Plur. i. q. dec. non.* Spatha palmæ. 2, *pro Heb.* העי, Hai. Gen. 13. 3. *Ar. Sam.* 3, *i. q. Arab.* כמתרי, *vel pro eo*, Pyra. *Int. Avic.* I. 550. 28. *vigeſ. ſext. Plur.* τοῖς *non. & dec. non. Cor. Sur.* 60. 9. 2, Cadi magni, lagenæ prælongæ. *Gig. vigeſ. ſept. Plur.* τῷ *dec. non. vigeſ. oct.* Magnis auribus; *vigeſ. non.* Oppida Syriæ; *trigeſ.* Infidelitas. *Gig.* 2, *Act.* 2. I. *Cor. Sur.* 21. 94. *trigeſ. prim. cum Arab.* רגל, Morbo laborans; *trigeſ. ſec.* Duo lateres; Duo lactis genera? *trigeſ. tert. i. q.* 7, *oct. trigeſ. quart.* Propitiator; 2, Valide ferro munitus. *Gig.* 3, Qui gratos non experitur, quibus benefecit. *trigeſ. quint.* Tectus opertuſque *cinis*, cui pulverem induxit ventus. *trigeſ. ſext.* Armis opertus, panopliam indutus. *trigeſ. ſept. Act.* II. Cùm vir alteri ſe demittit; 2, Diadema, cùmque Rex id induit; 3, *cum Arab.* אלימין, Cùm id præſtatur, ob quod pejerare neceſſe ſit; *trigeſ. oct.* Expiatio. *Gig. trigeſ. non. Act.* IV. *quadrageſ. Hebr.* כפירה, Caphira, *civitas in tribu Benjam.* Joſ. 9. 17. 2, *ſine* א *fin. pro Hebr.* העי, Hai. Gen. 12. 8. *Ar. Sam. quadrageſ. prim.* Capharnahum, *urbs*, Matth. 4. 13. & 8. 3. & 11. 23. Luc. 4. 23.

---

## כפש

*Hiph.* הִכְפִּישׁ Depreſſit, ſubegit, immerſit (ἐκύλισέ με) *v. Syr.* Thren. 3. 16. *Optimè hic ut ſolent LXX* ἐψώμισέ με. *ſuffragantur Arab. Ox. & nr. Vulg. Lat. &c. convenit iſte ſenſus cum phraſibus Scripturæ*, Pſal. 102. 9. Iſa. 44. 20. *at cinere aliquem ab alio immerſum eſſe, ſeu coopertum, locutio eſt hæc certè minus uſitata. Mitto quod* כפש *Hebræi faciunt i. q.* כבש, *unde Lat.* Cibus; *hoc etiam cum* אכל *et* שתה *conjungitur*, Zach. 9. 15. כפישה *denique Talm.* Vas *eſt* in quo conſervantur edulia; *Al.* Pulmentum. *v. Ar. infra, et* כפס.

CHAL. כפש *Hoph.* הוכפש *Omni tempore quo* מוכפשה depreſſa *al.* verſa eſt (*Eccleſia Iſraëlis*) *Breſh. r. ſ.* 75. כְּפוּשׁ Preſſum præ cumulo. *Menſura* כבושה accumulata, *Jevamm.* 107. 2. *conf.* Luc. 6. 38. כְּפִישָׁה Vaſis genus, continens 40. Seas. *Ohol. c.* 5. 6. *Gl. c.* 11. 8. *Exp. per* סַל Caniſtrum. *Al.* Menſura continens 43. ova, *Tibbul c.* 4. 2. *Chol.* 107. 1. *Al.* Corbis, *qua conſervant* poma; *Nidda* 7. 1. *Gitt.* 62. 1. *Al. i. q. Ar.* ותיק. כוּפְשָׁנִין Turtures, *Cholin* 62. 2. *pro quo* כובשני *Arus.*

∴

AR. الكَفِيسِر, Alcheffir *Bell.* Cibus, qui fit de extremitatibus animalium. *Cr.* Callus *ſeu* porus carnoſus. *Rin. Plemp. Avic.* I. 110. 2. *v. Arab.* כפס.

---

## כפת

כַּפְתּוֹר m. Globus, Sphærula, pomum *ſeu* malogranatum artificiale, cujus generis inter pinnacula, templorum & ſtructurarum magnificarum ornatûs causâ locari ſolent, Exod. 25. 33. Amos 9. 1. *al. hîc et* Soph. 2. Cardo, limen: *Syr. et Arab.* Domus, *eſt* locus *in quo pernoctare ſolet ericius*; deſolatæ ædes. *Plur. Aff.* Soph. 2. 14. Exod. 25. 31. *It. Nom.* loci, Cappadocia, *al.* Cyprius *inſula*, *v.* Jer. 47. 4. Amos 9. 7. *Plur.* Gen. 10. 14. *v. Benjam. It.* 226. *et Boch. Geo. Sac.* 329. 330.

CHAL. כְּפַת Vinxit, conſtrinxit, ligavit, Gen. 27. 1. *Jon.* Cant. 7. 5. Job 36. 13. Dan. 3. 21. *Tamid c.* 4. *Parah c.* 3. *Im.* Pſ. 118. 27. *Ecc.* 10. 9. Protudit, produxit *amygdalas*, Num. 17. 8.

איכפת *v. Syr. Pah. Inf.* Dan. 3.20. *Pa.* c. 3.23. *Ithp.* Intereſt, juvit, *cc* ל. לא איכפת ליה Nihil intereſt ipſius, *Berac. c.* 5.1. *Metz.* 40.1. כִּיפַּת Ambra, *Cerith.* 6.1. *al* Excrementum piſcis Jordani, *v. DP.* כופתא ,כִּיפְּתָא Cippus, vinculum, Jer. 20.2.3. & 29.26. Job 3.19. כִּיפַּת ,כופת Fruſtum, *Peſach.* 45.2. *Kel. c.* 22. Lignum *quo architecti utuntur in ædificando*, Trabs, c. 20. כופתא *v.* כפף. *Plur.* כפתורים Cappadoces, *Breſh r. ſect.* 37.

SYR. ܟܦܬܐ *vide* כפף.

ܟܦܬ ܒܪܘܬܐ Herba odorata, *cujus radix thus redolet. F.*

SAM. ࠊࠐࠕ Avertit, cohibuit. ࠊࠐࠕ · ࠉࠊࠐࠕ ࠕࠊࠐࠕࠍࠍ · Averte à nobis inimicos. *Lit. Dam* 2, I regit, coegit, *ut Ar.* Gen. 19.9.

ÆTH. ክፍት ፡ Elementa ante conſecrationem *vocantur ſic D. Loft. Cl. Scal. v. putat ſic vocari* Aſcenſionem Dominicam, *vel potius* Dominicam ſeptimanæ Litaniarum, *de Em. temp.* 697.

AR. كَفَتَ *Act.* تٌ 2 كَفَتَ 3 كَ 4 كَفْتٌ 5 كُ ، ةٌ 6 الكَافِتُ 7 كِفَاتٌ 8 كَ 9 كَفِيتٌ 10 مِكْفَتٌ 11 مَكْفِتٌ 12 مُكَافَتَةً 13 انْكِفَاتٌ ; *prim. Fut.* I. *ccar*, & אלי *p*, Aggregavit *ad ſe* recepitque *rem* (*cca*, Ad pectus admovit, recepit, adſtrinxit, *infantem*;) 2, *qſ. contrà, vel pro Ar* כפא, *ccap*, & ען *r*, Avertit, divertitque *ab inſtituto ſuo.* (*ccar*, Abſumpſit *divitias*;) 3, Propulit, & adegit vehementiùs. *cca.* 4, *intranſ.* Celeriter inceſſit, & ſe in unum contraxit. II. *i. q.* 1, I. *aut cum intenſione. cca.* III. *i. q. Ar* סאבק *ccap.* (Certavit, ſponſionem iniit cum illo de velocitate equi,) VII. *Paſſ.* 2, I. (Averſa fuit res *ab illius vultu*;) 2, Semet contraxit. 3, Totas capere voluit, *aut* corradere *opes. cca.* *ſec. Act.* I. 2, Congeries; Averſio; 3, Cùm res palam, *vel* occultè invertitur. *Gig.* 4, Pronum, *ac* ſupinum verti. 5, Sine obſonio *panis.* 6, Mors. 7, Olla parva. *tert. i. q.* 7. *ſec.* *quart. cum Ar.* מן אלחראת, Arator nihil amittens; *quint.* Unico tractu inſiliens *equus*, ita ut cohiberi nequeat; *ſext.* Spelunca ad quam latrones ſe recipiunt in eá ſupellectilem congerentes; *ſept Pl.* τοῖν *ſec* & *tert Gigg* 2, *Act.* 4, I. *hinc Ar.* מאת כפאתא, Derepente mortuus fuit *oct. i. q.* 2, *ſept.* 2, Locus, quo quid continetur, & congregatum extat *Cor. Sur.* 77.23. 3, Leo; Inceſſus celer, volatus velox; *non.* Levis, exilis; 2, *i. q. quart.* 3, Equus cujuſdam. *Gig.* *dec.* Qui duas induit loricas cum intermediâ veſte. *undec.* Id *duod. cum Arab.* מאת, Repentinâ morte obiit; *dec. tert. Act.* VII; 2, Macies, extenuatio, *equi Gigg.*

---

כצץ CHAL. כצוצטיות Tabulata, conclavia tabulatis diſtincta, *Maimon. Eruv. c.* 4. *al.* נווטרא Id. כצוצרא Tabula, aſſer, *cui aliquid imponitur*, *Sav. c.* 4. *al.* נסוסטרא, *et* כסוסטרא.

AR. كَصَّ 2 صٌ 3 كَصِيصٌ 4 ةٌ ¶ 5 كَصْكَصَ 6 ةٌ 7 كُصَاكِصٌ, *prim. Fut.* I. Tenui voce fuit. 2, Motus, & agitatus fuit. 3, Tremuit. 4, *cc* ב, Frequentata fuit *ab hominibus aqua.* 5, Se contorſit contraxitque præ labore. IV. Fugit. & In fugam converſus fuit. VI. & VIII. Convenerunt homines, & arctè confluxerunt. *ſec.* Conventus, congregatio. 2, Vox ſubtilis. *tert. Act.* I. Con-per-turbatio; Adſtrictio; 2, *cc Arab* מן נהר, Cùm quis ob ſolertiam inflectitur, & ſe recipit. *Gig.* 3, Vox exilis. 4, Strepitus, *ſ.* ſtridor locuſtarum. 5, Tonitru. *quart.* Cœtus hominum. 2, Rete, quo dorcades capiuntur. ¶ *quint.* Q. Celeriter inceſſit. *ſext. Act.* τῆς *quint.* Feſtinatio; *ſept.* Feſtinus. *Gig.*

¶ AR. كَصَا 2 كَصْمَةٌ كَصَا *Act.* كَصُوَ ; Eviluit, deſpectuſque evaſit, poſtquam in pretio fuit. 2, Actionem ignobilem patravit; *ſec.* Carne multâ ejuſque confertâ mole fuit. *Gig.*

¶ כֵּיצַד Quomodo; *qſ.* כאיזה צד Secundum quem modum? *Sanhedr. c.* 3.6

¶ AR. كَصَلَ *i. q.* دَفَعَ, (Expulſio, inſectatio. *Gigg.*)

¶ AR. كَصَمَ *Act.* كَصُومٌ, *Fut.* O. Retroceſſit. Reverſus fuit, unde venerat, poſt rem infectam. 2, *i. q. Ar.* דפע בשדה, Pepulit *eum* cum vehementia. *ccap.*

¶ AR كَصِيرٌ Brevis, pumilio. *Gig.*

¶ כקועא *i. q.* פקועה Colocynthis, *vel pro eo.*

---

כרר *Pih.* Q. כִּרְכֵּר Saltavit, ſubſiliit. *Ita communiter* H. *melius Ch.* 2 Sam. 6.14, 16. *qui per* משבח Laudans, *vertit; cumque eo Syr. et Ar. Optimè a. LXX.* ἀνεκρούετο *in organis modulatis* pulſando laudabat (*David Deum*) *Coram arca ſaltare, in more fuiſſe, vix aut ne vix puto comperiemus ullibi; an cum ſaltatione laudare Deum,* ἐπὶ χῳ: מחול *n.* Pſ. 149.3. *et* 150.4. *antiquiſſimi, accuratiſſimique Interp. de Inſtrumento muſico* (*ut hic*) *intelligunt; Favet Ar.* כרכר Agitavit, tractavit, verſavit. *At* 1 Par. 15.29. *per* מרקד *exp. Illud a. in ſenſu* Saltandi *etiam rariſſimè accipiunt illi Interp. In illo* Agitandi, ludendique *ſæpius; mitto quod de Davidis in Script. in tractandis hujuſmodi Organis peritia, aliàs legimus quam ſæpiſſimè, de tripudio autem ejus nuſpiam. Huc accedunt quoque qui* Plauſit *vertunt: Suffragatur contextus*, v. 15. *Hinc planè* κρόω, χαίρω (*vide de Dieu in loco*) & Taratantara; *altern.* כ *et* T; *ſic Chald.* כרכר *per Gall.* Tourtour, *Verticulum, vertit Maimon.*

כִּרְכָּרוֹת f. p. Veredarii. Iſa. 66.20. *Syr. Vulg. Lat. Pag.* Carucæ, *Angl.* Caretches, *Ch.* Laudes *vertit appoſitè ad præced. verbum*

כַּר m. Paſcuum, Iſa. 30.23. *Pl.* כָּרִים Pſal. 65.14. 2, Agnus, Iſa. 16.1. *Ar. noſtr. et Ox. ut LXX.* ἑρπετά. *al.* Camelus velox: *unde præced.* כרכרות c. 34.6. 1 Sam. 15.6. Amos 6.4. *al.* Vervex; aries, *Gr.* κριός. 3, Clitellæ, ſtramentum, Gen. 31.34. 4, *Pl* Duces, primores exercitûs, Ez. 21.22. *et* 4.2. *al* Arietes, inſtrumenta bellica 2 Reg. 11.4, 19. כָּרִי Duces, *pro* כרים.

כֹּר Corus; *omnia ſine Vau, v.* כור *ubi del. Vau.*

CH. כר Acervus, Sentis, Pulvillus; torus *Hal, Ol.* 153 כרכורין Saltationes, *Breſh rab. ſ.* 20. Quia riſiſti, Gen. 18.15. *de Sara dcr.* כמה כרכורין כרכר *ex uſu Ar.* Quot riſus ridebat, *ut loqueretur* (*Deus cum illa?*) *Sota* 21.2. *fin. T.H. Gloſ.* כמה גלגולין

כַּרְכַּר .גלגל Veruculum, *ſ.* ligneum, *ſ.* ferreum, quod figendo comprehendit, virga, bacillus lanificum ad excutiendum lanam, *Schabb.* 122.2. *et* 92.2. Radius textoris, 81.1. *Breſh. r. ſ.* 20. *Gloſ.*

SYR. ܟܪ 2 ܟܪܘܣܐ 3 ܟܪܝܬܐ 4 ܟܪܝܬܐ; *pr.* Ubi, ubicunque, *cc* ܕ Gen. 20.15. & 30.38. Jer. 2.26. & 13.7. & 40.4.5. לכר Quocunque, Jud. 2.15. 2 Sam 7.9. *ſec.* Confinium humeri, & colli. *tert* Contemptus, a. Reprobatus, parvus, puſillus. *F.* *quart.* Brachium.

SAM. ࠊࠓࠄ *i. q.* כרה Emit. ࠍࠊࠓࠄ Ememus, Gen. 43.2, 4, 42. ࠊࠓࠉࠌ *Pl.* Cori, *ab Heb.* כר Num. 11.32.

ÆTH ከረረ ፡ VII. አንከርከረ ፡ *convenit cum Chald.* כרך Volvit, devolvit, provolvit, Marc. 15.46. Matth. 27.60. Marc. 16.4. Luc. 24.2. መንከርኩር ፡ Rota, Pſal. 82.14. 2, Orbita, Hebr. 12.13. (ንከርካር ፡ Circumvolutio, circumrotatio; ኰሎ Κόνδυ, כוס Scyphi *genus*, Gen. 44.5. *Amharicè* id. *minus eſt quam* ኚ, *IL.*

AR. كَرَّ 2 كَرٌّ 3 كُ 4 كِرَارٌ 5 كِ 6 رٍ *ut* قَطَامِ 7 كَرَّارٌ 8 كُرُورٌ 9 كُ 10 كَرِيرٌ 11 الكُرِّيُّ 12 كِرِّيٌّ 13 ةٌ كَرَّةٌ 14 كَ *Pl.* كَرَّاتٌ 15 الكَرَّتَانِ 16 أَكَرَّ 17 إِ 18 اسْتَكَرَّةٌ 19 اسْتِكْرَارٌ 20 مِكَرٌّ *i. q.* مِكْرَرٌ 21 مُكَرِّرٌ 22 ةٌ 23 مِكَرٌّ 24 ةٌ 25 مِكَرٌّ 26 ةٌ 27 مِكَرَّةٌ 28 تَكْرَارٌ 29 تِ 30 تَكْرِيرٌ 31 تَكِرَّةٌ 32 تَكْرُورِي 33 كَرْكَرَ 34 ةٌ 35 كَرْكَارٌ 36 كِرْكِرَةٌ 37 كَرَاكِرُ 38 كُرْكُورَةٌ ; *prim. Fut.* A. Regreſſus fuit: recurrit, *cc* עלי *p. Avic.* II. 40.25. Curvata fuit *coſta.* I. 15.37. 2, *Tranſ.* Reduxit, *ſ. potius*, Repetivit, iteravit. *cca, vel cc* עלי. *Avic.* I. 149.11. & 500.23. & 507.37. & 509.40. & 549.34, 42, 43. Replicavit; & *cc* ען, Rediit *ab illo. Gig.* 3, *cc* עלי, Impetum *in eum* fecit, irruitque, Mich 6.5. *Selden.* *cc* פי. 4, *Fut.* I. O. Edidit è pectore ſonum, qui *Arab.* כריר *dicitur.* II. *i. q.* 2, I. *cca.* Repetiit *quid. Avic.* I. 45.27. *memoriam*, Ebr. 12.3. *ccar*, & עלי *p, ei ſermonem*, Luc. 22.59. Frequentavit *illud*, vice poſt aliam redire, *vel* effici curavit, illumve frequentem eſſe. *Gig.* Sæp ijs affixit *picem. Avic.* I. 168.36. 2, *pec.* Huc illuc agitavit *nubem* diſperſam in unum cogens *ventus. cca.* 3, Succinctorio induit. V. *Paſſ.* τῆς II. Iteratus fuit. Multùm recurrit, rediitque. *ſec. Act.* 1, 2, 3, I. Reditus; Summa; Prohibitio *Gig.* 2, *cum quart. et non. Pll.* Compes, pedis vinculum ex foliis palmæ, *vel* ligni ejus vilis fibriſve *Ar.* ליף *dictis.* 3, Funis, *pec.* craſſior: & quo conſcenditur palma, cùm trunci nodoſis partibus injicitur. 4, Pes, *i. e.* Funis, quo transfertur velum navis. 5, *cum dec. ſext. Pl.* Id, quo continentur duo ligna ſellæ camelinæ *Ar.* טלפתאן *Daliſetâni dicta.* (quod duas ſarcinas ſimul jungit:) 6, *cum quart. Pl. idem quod Ar.* חשי *Hisjon, vel* Scrobs, depreſſave pars arenarum, in quâ colligitur, *et* ſubſidit aqua *aut* quâ percolatur. *et* Puteus. 7, Campus, *et* arena pugnæ. 8, *cum dec. ſext. Plur.* Linteum ſtratumve ſuper quo peragitur precatio. 7, Corus *tritici.* Luc. 16.7. 8, *cum quint. Pl.* Res rotunda, Sorbitio; *tert. cum non. dec. ſext. Pll. i. q.* 8 *ſec.* 2, Indumentum. *Gig. i. q. Arab.* כסאּ *Kisâon*, Veſtimentum. 3, *cum quart. Pl. i. q.* 6, *ſec.* 4, Genus menſuræ aridorum Babylonicum, continens 7100 libras, *aut* 40. Artabas, *Ar.* ארדב, *vel* 12. onera. *Ar.* ושק, quorum ſingula faciunt *Ar.* צאע ſeas; *Gr.* κόρος, Luc. 16.7. *Erp.* 4, Corus, *ſ.* Cyrrhus Albaniæ Aſiaticæ fluvius. 5, Locus, *ſ.* oppidum quoddam; *quart.* Acus ad ornamenta firmiter adſtringenda. *Gig.* 2, *Pl.* 2, 6, *ſec.* 3, *Pl.* 3, *tert.* *quint. Pl.* 8. *ſec.* 2, Repetens, iterans, rediens. *Gigg.* *ſext.* Sphærula conchulave, *aut* ſimile quid, quo ceu philtro utuntur Arabum mulieres: *ubi inquit incantatrix: Arab.* יא כראר כריה *Ja Kerâri Currîhi.* *ſept.* Hoſpitium, *et* ſedes in Eſpahan; *et* Oppidum, *et* caſtrum quoddam; *oct. Act.* 2, I. *non. Pl.* 1, *tert. Gig.* 2, *Act.* 1, I. 3, *Pl.* 2, 3, 4, *ſec.* *dec.* Sonus è pectore editus: velut cùm quis ſtrangulatur, *aut* extremum reciprocat ſpiritum moribundus. 2, Raucedo ex pulvere. 3, Hoſtia jugulata, reboans. *undec. Cor. Sur.* 2.166. Summa; Vices; *duodec.* Sphæricus, rotundus. *dec. tert.* Globus, pila. *Gig. v. Ar.* כרו. 2, Stercus orbiculare jumenti putridum, quo poliuntur loricæ. 3, *pro Ar.* כוה, Feneſtra, 2 Cor. 11.33. *Erp.* *dec. quart.* Vicis una. *Du. Avic.* I. 89.31. *et* 602.37. II. 41.32. *et* 77.7. Impetus unus. Reditus. II. 41.16. 2, *Arab.* כרה *Kérratan*, Aliquando. *et Pl.* כראת *Kerrâtin*, *cum Ar.* עדידה, Frequenter, 2 Cor. 11.27. 3, *i. q. Ar.* גמלה, Summa: totum, univerſum, & *cum Pl. ſan.* Myrias. *Gram. Syr. Accur.* p. 152. 4, Mane, *ac* veſpera. *dec. quint. i. q. Ar.* אלקרתאן, Mane, & veſper: *quod eodem ordine recurrunt. dec. ſext. Pl.* 5, 8, *ſec.* 2, *Pl.* 1, *tert.* 3, *cum Ar.* אלטעאם, Vices, quibus quis cibum capit. *Gig*

*et*

*dec. sept. i. q. Andalusiis* טרנשולי *Hisp.* tornasol, Heliotropium: *ab obvertendo. Diosc.* IV. 193. *dec. oct.* Vis, coactus, ûs, ἀναγκή, 2 Cor. 9. 7. *Erp.* *dec. non. cc* מן· Iterare *quid. Avic.* I. 510. 23. *viges. i. q.* 2, *quint. Gig.* & Repetitus. *Avic.* I. 149. 5. & 323. 42. *viges. prim.* Id. 2, Multùm sæpius*que* videns. *Gig.* *viges. sec.* Iteratus *musculus. Avic.* I. 20. 35. *viges. tert.* Locus pugnæ. *viges. quart.* Id. & Castrum, acies. *Gig.* *viges. quint. Ad Arab.* כר· *Karrin. i. e.* impetum *et* insultum faciendum idoneus *et* propensus *equus.* *viges. sext. Gig. i. q.* *viges. sept.* Quæ bis quotidiè ad mulctram redit *camela.* *viges. oct. Act.* II. Iteratio. *Avic.* I. 510. 23. *viges. non. Act.* 1, I. *vel pro Nomine, non Actione habetur.* *viges. Act.* II. Repetitio *memoriæ peccatorum,* Ebr. 10. 3. *Avic.* I. 198. 40. *Adverb. cc* פ׳, Alternatim, repetitis vicibus. *Gig.* *triges. prim. Act.* 1, I. *triges. sec.* Tocruriensis *rex G. Nub.* 10. 7. *v. Ar.* חכר· *triges. tert.* Q *i. q.* 1, 2, I, *prim.* 2, Convertit *molam. cca.* Huc illuc *nubem* egit *ventus*, dum dispersa in unum congereretur. Abegit repulit*que eum à se. cca, et cum* עו *alterius.* 3. *i. q. Ar.* נמע, Collegit *rem. cca* 4, *i. q. Ar.* נבס, Detinuit, retinuit. *ccap.* 5, *cc* ב, Vocavit ad se *gallinam.* 6, *i q. Ar.* אנרום, Fugam cepit. 7, Impensè risit. *v. Ar.* קרקר. II. *Pass* Agitatus, *pec.* in aëre, fuit, 2, Huc illuc convertit se, *et* multùm *et* frequenter versatus fuit, *in negotio. cc* פי· 3, Retroacta fuit, refluxit*que aqua.* *triges. quart. Act.* I, *triges. tert.* 2, Folliculus, *seu* receptaculum veretri *cameli, hirci, tauri*; 3 *cum Artic.* Regio quædam. *Gig.* *triges. quint.* Præputium, *seu* membranacea theca veretri equini, taurini, hircini. *triges. sext* Locus pectoris pars*ve* ejus callosa, cui incumbit camelus. & Similis locus pectoris in mollipedibus aliis. 2, Hominum cœtus & caterva. 3, *cum triges. sept. Pl.* Vola pedis cameli; *triges. sept. Plur.* 3, *τῷ prox. præced.* *triges. oct.* Fluvius quidam. *Gig.*

---

**כרב** כְּרוּב m. Cherub, Exod. 25. 19. & 36. 8. *Genus est & universale Nom. ad omnem figuram*, *A. Ezra*; *sic omnium animalium figuræ*, Ezech. 10. *hac voce indigitantur; inde* ܟܪܒ *Syr.* Simulavit; & ܟܪܘܒܐ *i. q.* ܨܝܪ ܨܘܪ̈ܬܐ *Ar.* מצור בתמאתיל Formator Imaginum: *pec. in Lege sumitur pro effigie* Hominis, (pueri *cum aliis*, *q. d.* כרביא; *sec Hebr. ineptè satis*) *operculo propitiatorio Arcæ fœderis impositâ*; *Certè si Hominis imago erat, solitò altioris eam fuisse staturæ probare mihi videtur Maimon.* בית הבחי׳ *c.* 4. *Dicitur de Homine* Magno *ac potenti* בגדול׳ *sec. R. Da. respectu* magnitudinis *suæ*, Ezr. 28. 14. *inscius* (*ni fallor*) *veram prodidit vocis notationem*; ܟܪܘܒܐ *enim Syr.* Potens, magnus, fortis, *Ar.* אלקוי *inquit. BB.* *concinit illud* 2 Sam. 22. 11. *Jon. Ascendit* (*Deus*) *super Cherub* בגבורתיה; *Ideo & similitudinem* Bovis *denotat*; *loco* כרוב Ezech. 1. 10. *ponitur* שור c. 10. 14. *quod animal* Forte, magni *etiam Laboris, præs. in arando, unde* ܟܪܒ Aravit; & *peccatis inserviens expiandis* (*Ar. ideo* כרב contristavit) *typus Christi; qui ib. forsan intelligendus; ut* שור *armenti Dux, Christus fidelium*, Heb. 2. 10. Act. 3. 15. & 5. 31. Apoc. 1. 5. *conv. cum* רכב *de Dieu*, Gen. 3. 23. *Al.* כרוב *q. d.* ܣܘܓܐܐ ܕܝܕܥܬܐ ܘܚܟܡܬܐ Multitudo scientiæ, *v. Cel. Hotting Smeg. Or.* III. 290. *annuit Philo, apud Cl. Bx. Exerc. VII. c.* 9. *Joseph. Ant. li.* 3. *c.* 6. *Cherubin, dicit, animalia fuisse à nullo unquam homine conspecta*; & *li.* 8. *c.* 2. *conv. cum κρύπτω*: *Per* כרוב Psal. 18. 13. *R. Gaon videtur intelligere Columnam ignis, & nubem. v. Cl. Hamond.* Psal. 104. *C. Plur.* כרובים *at in Lege absque* ו *omnia* כרבים, *quæ tamen in Heb. Sam. perfecta sunt cum* ࠅ: Gen. 3. 24. Exod. 25. 19. Ezech. 10. 15. כִּרְבֵּל *Pyh.* מְכֻרְבָּל Opertus, indutus, 1 Par. 15. 27. *Hinc Brittan.* Cribel, *crista galli. Boch. Ge. Sac.* 751. E. & Crupellarii. 741 E.

CHAL. כְּרַב Aravit, *Schab.* 73. 2. *Kama*, 96. 2. כְּרָבָא Aratio, ager aratus. *Nidda* 65. 2. *Berach.* 38. 2. כְּרוּב, כְּרוּבָא *Pl.* כְּרוּבִין, כְּרוּבַיָּא *i. q. Heb. ib. Chagiga* 13. 2. 2, *prius* Brassica, *Plinio etiam* Caulis. *Trumos c.* 10. *fi. quæ duplex* של שקי & של בעל *egens*, & *non egens irrigatione*; *h. e.* agrestis & hortensis, *Bx. Nedar c.* 6. *fi* עו 29. 1. *Ketuv.* 111. 2. 3. Milliare, Gen. 35. 16. 2 Reg. 5. 19. *al.* Jugerum, stadium, spatium exiguum. כְּרָבָא Caulis. בהדי הוצא (לקיא) לקי כרבא Propter folium vapulat (*evellitur*) caulis; *Qui spinam herbæ bonæ adnascentem eradicare cupit herbam bonam simul sæpè extrahit*; *sic probi cum improbis non rarò castigantur. v. Adag. Drus. Chol.* 62. 2. כורבי לבנון Species herbæ, *seu* plantæ. *Kilaim c.* 1. *T. H.* כְּרוּבִת Clitellæ; ephippia; *al.* Phaleræ, Zach. 14. 20. כרוביא *v.* ברך. כִּרְבֵּל Texit, operuit; & *Lat.* Cribravit. *v. Aruc.* כרבלין Species instrumenti musici. *Bresb. r. s.* 50. & 23. *legitur* בורבלין *conv. cum* κέμβαλα, & κύμβαλα. כרבלתא, כַּרְבְּלָא Tegumentum, paludamentum, Dan. 3. 21. *Berach.* 20. 1. *est nom.* Vestimenti pretiosi, *Gloss.* rubri, *Aruc, instar* Cristæ galli. כַּרְבַּלְתָּא Crista, *Berach* 7. 1. *Sanh.* 102. עו 4. *Schabb.* 110. 2. כַּרְבִּיז *Nom.* loci. *Aruc in nostris lib.* כרבין *Chol* 59. 2. כִּרְבֵּק Sibilavit, Job 27. 23. *Aruc MS.* ברכק.

SYR. ܟܪܒ Aravit. *Pa.* Job 31. 38. *Fut.* 1 Cor. 9. 10. *Pah.* Simulavit, Dissimulavit, Eccli. 1. 20. *Ethpa.* Textus est. *F.*

ܟܪܒܐ (*a*) ܘܢܝܦܪ (*b*) ܟܪܘܒܐ 2 ܟܪܘܒܐ

3 ܟܪܘܒܐ 4 ܟܪܘܒܘܬܐ 5 ܟܪܒܐ 6 ܟܪܘܒܬܐ

7 ܟܪܒܠܬܐ; Sulcus, Psal. 65. 11. Aratio, Cultura, Brassica: Textrina, *F.* Arvum, Deut. 22. 9. Eccli. 7. 3. (*a*) *i. q. Ar.* חב אלערום (*b*) Nymphæa, *BB.* *sec.* Arator, 1 Cor. 9. 10. Cultor. *it.* Formator imaginum. *tert.* Cherub, *ut Heb. ib.* Opus artificis. 2, Fortis. Pupilla oculi. *quart.* Cultura: Fortitudo, vis, potentia *quint.* Ceratium; Brassica, Crambe. *sext.* Proxeneta. *sept.* Cristæ galli.

SAM. ࠊࠓࠅࠁ *i. q. Heb.*

ÆTH. ከረበ: *nondum occurrit.* ከርበ: Sporta viminea. Fiscella. *JL.* ¶ ምኵራብ: Synagoga, templum, locus congregationis, Marc. 3. 1. Joh. 8. 2. *Plur.* መኳርብት: Matth. 12. 19. *Aff* c. 6. 2. & 4. 23. & ምኵራብት: Act. 9. 2. ¶ ኮሬብ: Horeb. *Nom. Propr. montis.* ¶ ከርቤ: *Pers.* كهربا *Gr.* ἤλεκτρον *vulgò* Carabe. *Est propriè* Ambra, succinum. *vid. Boot. d. Gemm.* 2. *c.* 158. *Salmas. Plin. Exerc.* 1151. *D. Al.* Thus. *ibid.* Cant. 3. 6. & 4. 14. & 6. & 5. 1. 5. Psal. 44. 10. Joh. 19. 39. *Miss.* 174. *c.* 3. ¶ ኪሩቤል: Cherubim, Psal. 17. 12. & 79. 2. & 8. 1. ኪሩባዊ: Cherubinus, *Miss.* 172. 1. ¶ ኵርባት: *Est species artis Magicæ, quæ fit vocabulis occultis & Magicis. Pl* ኵርባታት: *sunt* preces superstitiosæ *vel* Vocabula Magica *quæ ab incantatoribus recitantur. tàm invidioso vocabulo reddidit interpres vocem φυλακτήρια*, Matth. 23. 6 *ubi* ኵርበባት: *mendosum est. JL.*

AR. كَرَبَ 2 كَرْبٌ 3 كُ 4 كُرُبٌ 5 رُ

6 كَرَّبَ 7 مَعْدِي & *c* كَرِبَ , بٌ , بَ

8 كَرَّابٌ 9 كِ 10 كُ 11 كَرَّابٌ 12 كُرُوبٌ

13 كَ , كِ 14 كَرِيبٌ 15 ة *Plur.* كَرَائِبُ

16 كُرْبَة 17 كَرِبَة 18 رِ 19 كُرَابَة , كَ *Pl.*

أَكْرِبَة 20 أَكْرُب 21 إِكْرَاب 22

مَكْرَب 23 رِ 24 مُكْرَب 25 ة 26

مَكْرُوب ¶ 27 كَارَبَا 28 كُرْبُج 29 كَرْبَك

30 كُرْبُر , بِ 31 كِرْبِر 32 كُرْبُج 33 ة 34

كَرْبَل 35 ة 36 كِ 37 الكَرْبِل 38 كُرْبَال

39 كِ *Pl.* كَرَابِيلُ 40 كَرْبَلَاءُ 41 جَاءَ

كَرُوبِيُّونَ 43 كَرْبَانُ 42 يَمْشِي مُكَرْبِلًا

الكُرُوبِيَّةُ, الكَرُوبِيُّونَ 44 كَرُوبِيَّة, كَارُوبِيِّين

45 كِرْبَاس *Pl.* كَرَابِيس 46 كِرْبَاسِيّ

كَرَابِيسِيّ 47 كُرْبَسَة 48 مُكَرْبَس 49

كَرْبَع 50 كُرْبُع 51 كِرْبِر 52 كُرْدُس *Act.*

ة 53 تكربس 54 كَرَبَاتٌ 55 مُكْرِبَاتٌ ;

*prim.* Anxietatem induxit. *Avic.* I. 99. 28. & 130. 16. Anxit animum, pressit*que dolor. ccap. it. et Pass.* Contristata fuit *anima*, Ruth 1. 13. Job 17. 1. *Avic.* I. 589. 27. Conturbavit *corpus.* 175. 35 *et mediâ Damm.* Afflictus fuit *spiritus*, Gen. 41. 8. 2, Arctiùs adstrinxit *compedem. cca.* 3, Invertit aratro *terram cca. et, ceu absolutè*, Terram aratro versam consevit. 4, In mediæ ansæ ligneæ *Ar.* ערקוה׳ *dictæ*, Funi duplicato triplicato*ve* alligavit *situlam*; ne funis major *et* primarius in aquâ putresceret. *cca.* 5, *i. q. Arab.* אוקר, Oneravit, *pec.* graviùs, *camelam. cca.* 6, *i. q. Ar.* קרב, *aut pro eo*, Propinquus fuit, appropinquavit: *pec. Sol* occasui; & interitui *vita ignis, i. e.* ut extingueretur. & Prope fuit parum*que* abfuit, *quin fecisset. cc* אן *An.* (*Arab.* אלא אבל מאיה או כרבהא, Hi cameli centum sunt *vel* prope ad centum accedunt;) 7, Comedit dactylos, qui post amputatos racemos ex infimis ramorum partibus collecti essent. *v. dec. non.* 8, *Fut.* O. Cepit inferiores illas ramorum partes de palmâ, (ad funem elaborandum;) *v. sext.* 9, *mediâ Kesr. Fut.* A. Ruptum habuit situlæ suæ funem, qui *Kérebon dicitur. v. sext.* 10, Ob mœrorem in loquendo retulit sonum Tac, Tac, referens sonitum tabulæ pistoris. *Gig.* II. *i. q.* 4, I. *cca.* & *i. q.* 7, I. III. *i. q. Arab.* קראב, *aut pro eo. cca.* (Mutuò *ad illum* appropinquavit, & affinitatem *cum ipso* contraxit;) IV. *i. q.* 4, I. *Gig.* 2, *Trans.* 1, I. Conjecit in angustiam, mœrore affecit. *ccap.* 3, *i. q. Ar.* אסרע, Properavit. V. Collegit decerpsit*ve dactylos Arab.* כראבה׳ *dictos. cca.* VIII. Mœrore affectus fuit, mœruit, angorem cepit. *sec. Act.* 1, 2, 4, 5, I. 2 *cum duodec. Pl.* Animi angor & solicitudo. Mœror, Job. 7. 11. 2 Cor. 2. 4. *Erp.* *Avic.* I. 43. 31. & 51. 51. & 207. 36. & 314. 2. & 402. 26, 33. Anxietas *stomachi.* 453. 10. *tit.* Angustia. 512. 40. & 542. 29. & 573. 37. II. 10. 12. & 18. 15. *tit.* Afflictio, calamitas, Eccli. 18. 21, 23. *Cor. Sur.* 6. 63. & 21. 76. & 37. 73, 116. *tert.* Mœror *cordis*, Psal. 60. 2. *Rom. et* 106. 28. Eccli. 38. 19. angor, c. 51. 14. 2, Vinculum; Adstrictio; 3, *cum Ar.* אלארץ׳, Cultura, electio terræ ad seminandum; *quart. Pl. τῷ dec. sext.* Angustiæ; *quint. i. q. Arab.* כרנב, Brassica. *Gig.* *sext. Act.* 1, I. 2, *Pl. et Sing.* Radix, infima*ve* pars rami palmæ, ea*que* crassior *ac* latior. 3, Funis, qui ad mediam urnæ ansam religatur. *v.* 4, I. *prim.* 4, *Ar.* אבו כרב, *Nom.* Propr. *Gig.* *sept. Pass. Madîjon tantùm, vel seqq. Nom.* Propr. *oct. i. q.* 3, *tert.* 2, *i. q. undec.* Unus; *non. cum dec. sept Plur.* Aqua fluens, ejus*ve* decursus in alveo fluvii. *Gig.* 2, *Act.* 1, 3, 6, I, *prim.* 3, *Plur. τῷ dec. sept.* *dec.* Dactyli qui colliguntur ad radices rami. *Gig.* *undec.* Aliquis, ullus, *haud domi est.* *duodec. Act.* 6, I, *prim.* 2, *Plur.* 2, *sec.* Mœrores, angores. *dec. tert.* Cherub, Ebr. 9. 5. *Pl. San.* Exod. 25. 19, 20, 22. *dec. quart.* Mœstus. 2, Terra aratro versa. Jugerum. *v. Ar.* גריב. 3, Radius pistoris, quo explanatur massa. 4, Nodus arundinis. 5, *Ar.* אבו כריב, *Nom.* Propr *Gig.* *dec. quint.* Infortunium & calamitas: *utpote mœrore premens.* *dec. sext. i. q.* 2, *sec.* Mœror. Calamitas, Job 7. 13. Angustia. *Avic.* I. 597. 27. *Plur. San.* Tristitiæ, c. 5. 19. 2, *Dipt. Nom.* Propr. *dec sept. Pl.* 1, *non. Gig.* 2, *cum non. Pl.* Locus quo per vallem aqua fluit. 2, Lignum, cui inseritur caput pali tentorium sustinentis. *dec. oct.* Tristis *mulier animi. ccg.* 1 Sam. 1. 15. *dec. non.* Pars dactylorum, quæ colligitur ex infimis radicibus ramorum post resectos racemos. *viges.*

(Mœſta *via*, Matth.7.14. 2, Arduus, anguſtus; *vig. prim.* Repletio; Properatio. *Gigg. Act.* IV. *unde dici ſolet Ar.* נר רגליך באכראב. Feſtina, move celeriter pedes. *vig. ſec.* Magnâ urinæ ſuppreſſione correptus, *ſ.* laborans *equus.* *vig. tert.* Contriſtans *eum*, *ccap.* Pſal. 105. 12. *Ro.* Ærumnoſa *calamitas*, Eccli. 51. 14. *vig. quart.* Ira fervens; Anguſtus, & difficilis in rebus. *Gig.* 2, Anxietatem inferens. *Avic.* I. 160. 27. & 222.26. II. 14. 44. *vig. quint.* Id. I. 132.26. *vig. ſext.* Mœſtus. Anxius, Job 22. 7. 2, *idem quod vig. ſec.* 3, *Arab.* מכרוב מן אלמפאצל, Plenus irâ. ¶ *vig. ſept.* Succinum, Cant.5.14. *vig. oct.* Taberna: *aut* res, quæ in tabernâ olitoria extant. *vig. non. cum Ar.* פי ערוה, Sedulò cucurrit, alacriter ſaltavit. *Gig.* *trigeſ.* Magnus cucumer. *trigeſ. prim. Perſ.* Citrullus magnus; Pepo; *trig. ſec.* Q. Proſtravit, *ccap.* *trig. tert. Act.* *τ̃ prox. præc. aut* 2, *idem quod Ar.* שדה אלמתאקל. (Cum ægrè incedentem corroboras;) 3, Curſus infra *Arab* כררחה. *trig. quart.* Cribravit, cribrando mundavit, *triticum. cca.* 2, Languidè inceſſit. *trig. quint. Act.* Laxitas, & languor pedum. 2, Inceſſus per lutum, *vel* aquam. 3, Carbala, *locus in ditione Eraki. Eutych. Alex.* II. 363. *trig. ſext.* Cùm purgatur *triticum*; *trigeſ. ſept.* Herba quædam flore rubro; *trigeſ. oct.* Oppidum Perſiæ; *trig. non.* Cribrum; Malleus goſsipii. *Gig. idem quod Ar.* מנדף, Inſtrumentum, quo extricatur dividiturque goſsipium: *eſt a.* arcus magnus, cujus nervo attracto, *atque* in goſsipium dimiſſo partes ejus ab invicem disjunguntur. *quadrageſ. Nomen* loci in extremo deſerto Cufæ, qui inclaruit cæde, & ſepulchro Huſeini fil. Alis: *for. à ſoli mollitie.* *quadr. prim.* Venit languidè incedens, ita ut videretur per lutum ire. *quadr. ſec.* Propè plenum *vas. v.* 6, I, *prim.* *quadr. tert. Heb.* כרבים, Cherubim, Exod.25.18; Principes Angelorum, Gen. 3.24; Ebr.9.5. *Erp.* Pſal.79.2. *quadr. quart.* Id. *Multâ de hac voce fabulantur Ar. vim Hebr. ignorantes. Gig.* *quadr quint. Perſ.* Carbaſus, ſindon, *i. e.* panni goſsipini tenuis, & candidi genus. *v.* כרפס. Eſth. 1. 6. Lectus dormitorius, *Bell. Ind.* Pennæ leves, *Cr. Avic.* II. 169. 36. *quadr. ſext. Poſſ.* & Qui talem ſindonem venundat. *quadr. ſept.* Inceſſus hominis compediti. *quadr. oct.* Compreſſo in ſe coactoque *capite* præditus. *ccg.* *quadr. non.* Q. Proſtravit. *cca.* 2, *ccar*, & ב *inſtrument.* Abſcidit *enſe*. 3, Disjunxit *pedes ſuos. cca.* *quinquageſ.* Supellex officinæ cujuſlibet; Officina, *ſpec.* vini, *vel* oleorum; *quinquageſ. prim. idem quod trigeſ. Gig.* *quinquageſ. ſec.* Q. Cepit, *et* ligavit. 2, Inceſſit ceu compedibus vinctus. 3, Pedes junxit ad ſaliendum, *aut* ſimile quid. II. *idem quod Arab.* חשנג, Corrugatus fuit. *quinquageſ. tert.* Spaſmus, contractio; Doloris cruciatus; *quinquageſ. quart. idem quod prox. ſeq. Gig.* *quinquageſ. quint.* Qui præ frigore ad domicilii portas ducuntur cameli, ut percipiant fumi calorem.

**כרג** CHAL. כַּרְגָא, כְּרָגָא Tributum perſonale, cenſus capitis, Thren. 1. 1. Eſth.10.1. Eccl.2.8. *Non dabo* אכרגא *q. ex ſapientibus ſum*, *Nedar* 62. 1. *Qui non dat* כרגא ſubjici debet danti illud, *Metzia* 73.2. *Sanhedr.* 109. 1. *v. Ar.* חרג.

SYR. ܟܘܪܓܐ Bulga viatoria.

ÆTH. ከርካርዮን, χοιρογρύλλιος, Lev. 11.5. *videtur eſſe* Erinaceus porcinus; *Æthiopes* Porcum domeſticum *cenſent. IL.*

AR. كَرِجَ 2 كَرُجَ 3 رُ *Perſ.* كُرِهْ

4 كَرَجٌ 5 كَرَارِجَةٌ 6 كُرَيْجٌ,

كَوَارِجَةٌ 7 كَرْجِيٌّ 8 كِرْجِيَّةٌ

9 تَكَرَّجَ 10 تَكَرَّجَ 11 مُتَكَرِّجٌ 12 ة ;

*prim.* Corruptus fuit. *Avic.* I.173.26. & mucuit, mucorem contraxit, *panis.* II, IV, *et* V. Id. *Avic.* I.126.8. & 169.42. II. 155.19. *ſec.* Pullus; 2, Dos; 3, Sacculus, pera. *Gigg. vide Arab.* חרג. *tert.* Pullus equi, equuleus. *quart.* Regio, *vel* oppidum quoddam. *Gig.* *quint. i. q. Arab.* כרנרג, ſpecies piſcis brevis, & viridis. *ſext.* Id. *Gig.* *ſept. i. q. Ar.* מחנת, Cinædus. *oct.* Situ, mucore, obductus. *Avic.* I.118.27. Odor Caragiæ; *non.* Putredo, ſitus, mucedo. Muceſcere *Avic.* I.169.19. *dec.* Id.58.41, *undec.* Situ obſita *res*, 43. Situm redolens, 218. 45. *duodec.* Id. 298. 13.

**כרד** CHAL. כַּרְדוּ Kardu, *Nom.* loci. *Abraham ligatus fuit* 10. *annis*, 3. *in* כותי. 7. *in* כרדו *Baſr.* 91.1. *i. q.* קרדו *v. tert. Ar.* כַּרְדוּט Cheridota, pallium, amiculum, 1 Sam. 2. 18. 2 Sam.6.14. *Pl.* c.13.18. *Gr.* χαειδάτος, *A. Gellius l.* 7. *c.* 12. *it.* Placentæ, liba, Jer. 7.18. כרדיטין c.44. 19.

ÆTH. ከርዳድ : Zizania, lolium, cardui. Mat. 13 25. *Miſſ.* 172.3.

AR. كَرَدَ 2 كَرُدَ *Perſ.* كَرْدَنْ 3

كَرْدٌ *Pl.* أَكْرَادٌ 4 كُرْدِيٌّ 5 كَرَادٌ

6. كَرِيدٌ, كِرْدِيَةٌ 7 كِرْدِيدَةٌ *Pl.*

كَرَادِيدُ 8 كَرْدَةٌ 9 مَكْرُودٌ ¶10

كَرْدَحَ *Act.* ة 11 كَرْدَحٌ 12 كِ 13

ة 14 كِرْدَاحٌ 15 كُ 16 الكَرْدَحَاءُ

17 كرداك 18 كَرْدَمٌ 19 ة 20 دِ,كَرْدَمٌ

21 كُرْدُومٌ 22 كُورْدَنٌ 23 كوردان

24 كَرْدِنَاجٌ 25 كردناك 26 كَرْدَسَ

*Act.* ة 27 كَرْدَسٌ 28 كُرْدُوسٌ 29 ة

30 كَرَادِيسُ 31 الكُرْدُوسَانِ 32 مُكَرْدَسٌ

33 كَرْدَرٌ 34 كِرْدَارٌ ; *prim. Fut.* O. *i. q. Ar.* טרד & דפע, *aut pro eo*, Abegit, repulit, Propulit, & perſecutus fuit *eos. cca.* 2, *cca*, Detondit, præcîdit. *ccap.* Exod. 17.13. III. *cca, idem quod Ar.* טארד & ראפע, *aut pro eo; ccar*, Secutus fuit *juſtitiam*, Deut.16. 20; *ccap*, Inſectatus fuit *inimicos*, Lev.26.7,8; & *cc Ar.* חלפה Exarſit *poſt eum*, Gen.31.23.36; & 35. 5; & 44. 4. *Erp.* *ſec. Act.* 1, 2, I. *prim.* 2, *à Perſ.* Collum, cervix. *tert.* Curdi, gens Chaldaica: Gordiæi. & *Ar.* בלאד כרד, Regio inter Euphratem, & Tigridem ſita *Hiſt. Tamerl. p.* 51. *Hott. H. Or.* 165. 2, *i. q. Ar.* דברה, *Débraton*, Arvi pars, *vel* ſulcus. 3, *Nom.* Propr. & Mons *vel* oppidum quoddam; *quart.* Ex hoc monte. *Gig.* Scytha, Coll. 3. 11. *quint.* Parthi, Act.2 9. *Bd.* *ſext. idem quod prox. ſeq Gig.* *ſept.* Quantitas magna, *vel* cophinus dactylorum, *aut* pars eorum in fundo cophini remanens. *oct.* Singularis ſulcus arvorum. *Gig.* *non.* Reſecta, *ac* detonſa *barba ala.* *dec.* Q. *idem quod Ar.* כרמח, Pumilionis, more, *et* brevi, *ac* incitato paſſu inceſsit cucurritve. 2, *idem quod Ar.* כרתח, *aut pro eo*, Proſtravit, *cca.* II. Volutatus fuit, *vel potius*, volutatim concidit inceſsitve. 2, Re-convolutus, proſtratus, fuit; *undec.* Deſpiciens, parvi-faciens; & Deſpectus; *duod.* Vir auſterus, difficilis; 2, Vetula; *dec. tert.* Velocitas curſûs, *vel* ſaltandi; *dec. quart.* Velociter currens, & ſaltitans; *dec. quint.* Pumilio brevis; *dec. ſext.* Genus rei. *Gig.* *dec. ſept.* *Alcardeneki. Cr. AlKiardanegi. Bel.* καρδιανά. *LBr Avic.* I. 512. 42. *dec. oct. idem quod Arab.* כרתח & כרדח, *vel* Inclinato in unum latus corpore inceſsit, *aut* cucurrit. 2, *Tranſ.* Collegit, congregavit, *homines*, *cca.* II. Correptus terrore cucurrit. *dec. non. Act*, I. *prox. præc.* & Saltus brevis more pumilionis; *vigeſ. Diptot. Nom.* Propr. *Gig.* 2, Brevis craſſuſque corpore, pumilio. 3, Vir ſtrenuus. *vig. prim. idem quod* 2, *prox. præc.* *vig. ſec. Gall.* Crignon, grillus. *Gig.* *vig. tert.* Churuden. *Cr. an Ar.* כאוואן? *LBr. Avic.* II. 183. 4. *vigeſ. quart.* Kardenagius, *avis. al. leg. Adrabagi, id eſt* Juſculum roborans ſtomachum, ut gelatina, *&c. al. carbez, id eſt* cibus factus in paſtillo cum oleo, *al.* ſalſamentum factum ex rebus aromaticis, *vide Plemp. in Avic.* I.101. 39. *vig. quint. Alcordumech. Cr. Alchiarda-nech, --nagi. Bell.* Pullus. *Rin. an Ar.* כומאוך. *LBr.* I. 496. 35. *vig. ſext.* Q. In agmina, turmaſve diſpoſuit *equos equiteſve. cca. et cc* עלי *contra eum* Congregatus fuit *exercitus*, Gen. 49.19. 2, Ligavit, colligavit. *cca.* 3, Inceſsit compede vinctus, *aut* vincti more, *et* contracto gradu. 4, Validè duriterque propulit. II. Contractus in unum, *et* compreſſus fuit. 2, Se adſtrinxit, recepitve; *vig. ſept. cum trig. Pl.* Formicarum rex; *vig. oct.* Caput magnum; 2, Acervus, tumulus; Legio. *Gig. cum trig. Pl.* Exercitus, Gen.49.19. Turma *exercitûs*, 1 Sam.13.17. Agmen, Jud.9.37. *ſpec.* equitum, equorum. 3, Os quodvis aliud ſibi compar habens, *aut* uno articulo alteri reſpondens: *ut ſunt patella genu, coxa, ſcapula.* *vig. non.* Id. 2, *cum Ar.* מן אלעטם, Os magnâ medulla, *vel* duritie; *et cum Arab.* אלגבל, Pars, *vel* rupes magna montis; *trig. Pl.* *τ̃ vig. ſept. Gig.* 2, *Pl.* 2, *vig. oct.* Agmina, Jud.9.43,44. Turmæ, 1 Sam.13.18. *trig. prim.* Duo viri ita appellati. *Gig.* *trigeſ. ſec.* Compreſſus corpore, *et* contractus. *trig. tert.* Plaga quædam Hagian. *Gig.* *trig. quart.* Ædificium. Arbores. *et* Quod terrâ tralatitiâ impletum tectumve eſt; *in quibus rebus non eſt juri retractionis locus.*

**כרה** כָּרָה Fodit, Pſal.7.16. *Sic omnes Interp. nri. minus eſt quam* חפר *quod et. in* latum, & profundum *eſt* effodere, *v. tres Ar. Syr. Æth. &c. cc* ל, Prov.16. 27. Pſal. 119.85. Jer. 18.20. Emit, *cum* ל, Deut. 2. 6. Hoſ.3.2. *Gr.* ἀγοράζω, Præparavit, *cum* ל, 2 Reg.6.23. 2 Par. 16.14. *omnes Int.* Pſal.40.7. *vide Clar. Hamon*, Gen.50.5. *On. Perſ.* Congregavit, cogitavit, molitus eſt, inſultavit, *cc* על Job 6. 27. & 40. 25. *Niph.* נִכְרָה Foſſus fuit, Pſal.94.13.

כֵּרָה f. Convivium, 2 Reg.6.23.

כְּרוֹת f. *Pl.* Foſſuræ, Soph. 2. 6. *al. Nom.* Propr. *Ar. noſtr. et Oxon. LXX. Syr.* Creta.

מִכְרֶה m. Fodina, v.9. *LXX.* θιμωνία Acervus, *ſic uterque Ar. accedit uſus Chald.*

CH. כְּרָה, כְּרָא Fodit, Gen.26.25. ענבין דכרין Uvæ quæ fodiuntur (eroduntur à *vermibus*; *Gloſſ.* שהחליעו) *Naſir* 34. 2. 2, Præparavit, Pſal.40.7. 3, Doluit, infirmatus, debilitatus, contriſtatus eſt, Prov. 14. 17, 29. *noſtra* Qui præceps eſt, *Schab.* 21.1. כל כריהי Omnes ægroti, *ſic Aruch, noſtra* כדוחי; *Ithpe*, Foſſus fuit, Pſal. 94.13. כרי Cumulus, *Nedar* 19. 1. *Plur.* כרוין Exod.8. 10. *Tal. Hier. et Jon. et* Num. 11. 31. כַּרְיָא Foſsio, foſſa; puteus. *Baſra* 8.1. בית כריא Latrina, *q. d.* domus quæ in foſſam caſura eſt. *v. Bechai* 198.1. *Al.* Harum, *qſ. Gr.* χοῖρος: *pro quo dicunt etiam* בית כליא *vide Temur.* 28. 2. *Feſta et alia Chriſtianorum ſacra, Judæi quanto habent contemptui, v. hîc Buxt.* כַּרְהָא, כורהנא Morbus, infirmitas, Prov. 18. 14. כריה Integritas. Ægritudo. *DD.*

SYR. ܟܪܳܐ *i. q.* 3. I. *Chald.* 1 Sam. 1. 6. *Off. Mar.* 376. כרית לה, להון, *&c.* Ægrè tulit, Neh. 4.1. Matth.14.9. diſplicuit illis, c.17.23. Gen.34. 7. 1 Par. 13. 11. *Fut.* Gen. 45. 5. Joh. 16.20. Neh.8.10,11. *Pah.* ܟܰܪܺܝ Decurtavit, Iſa.28.20. Mar 13.20. *Aph.* Contriſtavit, 2 Cor.2.2,5. & 7.8. Job 6.27. Condoluit, c. 42.11. *Ethpa.* Decurtatus eſt, Matth.24.22. Triſtatus eſt, *F. Ethpe.* ܐܶܬ݂ܟܪܺܗ Ægrotavit, infirmatus eſt, Gen. 25. 8, 17. *et* 35. 29. *et* 49. 33. 1 Sam. 30. 13. 2 Sam. 13.5.6. 2 Reg.22.19. Pſal.60.4. 1 Mac.6.8.

ܟܪܳܐ 2 ܟܪܺܐ 3 ܟܪܺܝܳܐ 4 ܟܪܺܝܳܐ 5

ܟܪܺܝܽܘܬ݂ܳܐ 6 ܟܪܝܽܘܬ݂ܳܐ 7 ܟܪܺܝܗܘܢ. ܟܪܺܝܗܘ

8 ܟܽܘܪܗܳܢ, ܟܽܘܪܗܳܢܳܐ 9 ܟܪܺܝܗܳܢܳܐ 10

ܟܪܺܝܫܳܐ

ܟܬܦܐ ; *prim.* Apex humeri, acromium, Job 31.22. *sec.* Exultatio, gaudium. *F.* *tert.* Cumulus, *Pl.* ברותא 2, Frumentum à palea purgatum. 3, Tristis, 1 Reg. 20. 43. & 21. 4,5. Esr.10.6. Brevis, Lev. 22.23. If. 17.11. כריא רוחה Impatiens, Prov. 14.29. *quart.* Contristatio, 1 Theſſ. 4. 13. Joh. 16. 21, 22. *noſtra* Caryo. *quint.* Mœſtitia, Rom. 9.2. Joh. 16.6,20. Heb. 12. 11. Brevitas ; כריותא רוחא Pectoris anguſtia, aſthma. *BB.* *ſext.* Infirmitas; morbus, Rom. 5.6. & 6.19. & 8. 3. & 16.1. Gal. 4. 13. Heb. 5. 2. & 4. 15. *ſept.* Infirmus, ægrotus, Act. 28.8. Rom. 14. 1,2. Matt. 25. 36, 39,43,44. 1 Sam. 19. 14. *Pl.* c. 2.4. Luc. 4.40. כריה רחמתא Amator, amore languidus, perditè amans, f. Amatrix, amore languida, Cant. 2.5. & 5.8. *oct.* Morbus, infirmitas, *dicitur de toto corpore, ut* כאבא *de parte aliqua, ſ. membro.* *Catena Pat. DL.* Deut. 28.61. 2 Reg. 1.2. Luc. 13. 11. *Pl.* c. 4. 40. & 5.14. & 6.17. & 7.21. *non.* Utilitas, commodum ; *dec.* Lignum circa quod involvitur tela ; *BB.*

SAM. ࠏࠓࠄ Firmavit, *qſ. in proprio loco. Deus* ࠏࠓࠄ · ࠁࠌࠅࠓࠉࠄ · ࠓࠁࠉࠄ firmat Luminare magnum, *Lit. Dam. conv. cum Ar.* קרר.

ÆTH. ከረየ : *unde* በከተረየ : Coactè, 1 Pet. 5. 2. *Ch.* כרח *Ar.* כרה.

ከረየ : Fodit, perfodit, Pſal. 7. 16. & 56. 9. Luc. 6.48. *Fut.* ይከሪ : Luc. 13.8. 2, Ampliavit, auxit, cæſpitavit ; arefecit, Deut. 32.15. IV. አክረየ : Fodi curavit, Luc. 20. 9. V. ተከረየ : Foſſus, perfoſſus fuit. *Fut.* Pſal. 93.13. ( ከራዪ : Foſſor. ከረዮት : Foſſio. *IL.*)

AR. كَرِهَ 2 كَرُهَ 3 ـكَ 4 كَرَهَ

5 ـرِ 6 كَارِهٌ 7 كَرِيهٌ 8 ـةٌ 9 كَرْهَةٌ ,

ـكُ 10 عَلَى الكَرِّهِ 11 كَرْهَاءُ ; ـكُ

12 كَرَاهَةٌ 13 كَرَاهِيَةٌ 14 كَرَابِهٌ 15

كَرَاهِينَ 16 إِكْرَاهٌ 17 عَلَى إِكْرَاهٍ ,

& *cum* تَكَرَّهَ ,تَكَارَهَ ,مُتَكَرِّهًا ,مُتَكَارِهًا

18 مَكْرَهٌ 19 مُكْرِهٌ 20 مُكَارِهٌ 21 مَكْرُوهٌ

22 ـةٌ 23 مُكْرَهٌ 24 مُسْتَكْرَهٌ 25 اسْتِكْرَاهٌ

¶ 26 كَرْهَدَ 27 كَرْهَفَ 28 مُكْرَهِفٌ

29 كَرُوهَاتٌ , هَبْكَاتٌ, هَكَّاتٌ ; *prim.*

مسبعل 48 ة ; *prim. Fut.* A, Septem numero *alios* fecit, ſe ſex exiſtentibus ſeptimum ad jungens. *ccap.* 2, Septuplum fecit. 3, Septimavit, ſeptimam *ab iis* cepit partem opum. *ccap.* 4, Vitio vertit. 5, Conviciatus fuit, probroſis inſultavit verbis. *ccap. qſ.* סבב. 6, *abſolutè*, Ovem de grege abripuit, *ſ.* devoravit, graſſata in eum fuit, *fera, lupus. G.* 7, Furatus eſt *rem. cca.* 8, Jaculo petivit *lupum, eive* timorem incuſſit. *cca.* II. Septangulum effecit; *&* Septem vicibus egit *quid. cca. G.* 2, In ſeptem partes diviſit. *ccar.* IV. Facti ſunt, fueruntve ſeptem numero. 2, Camelos habuit, qui ſeptimo demum potarent die. *v* חמס. 3, Feras in grege paſſus fuit *paſtor.* 4, *Tranſ.* Cibavit ferarum carne: eam pro cibo appoſuit. *ccap.* 5, Tradidit nutrici *filium ſuum. cca.* 6, Dimiſit, miſſum fecit libertati relinquens ſuæ. *ccap. G.* VIII. *i. q.* 7, I. *ſec. c* - אחרי מן, *Formula, quâ rem magnam eſſe inſinuant. Gig. tert.* f. Septem *cæli, terra. v. Cor. Sur.* 23: 83: 65. 26. סבעין מרה Septuagies *licèt obteſtetur, non condonabit Deus. v. Cor. Sur.* 9. 81. סבע מראת Septem vicibus. Pſal. 118. 164. *Ro.* Septimana *febris. Av.* II. 30. 31. *t.* 2, Leo. 2 Sam. 17. 8. 1 Par. 11. 22. *Du.* סבעאן. 2 Par. 9. 18, *Pl.* סבעא 19. *quart.* Septem dierum intervallum inter duas camelorum aquationes. 2, *c* אסבאע *Pl.* Camelus ſeptem dierum ſpatio ſitim tolerans. *quint.* Pars ſeptima. *ſext. c* סבאע *Pl.* Fera. *pec.* 2, Leo. Apoc. 4. 7. *Bd.* 3, *i. q.* שבכה, *ſ. pro eo,* Rete. *G.* 4, Urbs, *&* loca quædam; Locus, ad quem in die judicii convenient omnes. 5, *c* - יום Feſtus quidam dies. *Gig.* 6, סבע אלכתאן *fera lini, i. e.* Cuſcuta, *uti Botanicis, Angina lini, dicitur, quod linum complexa angit, ſuffocatque. ſept.* f. 2, *ſext.* Leæna. *oct.* Septem *viri, fœmina. ccg. Pl. G.* Act. 6. 3. *Bd.* 2, סבעה אצעאף Septuplum. Pſal. 11, 7. *Ro.* 3, וזן סבעה *abſolutè, eſt* Pondus ſeptem מתקאל. *G.* 4, *c* - עמל Peſſimè egit *in illum. ccap; ut cum Sabah, perduelli capto, & manibus, pedibusque reciſis in crucem ſublato. Gig. non.* Lupina *inſania, morbi genus. Avic.* I. 284. 27: 312. 14. *dec.* Rapacitas, *mores* feri. *Avic.* I. 46. 2: 304. 5: 310. 38: 312. 13, 19. *undec.* Prima Corani Surata: *quòd 7 conſtat verſibus ſæpe repetendis. duodec.* Septimus. Pſal. 7. *t. R.* f. Col. 1. 1. Judæ 1. *Bd.* 2, *pro* שאבע, Totum *corpus. Avic.* II. 52. 24. *dec. tert. Pl.* rū סבאע. *G.* Feræ, beſtiæ. Pſal. 78. 19. Belluæ. *Av.* I. 147. 26: 203. 31. Rapaces. II. 135. 5. *t.* 141. 5. Lupi *G. Nub.* 33 2, *Nom.* conſtellationis, *quæ incumbit Centauro, ſtellas* 19 *habens. Bd. dec. quart.* Septima pars. *dec. quint.* Completus, incolumis, *corpore. G. dec. ſext.* Hebdomada. 2, סבועא Septies. *Gig. dec. ſept.* Septenarius, *&* ſeptimo die recûrrens. *Bd. dec. oct.* Septenus. *Av.* II. 59. 34. *dec. non.* Septeni, 37. *vigeſ.* Septem cœli, *&* terræ *ſunt in vola manûs Dei. vig. prim. c* - אל Quidam ita appellati. *Gig. vig. ſec.* Septimanæ. Dan. 9. 25. c. 30. 3. *Ox, vig. tert. Pl.* rū אסבוע *G. Av.* I. 324. 13. *&* Septeni. II. 59. 43. *vig. quart. Pl.* rū *ſext.* Indomita animalia, nec homini ſervientia. *Gig. vig. quint. Pl.* 2, *quart. &* סביע. *vig. ſext. c* אסאביע, Hebdomas, ſeptimana. 1 Par. 9. 25. *Av.* I. 296. 49. 2, אסבועא Septies. *vig. ſept. i. q.* צריר. Lumine caſſus, cæcus. *G.* 2, *pro* משבע, Ad ſatietatem *rufus. Av.* I. 167. 31. *vig. oct.* Spurius; Adoptivus; Qui ſeptimo menſe naſcitur, *&* matre defunctâ à nutrice lac hauſerit; Puer, qui caſtigetur; Qui in ſervitute fuerit ad 7 *vel* 4 generationes. *Gig. vig. non.* Feras, leonesve, alens *terra,* iisque abundans. *trigeſ.* Cujus pullum fera devoravit, *vacca ſylveſtris. trig. prim.* Longurio. *trig. ſec. i. q.* סבהלל. *trig. tert. & trig. quart.* Alacritas camelæ, cùm caput celeriter erigit, caudamque motitat. ¶ *trig. quart. Fut.* O, Amplus, profuſus, *&* completus fuit, *pec.* tale fuit *beneficium, operimentum. G.* Rom. 5. 21. *Bd.* 2, Declinavit, devenit, *ad regionem. cca.* 3, Opinatus fuit, aſpexit. *cc* אלי *r. Gig.* II. Fœtum jam piloſum ejecit abortu *camela.* IV. *Tranſ.* 1, I. Completum reddidit: amplaque *in eum beneficia effudit Deus. ccar &* עלי *p. G. v. Cor. Sur.* 31. 9. 2 Cor. 11. 14. *Bd.* 2, *Intranſ.* Promiſſam induit *loricam. G.* V. Abundavit. Rom. 5. 21. *Erp. trig. ſext. Ag.* Completa, ampla, *&* profuſa, *res, cauda, G. aqua. v. Cor. Sur.* 35. 22. Exuberans. Rom. 3. 22. *Av.* II. 23. 18: Sufficiens. 51. 7. 2, Longo veretro præditus *caballus, admiſſarius,* 3, *contra i. q.* כמש *Kemsjon,* Veretrum parvum habens. 4, Lacinia annulata galeæ, *i. e.* talis pars ei infernè attexta, quæ operiat cervicem. *trig. ſept.* f. rū סאבע. Rom. 5. 15. 2, Lorica ampla *&* longa, *ſ.* totum operiens corpus. *G. Pl. v. Cor. Sur.* 34. 11. *trig. oct.* Exod. 28. 33. *Erp. i. q. Ar.* צבע Tinctura. *trig. non. Act.* 1, I. Amplitudo *beneficiorum. Av. præfat. p.* 3. 3. *quadrageſ.* Copia rerum; Vita deliciis, ubertate, affluens. *quadr. prim.* Spicæ ariſtæ. *quadr. ſec. c* - ביצה להא Ferrum, quo lorica accingitur, *&* collum abditur. *Gig. quadr. tert. i. q.* 4, rū סאבע. *quadr. quart.* Amplam, *&* promiſſam loricam indutus. *quadr. quint.* IV. Q. Madefactus aquâ eſt *pannus.* 2, Inunctus fuit *capillus. quadr. ſext.* Nudus, *&* inermis, venit. *quadr. ſept.* Ampla, nitensque *lorica. G.* 2, Pura, ſincera, res. 3, Dilatatum. *Gig. quadr. oct.* f. 1, rū מסבעל.

¶ سبعدريس 2 سبص ; *prim.* Saphirus. Apoc. 21. 19. *ſec. pro H.* חפש. Gen. 4. 21. *Arab. Sam.*

---

## סבק

CHAL. סַבָּקִין Sebacæi, candelæ ſebaceæ, *Shem. r. ſ.* 36. *quarum lumen licèt* 100000 *cereorū de eo accenderentur, idem manet; ita dans eleemoſynas de ſuis facultatibus, de illis imminuit nihil.*

AR. سبق 2 ق 3 ة 4 ة 5 س
6 س 7 قان 8 سابق 9 ة 10 قات
11 سباق 12 سبد 13 سبوق 14 سبوقة
15 سوابق 16 أسباق 17 بق 18
مسبوق 19 مسابق ; *prim. Fut.* I, O, Præceſſit, præcurrit, prævertit. *G.* Antevertit. 2 Sam. 19. 20. c. 20. 2. *cc* ב, Protulit *prophetiam.* 2 Pet, 1. 21. *Erp.* Proſpexit, prævidit. *v. Cor. Sur.* 20. 95, 125. *&* 21. 114. 2, Præcelluit, vicit. *cca. G.* 3, *Aliis Verbis præpoſitum ſupplet vices* rū πρὸ *ſ. Præ. Bd. ſic c* - נאדי Prædixit. Act. 3. 18. *Erp. c* - אחבר Prænunciavit. c. 7. 52. *c* - ערף Præcognovit. Sap. 8. 8. סבק מני דכרה Præmiſſa eſt à me mentio illius. *Gig. Avic.* I. 3. 10. *præfa.* 4, Dedit, diſtribuit. *Int. Cor. Sur.* 41. 66. *&* 35. 51. 5, Bello cepit. *cc* ל. Rom. 7. 23. *Bd.* II. Enſem accepit, *&* præbuit, *quiſpiam. Gig.* 2, Immaturum fœtum ejecit *ovis.* III. Certavit *contra alium, pec.* curſu, uter vinceret. 2, Antevertere, præcellere, vincere, ſtuduit. *ccap.* VI. Inter ſe ita certârunt: *et.* jaculando, *G. &* curſu. 1 Cor. 9 24. 2, Præverterunt invicem. VIII. *i. q.* VI. 2, Anterior fuit: præcurrit, ſtuduitque prævertere. *ſec. c Pl.* אסבאק, Pignus, quod in ſponſione deponitur: *pec.* in curſûs certamine. *tert. Act.* 1. *G.* 2, Equitatus. 2 Macc. 44. 5. 3, Victoria. *v. Cor. Sur.* 79. 2. *Av.* II. 158. 42. *quart. Act.* I. *quint. i. q. ſec.* סַבַק. *G. ſext.* Trophæum, *Gig.* palma; *&* Brabium. *Bd. ſept.* Duo certantes inter ſe, *pec.* curſu. *oct.* Præmiſſio. *Int. Av.* I. 489. 17. Præceſſio *viæ: motus criſis ante ſtatum, & digeſtionem ex Hippocrat. Av.* II. 46. 22. 2, *c undec. Pl.* Præcedens, *v. Cor. Sur.* 56. 5. Antecedens, præcellens. 3, Victor, anteceſſor. *G.* 4, Præcox. Iſai. 28. 5. 5, Velox. *Pſ. Sav.* 463. 12. 6, *c* אלמסיח S. Johannes, *Baptiſta. Gig. non. c Pl.* סואבק, *i. q.* 1, 2, *oct. G. v.*

*Cor. Sur.* 79. 1. 2, Bonus progreſſus *in aliqua re;* *&* 3, Præcellentia. *cc* פי. *dec.* Angeli: *quòd aliis dæmonibus præcellunt. undec. Pl.* rū סאבק. *G.* 2, Quadrupedationes. Nah. 3. 2. *Ox. duodec.* Compedes coriacei *accipitris. Gig. dec. tert.* Anteceſſio. *Avic.* I. 553. 47: 555. 31. *dec. quart.* Sambucus *arbor: vox à Latinis accepta per Andaluſios propagata fuit. dec. quint. Pl.* rū סאבקה. *dec. ſext. Pl. ſec.* סַבַק. *dec. ſept.* Magis præcedens: Excellentior. *G. dec. oct.* Confutatus in diſputando: Superatus, devictus. *Gig. v. Cor. Sur.* 70. 41. *dec. non.* Præveniens. *Pl.* Rom. 12. 10.

---

## סבר

CHAL. סְבַר Portavit, apportavit, ſuſtulit, ſuſtinuit, ſuſtentavit, Prov. 30. 21. 2, Exſpectavit, ſperavit, præſtolatus, confiſus, eſt, Pſal. 40. 2. *&* 104. 27. Job 17. 15. Prov. 3. 5. 3, Opinatus, arbitratus eſt, cogitavit, exiſtimavit, judicavit, Gen. 48. 11. Prov. 14. 12. Dan. 7. 25. סַבְרֵי מָרָנָן *Sic dicunt ante conſecrationem vini, ſ. in prandiis, ſ. extra prandium, ad potum vini, q. d.* Domini mei, quænam eſt ſententia veſtra? quid putatis de poculo iſto, quod bibiturus ſum, *ad vitam, an ad mortem, &c? Sepher Muſar* 125. 2. 4, Intellexit, prudenter, accuratè ſtatuit, judicavit, diſtinxit, 1 Reg. 3. 9. Iſai. 28. 9. *Pah.* סַבַּר *i. q.* 2 *Kal,* Gen. 49. 18. Hoſ. 6. 9. Iſai. 25. 9. c. 51. 5. 2, Acceptavit benevolè *vultum, ſermonem,* Thr. 4. 16. c. 5. 12. Q. סוֹבַר *i. q.* 1, *Kal,* Pſal. 89. 51. aluit, ſuſtinuit, 2 Sam. 19. 32. Iſai. 63. 9. Num. 4. 15. לְמִסוֹבְרָא *ad* portandum, *ut Syr.* 2, Continuit, complexus eſt, 1 Reg. 8. 27. 3, Venam ſecuit, φλεβοτομεῖν, *Nedar.* 54. 2. *Jevam.* 72. 1. סוכר *c Caph. id.* 4, Diſpoſuit, moderatus eſt, Pſal. 112. 5. *Ithpa.* Expectavit, Pſal. 106. 13. Cogitavit, Gen. 49. 17. *TH. al.* Fractus eſt, שבר. חֲכִי נַמִי מִסְתַּבְּרָנָא *Tal. Sic etiam ego* opinor. Ezech, 39. 9. מִסְתּוֹבְרִין *Ignorantiam ſuam fatentur hîc Hebræi; fo. per Metath. pro* מסתורבין *Ar.* סרב *i. q. H.* שרב *Comburere,* v. Job 10. 22. *ita conv. ei cum reliquis Int. Aph.* Seperare fecit, Pſal. 22. 10. Confiſus eſt, Prov. 11. 28. Elevavit, Num. 6. 26. *Jo.* Job 32. 22. *Hiph. i. q.* 2 *Pah. Rab.* סְבוֹר סבוּרָא Spes, expectatio, fiducia, Prov. 11. 7, 24. Jer. 14. 8. c. 50. 7. סבוּרָא *id.* Pſal. 9. 19. *Ven.* סִבְרָא Suſtentaculum, Ez. 37. 11. סבוּרְנָא *al.* סִבְרְנָא. סִבְרָא סִבְרָא סְבַר סִבְרוּתָא *id.* Pſal. 9. 11. *id.* Job. 8. 13. c. 14. 7. c. 5. 16. c. 7. 6. c. 17. 15. c. 11. 20. סִבְרְהוֹן *Ven.* סִבְרַתְהוֹן *it.* סְבַר *Rab.* סֵבֶר Elatio, converſio, *ſeq.* אף, *qſ.* vultûs benevoli aſpectus, Gen. 31. 2. Pſal. 4. 7. *&* 80. 4. *Eſto recipiens quemvis hominem* בסבר פנים יפות *cum aſpectu vultûs pulchri, Avos c* 1. 15. סָבוּר Perſuaſus, opinans, exiſtimans *ex concepta imaginatione. R. Sa.* Gen. 16. 13. סְבִיר *id.* Gen. 37. 8. Elatus, ſpectabilis, aſpectabilis, *ſeq.* אף, Job 22. 8. *Pl.* סְבִירִין *Maſor. dicitur de vocibus, quæ ex præced. ſ. ſeq. exiſtimantur primo intuitu aliter debere legi, quàm ibi expreſſa ſunt; v. Bxt. Clav. Maſor. c* 10. סְבָרָה סְבָרָא Opinio, ſententia *firma,* Can. 5. 10. *Rab. probabilis, quæ aliter ſe habere poteſt,* conjectura, *A. Ezra.* Am. 5. 25. *Oppon.* rū קרא *Lightf. H. H.* 1 Cor. 7. 10. privata cujuſque opinio, *Coſri* 226. סבדי Probabile, contingens. סבוֹרָאִים Doctores Talmudici, *quorum doctrina tantùm opinionibus, & diſputationibus in utramque partem conſtabat;* Opiniſtæ, Academici, *Shalſheleth* 34. 2. *Voſſ. P. Fid.* 62. סְבִיר סַבָּר Acer, acutus *in cogitando,* peritus, prudens, intelligens *ex re bene conſiderata,* Lev. 19. 32. *Pl.* סַבָּרִין Gen. 49. 10. *TH.* סְבִרוּתָא Prudentia, intelligentia *in rerum conceptibus & conſiderationibus,* 1 Reg. 3. 11. סִבְרִיקִין סַבְרִיקִין סֵירְקִין. חסב *v.* תיסבריא. סְבַתְקִין Chirothecæ, *potiùs Lat.* Braccæ, *Kel c* 29. 2. סובריקין. סִיבוּרָא Venæ ſectio, *v.* שבר מסוברא. 29. 1. *ci non convenit acetum.*

SYR. ܣܒܰܪ 2 ܣܰܒܰܪ ܣܘܒܰܪ 3 ܣܒܰܪܳܐ
4 ܣܒܰܪܳܐ 5 ܣܘܒܳܪܳܐ 6 ܣܰܒܪܬܳܐ ܣܒܰܪܬܳܐ
7 ܡܣܰܒܪܳܢܳܐ 8 ܣܰܒܪܳܢܽܘܬܳܐ 9 ܡܣܰܒܪܳܐ
ܡܣܰܒܪܳܢܽܘܬܳܐ ܣܒܰܪܳܢܳܐ 10 ܡܣܰܒܪܳܐ
11

11 ܡܣܒܪܢܘܬܐ 12 ܡܣܒܪܢܐ 13 ܡܣܒܪܢܘܬܐ ܡܣܒܪܢܘܬܐ ܡܣܒܪܢܐܝܬ; *prim. i. q.* Ch. ib. Pſal. 90.21. Act.7.25. c.17. 29. c.3 5. c. 2. 15. *Pah. i. q.* 2 *Kal. Ch. ib.* Pſal. 4. 6. 1 Pet. 1. 13. Nuntiavit, ann- evangelizavit, בשר c ל & *abſ.* Eph. 2. 17. Act. 10. 36. c. 16. 10. c. 5.41. Luc. 9. 60. c. 2. 10. *Ethpa.* Putatus, reputatus, exiſtimatus; Evangelizatus, eſt, 2 Cor. 10. 9. Luc. 3. 23. Mar. 10. 42. 1 Cor. 12. 22. 1 Pet. 4. 6. c 1. 25. Luc, 7. 22. c. 16. 16. *Aph. i. q.* 3 *Kal. Ch.* & Putare fecit, finxit, præ ſe tulit, c. 3. 15. c. 23. 8. c. 24. 28. Joh. 10. 2. Jac. 1. 7. *ſec. i. q.* 1, 2, *Kal. Ch.* Toleravit, expectavit, Heb. 12. 2. c. 10. 32. 2 Tim. 3. 11. c. 2. 3, 10, 12. c. 4. 5. c. 1, 12. Perſeveravit, Mat. 10.22. c 24. 13. Cepit, continuit, 1 Reg. 8. 27. Cibavit. *ſeq.* מלא Locutus eſt conſideratè, Pſal. 112. 5. *Ethpa.* אֵסתַּבַּר Cibatus, ſuſtentatus, nutritus, eſt, cibum cepit, Job 39. 29. Act, 27. 21. 1 Cor. 9. 13. 2 Tim. 2. 6. *tert.* Spes. fiducia, Deut. 12. 18. Luc. 2. 14. Act. 24. 15. *quart.* Exiſtimatio, opinio. *quint.* Nuntiatio, annuntiatio, Luc. 1. *t.* *ſext. id.* Prædicatio, evangelizatio, evangelium, Mat. 4. 23. Rom. 10. 16. 1 Cor. 9. 12, 14, 18, 23. Phil. 4. 15. 1 Joh. 1. 5. *ſept.* Diſcipulus. *Off. Mar.* 479. Nuntius, 1 Sam. 4. 17. Evangeliſta, Act. 21. 8. 2 Tim. 4. 5. *Pl.* Eph. 4. 11. *oct. i. q. ſext.* 1 Th. 1. 5. Expectatio, 2 Th. 3. 5. *non. i. q. quart.* Suſpicio, opinatio. *dec.* Putandus, judicandus, Pſal. 49. 16. *Gr. Syr.* *undec.* Eſca, cibus, alimentum, prandium, 2 Par. 2. 10. Mat. 6. 25. Jac. 2. 5. *duodec.* Portans, Gen. 13. 6. *dec. tert.* Patientia, tolerantia, 1 Th. 1. 3. Jac. 1. 3. Col. 1. 12.

SAM. ࠎࠁࠓ Comportavit, repoſuit, *i q. H. Sam.* ࠂࠅࠓ & *Ar.* גור. Deut. 28. 39. Q. ࠎࠁࠅࠓ Conſolatus eſt, Deut. 5. 29. 2, Temperavit, moderatus eſt, *ut* 4 סובר *Ch.* 33. 14. c. 43. 14. *poteſt etiam exponi ex prima ſignific.* *Ethpa.* ࠀࠕࠎࠁࠅࠓ Continuit ſe, 31. c. 45. 1. Conſolatus eſt ſe, 24. 67.

AR. سبر 2 سبر 3 س 4 سبر 5 سبر 6 س
7 سبار 8 س 9 سبورة 10 سابور 11
مسبار 14 اسبار 13 سابري 12 روان
15 مسبرة ، *ſic* مسبرة حمدث
وكبرة 16 سبرج *i. q.* عمي 17 سبرة
18 مسبرة 19 سبرور 20 سبرت 21
شبرت 22 سبريت ، f ة ، *Pl.*
سبارية 23 مسبرت ; *prim. Fut.* O, Exploravit *vulnus*, quâ eſſet profunditate. *cca: ita & negotium, ſ. rem aliam. G.* II. Comportavit, collegit, *ut* צבר Deut. 28. 39. *Ar. Sam.* VIII. *i. q.* I. *G.* *ſec.* Locus quidam. *tert.* Avis quædam; Puteus quidam. *Gig.* *quart. c Pl.* אסבאר, Forma, modus. 2, Color. Pulchritudo: *hinc* חסן אלחבר ואלסבר *haſeno 'l, hibri walſibri,* Admodum formoſus, & pulcher. 3, Radix: origo. *quint. i. q. quart.* 2, *Act.* I. *G.* 3, *c Pl.* סבראת, Leo. *ſext.* Matutinum tempus frigidum. *Gig.* *ſept.* Specillum vulnerarium. G. *oct. i. q.* סברות *at raro.* *non.* Palimpſeſtus: *tabula, ſupra quam aliquid ſcribitur, quod pro arbitratu deletur.* *dec. à Perſ.* בור שא, Sapor, *rex Perſarum. Gig.* *undec* Tſaburcanicum *ferrum, quod eſt chalybs naturalis. Av.* I. 179. 29. *duodec.* Veſtis, pannusve præſtantior, tenuis, & ſubtilis. 2, Laudata ſpecies dactylorum. 3, Lorica egregia, tenuibus annulis, & compactis conſtans. *dec. tert. Pl.* τῶ *quart.* & *quint* סבר. *dec. quart. i. q. ſept.* סבאר. *dec. quint.* Forma. *dec. ſext.* I, Q. Occultavit, & involvit, *rem, cc* עלי *p & ar,* G. Converſus fuit *ad eam. Gig.* *dec. ſept.* I, Q. Abraſit *crines. cca.* 2, Depilem ejecit, *ſ.* talem abortavit *fœtum ſuum camela, cca. hinc* *dec. oct.* Quæ hoc facit *camela. G.* *dec. non. i. q. vig. prim.* & *vig. ſec.* Vilis. *vigeſ.* I, Q. Satisfecit, contentus fuit. *Gig.* *vig. prim. c.* Pauper, egenus. *vig. ſec. c* f. & *Pl. i. q. vig. prim.* 2, Terra ſterilis, *ac* deſerta. 3, Paucæ *opes. G.* 4, Res modicæ utilitatis, *ſ.* damni. *vig. tert.* Crinibus ſpoliatus. *Gig.*

---

## סבת

SYR. ܣܒܬܐ Spuma juris, *F.* *Dubito, BB. exp Arab.* עשִירִ זפרה Lipothymia, *vide Arab.* סבת.

AR. سبت 2 سبت 3 سِ 4 س 5
ة 6 سبت 7 سبت *pro* سبد 8 سبات
9 سبد 10 سبايت 11 سبوت 12 سبتاء
13 سبتية 14 سبتان 15 سبتي 16 اسبت
17 سبات 18 مسبت 19 مسبت 20
مسبوت 21 مسبت 22 سبتة ;

*prim. Fut.* I, Obſervavit, celebravit diem Sabbathi. 2, Percuſſit *collum, cervicem. cca.* 3, *Fut.* I, Sopore correptus fuit. *G.* 4, *etiam Fut.* O, Attonitus, dubius, hæſit. *Gig* II. *i. q. Hebr.* שמט Remiſit. Deut. 15. 1. IV. *Tranſ.* 1, 2, I. 2, Lethargum accerſivit, *Av.* I. 142. 12: 145. 32: 187. 42. Ingreſſus fuit diem Sabbathi. & Quietem cepit. VII. Semet extendit. 2, Prorſus maturus fuit *dactylus.* *ſec. Act.* I. 2, Quies. *G.* Ceſſatio. 2 Par. 36. 21. 3, *Hebr.* שבת, Sabbathum. *G.* Matt. 12. 15. *Bd. v. Cor. Sur.* 2. 67. *judicia in violatores ejus. Cor. Sur.* 7. 142. סבת (*a*) אללחם מרפע (*b*) אלכביר, *Sabbathum* (*a*) *genialium dierum carnis.* 1 Cor. 10. *t.* (*b*) *magnum.* Gal. 3. 13. *t.* Paſcha *puto: in Rituali enim Arab. apud me olim, ſeptimanæ ſinguli dies ſic appellantur: Feria prima magna, ſecunda magna, tertia magna, &c.* 4, סבת, Raſio capitis. 5, Dimiſſio comæ in cirrum. 6, *i. q.* דהר, Tempus: fortuna. 7, Species incitatioris inceſſus camelini, & *i. q.* עַנַק. 8, Impotentia mentis. 9, Deliquium animi. 10, Puer audax, & impudens. *G.* 11, Amputatio, inciſio. *Gig.* *tert.* Coria bovina concinnata, *pec.* cum ſpina Ægyptia. *G.* *quart.* Herba quædam velut Althæa. *quint.* Conſolatio, patientia. *Gig.* 2, *Gilæis, i. q.* רבאפי, *Nom.* avis. *ſext.* Qui non movetur: quietus. *ſept. pro* שבת, Anethum. *oct.* Quies, *v. Cor. Sur.* 25. 57. & 78. 3. *propr.* ſomni. 2, Sopor. *G.* Gen. 2. 21. c. 15. 12. Somnolentia. *Av.* I. 307. 1. *t.* 47. *t.* II. 11. 5. κάρος, Carus. 3, Ἔκστασις. Act. 10 10. 4, Tempus, fortuna. *hinc* אבנאִ סבאת Dies, & nox. *G.* 5, Iter longinquum. *Gig.* 6, סבאת סהרי Cataphora, *dormitatio vigilativa, ægritudinis compoſita genus. Av.* I. 287. 27: 307. 2. *non.* Multùm dormiens *vir.* 2, Infortunatus, calamitatibus vexatus. *dec. Pl.* τῶ סבנתי. 2, Longiùs currentes. *Gig.* *undec. Pl.* 3, *ſec. G.* Sabbatha. Act. 20. 7. *duodec.* Auribus expanſis, *ſ. longæ, ſ. breves illæ ſint.* 2, Solitudo, locus incultus, & vaſtus. *Gig.* *dec. tert.* Calceus, *ſ.* calcei ex *ſec.* סִבת *G.* *dec. quart.* Demens: ſtolidus. *Gig.* *dec. quint.* Soporaria *vena. Av.* I. 27. 37: 28. 15: 29. 32. *Pl.* סבאתין Carotides, 37. *t.* & 30. 28. 2, אלסהר אלסבאתי Coma vigil, *morbus. Av.* I. 307. 5. *v.* 6, τῶ *oct.* סבאת. *dec. ſext. Pl. ſec.* סבת. *G.* *dec ſept.* Profunditates ſomni. *Av.* I. 288. 44. Inducere veternum. 129. 26: 132. 3. *dec. oct.* Immotus. *Gig.* *dec. non.* Soporem inducens. *G. Av.* I. 129. 6: 187. 42. *vigeſ.* Veternoſus. *Av.* I. 102. 44: Profundiore ſomno captus. 227. 49. 2, Animi deliquium patiens. 3, Extra ſe raptus. 4, Mortuus. *vig. prim.* Plenè maturus *dactylus. G.* *vig. ſec.* Lorica ex junctis palis. *BB.*

---

## סנג

AR. سجّ 2 سجّ 3 سجج 4
سجاج 5 السجة 6 مسجة 7 سجسج ;

*prim. Fut.* O, Molle, & tenue fuit *ſtercus, &c.* 2, *Tranſ.* Luto obduxit *murum. cca. G.* IV. Excoriavit. *BB. v.* סחג. *ſec. Act.* I. *G.* 2, Excoriatio. *Av.* I. 498. 31. *tert.* Valles latè protendentes. 2, Animæ; Halitus. *Gig.* *quart.* Lac valdè aquoſum, *ſ.* ſeroſum, quàm maximè tenue. *quint. Nom.* idoli. *ſext.* Lignum, quo lutum illinitur muro. *ſept. c.* Temperatus: nec frigidus, nec calidus *dies.* 2, Nec mollis, nec dura, *terra.* 3, *ut Subſt.* Locus aëris temperie gratus. *G.* 4, Tempus intercedens ab aurora uſque ad Solis ortum. *Gig.*

---

## סגא

CHAL. סְגִי סְגָא Multiplicatus, multus fuit, crevit, Exod. 1. 20. Cant. 1. 5. Gen. 18. 2. c. 7. 27. c. 6. 1. c. 35. 11. c. 1. 22. Exod. 1. 10, 12. 2, Defecit, Jud. 21. 3. 3, Ambulavit, inceſſit, *Berac.* 61. 1. *Ketuv.* 62. 1. לא סגי Non eſt poſſibile, fieri non poteſt, לא סגי דלא יהבי ליה *Non poſſunt non ei dare,* 95. 2. *v. Aruc* לא סגיא ליה *Non poteſt ſe continere. Gitt.* 68. 1. *Aph.* אַסְגִי Multiplicavit, auxit, Exod. 16. 18. c. 36. 5. Lev. 25. 16. Ezech. 24. 10. 2, *i. q.* 2, *Kal. Kama* 60. 2. Jer. 8. 6. סַגִי סַגִיא Multus, copioſus, magnus, Pſal. 130. 7. Jer. 42. 2. Multùm, ſatis, valdè, vehementer, Num. 16. 3. *Pl.* Ezech. 3. 6. Exod. 2. 23. סגין *id. TH.* f. סַגִיאָה 1 Sam. 12. 17. *Pl.* Jud 8. 30. *ſ.* סַגִי נְהוֹר *Multus luce, h. e. per Antiphraſ.* Cœcus. *Berac.* 56. 1. *Nom. R. Joſeph, qui dicitur Author Tranſlationis Chald. in Hagiographa;* על דרך סגי נהור *h. e.* per antiphraſin, *al. ex* 2 *ſignific. Deficiens* (*carens*) *luce.* סגי Multitudo, Gen. 32. 12. Deut. 1. 10. סוּגֵי *id* Gen. 27. 28. Lev. 25. 16. *Jo.* Pſal. 5. 8. & סוּגָאִי Prov. 5. 23. *v.* סַגִיאָה. סוּגְיֵי Generales. f. סוּגְיָית. סִגְעֵי *id.* Thren. 1. 5. סַגִיאוּת *id.* Iſa. 33. 23. c. 1. 11. Gen. 27. 29. סַגִיוּת *id.* Ezech. 24. 12. סַגוּ סגו *id.* Prov. 13. 3. c. 15. 23. *Pl.* סַגוּיֵיהוֹן Iſai. 5. 13. סוּגָאָה סַגָאָה *id.* Prov. 10. 19. *Breſh. r. ſ.* 50. סוּגְיָיה. סוּגְיָא Inceſſus, greſſus, natura, via, conſuetudo, ſtylus, *Shab.* 66. 2. *Hal. Ol.* 225. סוגיינין Folia, *Aruc, Eruv* 29. 2. *Gl.* Feſtucæ, fruſtula lignorum *de ſalice. vide* סוג.

SYR. ܣܓܐ ܣܓܝ 2 ܣܓܝ (a
ܣܓܝܐ ܣܓܝܐܐ ܣܓܝܐܐ ܣܓܝܐ (ܝ) ܣܓܝܐܝܬ
ܣܓܝܐܝܬ ܣܓܝܐܐ ܣܓܝܐܐ *f* ܣܓܝܐܬܐ
4 ܣܘܓܐܐ 3 ܣܘܓܐܐ ܣܓܝܐܐ ܣܓܝܐܐ
ܣܓܝܐܘܬܐ 6 ܣܘܓܐܐ 5 ܣܘܓܐܐ ܣܓܝܐ
ܣܓܝܐܘܬܐ 8 ܣܓܝܐܘܬܐ 7 ܣܓܝܐܘܬܐ
9 ܣܓܝܐܢܐܝܬ; *prim. i. q. Ch. ib.* Act. 6. 1, 7. c. 19. 20. c. 16. 5. Gen. 1. 22. Cavit, *Novar.* 426. *Pah.* Cecinit, 1 Sam. 21. 12. *Aph. i. q. Ch.* Magnificavit, Luc. 1. 57. 2 Cor. 8. 15. c. 9. 10. 1 Cor. 12. 23. Heb. 6. 14. *Ethtaph.* אֶתְּתַּסְגִי Multiplicatus eſt. *ſec. i. q. Ch.* סַגִיא *ib.* Exod. 34. 6. Matt. 6. 30. Joh. 16. 12. *Plur.* Pſal. 3. 2. Luc. 1. 7. f. 18. Heb. 5. 11. *Pl.* Luc. 12. 47. Joh. 11. 47. (*a*) Polypus *piſcis,* & *morbus.* Polypodium, *herba Novar.* 126. Defluxio aquarum. *Novar.* 426. *tert.* Multitudo, magnitudo, pluralitas, abundantia, Matt. 21. 8. Act. 19. 26. c. 24. 3. c. 28. 3. *quart.* Copulatio, conjunctio. *quint.* Collecta *in Officio Divino, Sev. lib. Rit.* 99. Cantilena, cantio, cantus. *Off. Mar.* 61. 84. 124. 329. *ſext. i. q. tert. ib.* 193. Matt. 24. 12. *ſept. id.* *oct.* Pluralis. *non.* Pluraliter.

SAM. ࠎࠂࠀ *i. q. Ch. ib.* ࠎࠂࠉ Sufficit; multùm, Num. 20. 13. Gen. 45. 28. *Aph* ࠀࠎࠂࠉ Cibavit *ſufficienter, liberaliter,* c. 25. 30. ࠓࠁࠀࠕ Myriades, c. 24. 60.

¶ מסחגב Exaltatio. *Machſ. Hiſp.* I. 137.

**סגד** סָגַד Adoravit, incurvavit ſe *honorandi, ſ. adorandi cauſâ, ccd. Eſt generalius quàm* השתחוה Iſai. 44. 15, 17, 19. c. 46. 6. *tantùm.*

CHAL. סְגַד *i. q. Hebr. ib.* Pſal. 96. 9. סְגִידוּ סְגִידוּת Adoratio, Gen. 11. 4. *TH.* סְגוּדָא סְגוּדָא סְגִדָא סְגוּד סְגִידָה *id. Rab.* סְגִדְתָּא *id.* Lev. 26. 1. Num. 31. 10. Exod. 23. 24. *Jon.*

SYR. ܣܓܶܕ 2 ܣܓܽܘܕܳܐ 3 ܣܓܶܕܬܳܐ 4 ܣܓܶܕܬܳܘܳܐ 5 ܒܡܣܓܕܐ ܣܓܶܕ 6 ܣܓܳܝܳܐ 7 ܣܓܳܕܳܐ ; *prim. i. q. Hebr. ib.* Matt. 8. 2. c. 2. 11, 8, 2. Joh. 4. 22. *Ethpe.* אֶסְתְּגֵד Adoratus eſt. 2, Cohibitus, prohinterdictus eſt, *i. q. Syr.* אתכלי *BB. ſec.* Adorator, Joh. 4 23. *tert.* Adoratio, *Off. Mar.* 121. 127. Num. 33. 52. *Novar.* 133. *quart. idem. quint.* Heliotropium. *ſext.* Adoratus. *ſept.* Cyperus.

SAM. ࠎࠂࠃ *i. q. Hebr.* ࠌࠎࠂࠃࠄ Adoratio, incurvatio, *Pl.* ࠌࠎࠂࠃࠉࠀ *tria* προσκυνήματα *in ſacris etiam obſervant Samaritani. L. Dam. De 7 adorationis membris. v.* Luc. 18. 13. *An Perſ.*

RR. سَجَدَ 2 سُجَّدٌ 3 سَاجِدٌ 4 ـدَة 5 سَجَّادٌ 6 ـادَة 7 سُجُودٌ 8 سَجْدَة 9 مَسْجَدٌ 10 ـجِدٌ 11 مَسَاجِدُ 12 مَسْجُودٌ .13 أَسْجَدَ 14 اسْـ ; *prim.* Humiliavit ſe, procubuit: *pec.* reverentiæ ergò; *ſpec.* frontem imponens terræ, ad commonſtrandam ſupplicis animi dejectionem, & abnegationem ſui: *uti inter precandum faciunt populi Orientis. v. Cor. Sur.* 84. 9. Act. 7. 60. c. 19. 27 Rom. 11. 4. *Bd.* & 2, *quod illum honorem ſoli Deo deberi agnoſcunt,* Adoravit, *G. tribus vicibus* 1 Sam. 20. 41. Pſal. 28. 2. & 21. 28, 30. *formâ Paſſ.* Joh. 4. 20. *v. Cor. Sur.* 2. 36. & 25. 71. & 38. 75. 3, סַגַד Intumuit *pes ejus. Gig.* IV. Inclinavit, depreſſit, *caput ſuum. cca.* 2, *abſolutè,* Depreſſo capite humiliavit ſe *cc* ל *p.* 3, Continuò oculos in rem defixit. 4, Palpebras malè affecit. *ſec. Pl.* ־ֵ סאגד, *G.* Adorantes. Matt. 2. 11. *v. Cor. Sur.* 2. 59: 19. 72: 20. 57. *tert. cum Plur. San.* & *ſec.* Humilians ſe, προσκυνῶν. *G. quart.* Aſſiduè aſpiciens, inclinans, *oculus. Gig. quint.* προσκυνήτης, Qui ritum προσκυνήσεως frequens peragit. *ſext i. q.* חֻמְרָה, Stratum, in quo אלסגדה peragitur. 2, Sacri illius procubitûs locus, *ac* veſtigium in fronte. *ſept. Act.* I. *G. v. Cor. Sur.* 68. 24. *quod fit 7 corporis membris.* Luc. 18. 13. *Ann. Perſ. ſolique Deo debetur. L. de Dieu.* Joh. 9. 30. Proſtratio ſuper faciem. *Av.* I. 347. 21: 355. 18. II. 73. 25. *oct. Act.* I. 2, *ipſe* Προσκυνήσεως ritus. *v.* אראב, & *Cor. Sur.* 32. t. 41. t. 2, Preces, quæ funduntur. *Gig. non.* Oratorium, *pec.* Muhammetanicum, in quo fit procubitus religioſus, *vulgò* meskita. *G. v. Cor. Sur.* 22. & 48. 43. Sacellum. 2 Reg. 5. 18. *Fab. Spec. Ar.* 16. *propriè è lignis fabricatum, ut* גאמע *ex lapidibus. Templa infidelium non eſt fas ingredi. Cor. Sur.* 9. 107. *c* גאמע- Templum majus in quo conveniunt undique die Veneris ad concionem. *cum* אלחיף- Delubrum quoddam in valle Muna. אלמסגד (*a*) אלחראם (*b*) אלאקצי (*c*) אללה; Templum, (*a*) Meccanum, (*b*) Hieroſolymitanum, *G.* (*c*) *i. q.* (*a*) *in quod ingredi prohibentur infideles. Cor. Sur.* 9. 17. & *impii,* 27. *dec. i. q. non.* 2, Pars frontis, quæ terram in ־ֵ סגדה attingit. *undec. i. q.* אראב, Septem membra, quæ in προσκυνήσει applicantur terræ. 2, *Pl.* ־ֵ *non.* & *dec. G.* Oratoria. *Av.* I. 549. 10 *v. Cor. Sur.* 22. 70. & 72. 16. *duodec. pro* מסגור, *de mari. Bd. Cor. Sur.* 52. 5. *dec. tert. i. q.* גֻּזְבָּה, Tributum. 2, Judæi, *aut* Chriſtiani: *quod ad certas numiſmatis, quod pro tributo penderent, imagines ſe proſternere tenerentur. dec. quart. i. q.* 2, *dec. tert. G.* 2, Moneta, quæ vulgò admittitur. 3, *Act.* 3, IV. *Gig.*

---

**סגה** اِسْجَهَرَّ 2 مُسْجَهِرٌّ f. ـرَّة ; *prim.* IV. Q. Albus fuit: alba apparuit eminus *aquæ ſpecies,* שראב *dicta. G.* 2, Bibit *vinum.* 3, Proceræ, extenſæ, fuerunt *herbæ.* Obvii facti ſunt, acceſſerunt, *haſtati. Gig. ſec. c* f. Albus. 2, In qua aqua, *ſ.* quæ huc illuc movetur, *nubes.*

ÆTH. ተሠገወ : Incarnatus eſt, *Hom. TP. Inf.* ተሠግዎ : Incarnatio. ሥጋ: *Planè ut H.* בשר Caro, Pſal. 26. 3. & 39. 9. & 27. 10. ጽጋዩ: *R. C. pro* ሥጋዩ፤ዘሥጋ: Carnalis, 1 Cor. 3. 3. Corpus, Mat. 26. 26. Luc. 22. 19. Joh. 2. 21. (Cognatio, ſanguis, ነገደ: ዚአየ: ውእቱ: እምንግሰ : እምየ : በሥጋ : *Cognatus meus eſt reſpectu matris meæ ſecundùm ſanguinem; Greg. Abyſſ. in Ep. ad J L.* Pudendum ተንሥአ : ሥጋሁ: libidine exarſit, *id. Pl.* ሥጋት: ሥጋዌ: Humanitas, corporalitas, humana natura *Chriſti;* Incarnatio ትሥጉት: *id.* ሥግው: Incarnatus. ሥጋዊ : Corporalis, corporeus. *Plur.* ሥጋውያን : f. ሥጋዊት:

AR. سَجَا 2 سُجُوٌّ 3 سَجْوَاءُ 4 سَاجِي 5 ـيَة *Pl.* سَجَايَا ; *prim. Fut.* O, Quievit. 2, Tenebroſa fuit *nox, ut* אלליל ארא סגא. *v. Cor. Sur.* 93. 1. 3, Continuavit. *pec.* 4, Vocem protendit *camela.* II. Involvit *virum veſti.* 2, Operuit *eâ mortuum. ccap* & ב *r.* 3, *Intranſ.* Lacte abundavit *camela.* III. *i. q.* מס & עאלג. *ccap. G.* Attrectavit, palpavit. *ccar.* & Medicatus fuit. IV. Multo lacte fuit *camela. Gig. ſec. Act.* I. *tert.* Quietus *oculus, mulier,* inter mulgendum quieſcens *camela. quart.* Socius, & amicus ſincerus. *G.* 2, Condenſata, & multa, *res. vide* שני. *Gig. quint.* Indoles, natura, & mos hominis. *G. et. ſine Teſd. v.* Prov. 6. 14. c. 28. 21. c. 31. 10. *Pl.* 2 Cor. 8. 2. Creatio. *Gig. pro Heb.* רבע Accubitus. Pſal. 39. 3. *Bd.*

¶ SYR. ܣܓܣܬܢܝܐ Segaſtanus, *ex Segaſto, quæ regio eſt ad Orientem Perſiæ. BB.*

AR. السِّجْزِي Quod refertur ad Segaſtani clima. *Gig.*

---

**סגח** AR. سَجَحَ 2 ـجُحَ 3 سُجْحٌ 4 ـجُحٌ 5 سُجَّاحٌ 6 ـجَحٌ 7 سِـ 8 سُجُحَة 9 سَجَاحَة 10 سَجِيحَة 11 أَسْجَحَ 12 اسْجَاحٌ 13 مُسْجَحٌ 14 مُسْجُوحٌ, ـوحَة ; *prim.* Lenis, & æquabilis, fuit *gena.* Mediocri longitudine, paucâ carne, fuit. *G.* 2, סַגַח Gemuit ſæpius *columba.* 3, Adverſatus fuit *illi ſermone, eumve* convertit *ad illum. cc* ב *r* & ל *p.* II. *i. q.* 3, I. *Gig.* 2, Condonavit *hoc mihi. cc* ל *p* & ב *r.* IV. Bene pepercit, & condonavit. 2, Lenibus, commodis*que* verbis uſus fuit *G.* 3, Liberalis, & placidus, fuit *princeps.* VII. Hilarem ſe præbuit. *cc* ב *in re. Gig.* 2, *i. q.* 2, II. *ſec. Act.* I. 2, Pulchritudo. 3, Symmetria. *G. tert.* Forma. *Gig.* 2, Lenitas, & æquabilitas. 3, Commodus *inceſſus. quart. i. q. tert.* 2, Rectum, pulchrum*que.* 3, Menſura. 4, Medium *viæ. G.* 5, Mollis, & facilis. *quint.* Mulier quædam. *ſext.* Aër. *ſept.* Modus, ratio. *Gig. oct.* Natura. *non. Act.* I. *dec. i. q. oct* & 3, *quar. ſec. undec.* Pulchra commenſu *facies. G. duodec.* Greges pulchri. *dec. tert.* Vir quidam. *dec. quart.* Res creatæ. *Gig. i. q. oct. G.*

¶ SYR. ܣܓܣܛܘܣ *idem quod Arab.* טור, חטר *BB. Affine* σκόγιος *Petra. Vulg. Gr.*

---

**סגל** סְגֻלָּה f. Peculium, *Lat.* Singulare, Exod. 19. 5. Deut. 7. 6. *Cn.* Eccl. 2. 8. *Aff.* Pſal. 135. 4. *Omnia bona quæ in mundo, ſunt propter* סגלה (*peculium Dei*) *Coſri.* 112.

CHAL. סְגוֹל, סְגוֹלָה, סְגוֹלָא Botrus, Num. 13. 24. *Pl.* Gen. 40. 10. *TH.* סְגוֹלָא, סְגוּלְתָא סְגוּלְתָא Peculium, proprietas, proprium, ſubſtantia, Deut. 26. 17 Gen. 31. 18. *Log.* Proprium, *unum ex quinque prædicabilibus.*

סְגוּלִי Proprius, f. סְגוּלִיית. סְגוֹל Sægol, *vocalis q. Botri inſtar* ( ֶ ) סגולא סְגוּלְתָּא *Gram.* Sægolta, *accentus q. Sagol inverſum* ( ֒ )

סַגֵּל סִיגֵּל Peculium fecit, lucratus eſt, acquiſivit, collegit ſubſtantiam, congregavit, *Midr.* Pſal. 7. Eſth. 1. 4. *Ecba rab. c.* 1. 17 *al.* Amavit מסוגל בכחמה Peculiari, & inſigni donatus ſapientiâ, *Zeror ham. f.* ואתחנן 4. סִגָּל Lucrum. *Sch.* סִיגְלִין Mandragoræ, *al.* violæ, *al.* Lilia, Num. 21. 13. *Jon. Schab.* 50. 2. *Sanh.* 99. 2. *CL.* σίγνλος סְגַלְגַּל Rotundum, orbiculare, orbis, 1 Reg. 7. 23, 31. Cant. 7. 2. *Nedar.* 66. 2. *Pl.* 1 Reg. 6. 34. *Schab.* 31. 1. סַגַּלְרִיון Vox ficta, riſûs cauſâ, עִין 18. 2.

SYR. ܣܶܓܠܳܐ 2 ܣܓܳܠܳܐ 3 ܣܽܘܓܳܠܳܐ ܣܽܘܓܠܳܐ 4 ܣܰܓܠܳܢܳܐ 5 ܡܣܰܓܠܳܢܳܐ ; *prim.* Juncus paluſtris, ſcirpus. *ſec.* Fœtor, deteſtatio. *BB. tert. i. q. Ch.* סגול *ib.* Deut. 32. 32. *quart. i. q.* מקטרנא. *BB.* Compactor, conjurator? *quint. Ar.* מחצורה. *BB. puto* Seceſſus, receſſus.

SAM. ࠎࠂࠅࠋ *i. q. Heb.* 2, *i. q. Syr.* סגלא *ib.* ࠌࠎࠂࠋ Approprians. *Lit. Dam.*

AR. سَجَلَ 2 ـجْلٌ 3 سَجِـ 4 سِجِّلٌ *Pl.* ـلَّاتٌ 5 سِجَالٌ 6 سَجِيلٌ 7 سَجِّ 8 ـة 9 سَجُولٌ 10 سُـ 11 سَاجِلٌ, سَوْجَلٌ, ـة 12 سَجْلَاةٌ 13 سُـ 14 سَجْلَة 15 مُسْجَلٌ 16 ـة 17 سِجِلَّاطٌ 18 سِجِلْطَاسٌ أَبْهَرُ ; *prim.* Fudit, effudit, *aquam. cca.* II. Scripſit *quid,* ſignavit*ve judex. cca. pec.* judicii, *ſ.* ſententiæ, libellum. *G.* 2, Arrexit. Projecit ſupernè. *cc* ב *r Gig.* III. Certavit *cum altero,* æmulatus *eum* fuit, in currendo, *aut* haurienda aqua. IV. Implevit *lacum, labrum. cca.* 2, Magnam *ei* ſitulam dedit. *ccap.* 3, Liberum dimiſit. *G.* Deſeruit, & miſit, *ccap,* & dimiſit *illi rem. cc* ל *p* & *a r.* 4, Multis bonis, & virtutibus, affluxit, cumulatus fuit. VI. Alter alteri adverſatus fuit. *Gig.* 2, Inter ſe gloriati ſunt. VII. *Paſſ.* I, *G.* & Infuſa fuit *aqua. ſec. qſ. Ital.* Secchio. *Gig.* m. *c Pll.* סגאל & סגול, Situla, *ſpec.* major, continens aquam. 2, Magnum uber. 3, Vir liberalis. *tert. Nom.* angeli, qui rerum humanarum tabulas conſcribit. *G.* 2, Notarius. 3, Charta libri. *Gig.* Liber. Apoc. 6. 14. *Bd.* 4, *c* ג *gjezm* Carcer, *pro* סגן. *Nisb. Sib. quart. c Pl. i. q.* צַךְ, Syngrapha, *pec.* judicis: quâ judicium ejus, *aut* ſententia continetur. *G. v. Cor. Sur.* 21. 103. 2, Fœderis ſcripturæ. *Gig. quint. Pl. ſec. G.* 2, סגאל סגאל Vox, quâ oves ad mulgendum vocantur. 3, *c* אלחרב בידהם Bellum varios ſucceſſus habet. *Gig. ſext. à Perſ.* סַנְךְ, Lapides, *pec.* duri. 2, Argilla, ex eave lapides, igne Infernali indurata, cui hominum quorundam nomina inſcripta: uti narrant *Gi.* & *Ca. G. v. Cor. Sur.* 7. 75. & 11. 81. & 15. 59. & 105. 4. 2, *pro* סגין. Valida verberatio. 3, *c*. מא אדראך מא Non adeptus eſt librum opere vario ſcriptum, & eleganter elaboratum. *Gig. ſept.* Longum, *ſ.* protenſum ſuuſuber *camelæ*, &c. 2, Situla magna. *oct.* *i. q.* 2, *ſept.* & ampla. *G.* 2, Pendulâ cute *teſticulus. Gig.* *non. Pl. ſec. G.* *dec.* Multo lacte capræ. *undec.* Matulæ, *ſ.* phialæ, operimentum. *duodec.* Mulier magnâ carne ſupra coxæ verticem, & femur. *Gg.* *dec. tert.* Longiora ubera habens *camela.* *dec. quart* Lepus parvus, ejus pullus. *dec. quint. i. q.* סבאח, libero omnium uſui, *ac* arbitrio permiſſus. *G.* 2, Quem quiſque negligit. *dec. ſext. cum* לדבר Cùm rependitur præmium juſtitiæ. *Gig.* *dec. ſept.* Jaſminum. 2, Operimentum laneum, quod mulieres pilento ſuo camelino injiciunt. 3, Lene, & molle panni genus, colore pictum *G.* *dec. oct.* Regio quædam *Occidentis, multis fluviis, & arboribus prædita, cujus incolæ pinguefaciunt canes, iiſque veſcuntur. Gig.*

---

**סגם** CHAL. סינמטין סַנְמְטִין *aliter* סנמטין Lecti auguſti, & pretioſi, *Bemidbar. r. pr. Tanhuma.* Num. 1. 1. סנמוס, *Σίγμα*, Menſa exculta, *quæ ſex caperet convivas*, *in Aruc* אסנמוס

SYR. ܣܓܡܘܣ Aſparagus. *BB.*

AR. سَجَمَ 2 سَجْم 3 سِجَام 4 سُجُوم 5 سِ 6 سَاجِم 7 أَسْجَم 8 مَسْجُومَة ; *pr.* Fluxerunt *lacrymæ.* 2, *Tranſ.* Profudit *lacrymas oculus. cca.* 3, *i. q.* אחגם, Pluviam fudit *cœlum. G.* 4, Moratus fuit, diſtulit. *cc* ע׳ *r.* II. *Tranſ.* 1, I. IV. *i. q.* II. *Gig.* V. *i. q* 3, I. VIII. Effuſa fuit *aqua*, &c. *ſec. Act.* 2, I. *G.* 2, סַגַם Aqua putei; Lachrymæ, Folium ſalicis. *Gig.* *tert. Act.* 1, I. *quart.* Lacrymas fundens *oculus.* *quint. Act.* 1, I. *G.* *ſext.* Dabah animans. 2, Pedes dilatans inter mulgendum, & caput extendens, *camela. Gig.* *ſept.* Siccus ore, *ſc.* ſpumam in murmure non emittens *camelus.* *oct.* Compluta, pluviâ rigata, *terra.*

---

**סגן** סְגָנִים Antiſtites, magnates, principes, *ſ. Eccleſiaſtici, ſ. militares*, Iſai. 41. 25. Jer. 51. 23, & 28, 57.

CHAL. סְגַן סְגַן Suffraganus, vicarius, *Lat.* Secundarius, ſecundus *à Rege, Sacerdote ſummo, ſ. Duce militiæ; Beroſus lib. 2. Primùm dixerunt Ogygiſan Sagan, i.e. illuſtrem ſacrorum pontificem, Noam.* 2 Reg. 23. 4. Jer. 20. 1. c. 52. 24. *Joma* 41. 1. *TH. Pl.* סיגני *Sanh.* 106. 1. *A principibus ſcortans fuit cum helciariis. Lightf. Temp. Serv. c.* 5. *Cunæus de rep. H.* II. *c.* 6. סינוס סיגנון Signum, vexillum, ſigillum, ſymbolum, *Breſh. r. ſ.* 6. *fi. Shem. r. ſ.* 45. *al.* Tabernaculum, *per Metath.* σκηνὴ, Tenor, ſtylus, argumentum, *Sanh.* 89. 1. *Pl.* סגניות סְגָנִיּוֹת *Sportulæ ex foliis, ſ. calamis factæ, Kel. c.* 16. סוגנא Multitudo, Gen. 27. 28. *Jon. à* סגנא.

AR. سَجَنَ 2 سَجْن 3 سِ *Pl.* سُجُون 4 سَجَّان 5 سِجِّين 6 مَسْجُون 7 ة 8 سِجِنْجِل ; *prim. Fut.* O, Incarceravit. *cca. G. Paſſ. G. Nub.* 51. 8. *vide Cor. Sur.* 12. 24, 31. 2, Non permiſit conſiſtere *cura. ccap.* II. Diviſit, fidit. *ccar.* 2, *c* אלנחל Ad palmæ radices foveam fodit, ſupra quam aqua derivaretur, quæ antea ad illam non pertingebat. *Gig.* *ſec. Act.* 1, I. *tert.* Carcer. Gen. 39. 20. c. 40. 3. Iſai. 24. 22. *Pl.* Luc. 21. 12. *quart.* Carceris cuſtos. *quint.* Gravis carcer. 2, Septimus ordo, ſeptimum antrum ſub terra. Infimus inferni locus. *G. v. Poc. P. Moſ. not.* 252. *v. Cor. Sur.* 92. 16. 3, Liber, in quo dæmonum, hominumque improborum crimina conſcripta extant. 4, Continuus, durus, & vehemens, *ictus. G.* 5, Aſſiduus obtrectator, reprehendens. *Gig.* *ſext.* Concluſus *intra urbem. cc* ב. Iſai. 54. 17. Gen. 39. 20, *Ar. Sa.* c. 40. 3. *Pl.* Incarcerati, & vincti. *Int. Cor. Sur.* 26. 23. *ſept.* f. *ſext.* Carceri emancipata. *oct.* Mulier Romana, *ſeu* Græca. 2, Aurum. 3, Argentum fundens.

4, Crocus. *Gig.* 5, *i. q. Ar.* מראה, Speculum.

---

**סגס** CHAL. סָגִים Sagum, veſtis lanea craſſa, ſtragula, *Kel. c.* 29. 1. *Nedar.* 55. 2. *Nega. c.* 11.

SYR. ܣܓܣܘܣܛܐ 2 ܣܓܣܘܣܛܐ 3 ܣܓܣܛܘܣ ܣܓܣ ܣܓܣܛܐ 4 ܣܓܣܛܐ ; *prim.* Numularius, trapezita. *F. vide Syr.* סבס. *v. Salmaſ. de fœn. trapez.* I. 110. *Quiſtorp.* Act. 10. 28. *Berac.* 43. 2. 2, Denarius, *numus.* *tert. i q. Ar.* סבסטאן. *BB.* *quart. Nom.* civitatis. *Novar.* 303.

AR. سَجَسَ 2 سُ 3 جِ 4 سَجَاس 5 سَجِيس 6 سَجِيسَ الأَوْجَسِ ſ. c مُكَيِّس- 7 سِجِسْتَان 8 سَاجِسِي 9 سِجِي ; *prim.* Alterata, corrupta, & turbida fuit *aqua G.* 2, סַגַס Seditionem excitavit. *Gig.* II. *i. q.* 2, I. Eſr. 10. 9. 2, *Tranſ.* 1, I. *cca. G.* *cc* ב *r*, & *a p.* Conturbavit *ſermonibus.* Act. 15. 24. *Erp.* *ſec.* Turbida *aqua. G.* 2, Timore perculſus. *Gig.* *tert. Act.* 1, I. 2, Turba, tumultus. Mat. 26. 5. Act. 12. 18. c. 15. 2. Mar. 15. 7. *Erp.* *quart. Pl.* 2, *tert.* Iſai. 13. 4. *Ox.* *quint. i. q.* 1, *ſec. G.* 2, Properatio in inceſſu. *Gig.* *ſext. ct.* סגים אלליאלי, Ullo unquam tempore. *ſept. Perſ.* סיסתאן, Regio ad orientem Perſiæ, Segeſtanorum regnum. *G.* 2, Urbs quædam Corazenæ regionis. *oct.* Grex ovium cujuſdam. 2, Albi *arietes.* 3, Egregius *equus*, *cc* סן. *non.* Multo vellere *aries. Gig.*

---

**סגע** CHAL. סְגָע Auctus, multiplicatus eſt, abundavit, crevit, סגא Pſ. 4. 8. & 139. 18. Occurrit, Prov. 22. 2. *Ven.* פגע *ſeu pro eo.* *Aph.* Auxit, Pſal. 18. 36. Prov. 28. 8. סַגִּיעַ Multus, plurimus, Pſ. 129. 1. Prov. 19. 21. סוּגְעָא סִגְעָא Multitudo, copia, c. 29. 2. Pſal. 5. 11. *Pl.* Job 33. 19. c. 37. 23. *T.* 2. סַגִּיעוּת *id.* Pſal. 37. 11. & 51. 3. סוּגְעָה Multùm, plurimùm, Pſal. 123. 4.

AR. سَجَعَ 2 سَجْع *Pl.* أَسْجَاع 3 سَاجِع 4 ة *Pl.* سَوَاجِع 5 سَجَّاع 6 ة 7 سُجُوع *Pl.* سَجْع 8 أُسْجُوعَة *Pl.* أَسَاجِيع 9 مَسْجَع 10 المُسَجَّع ; *prim. Fut.* A, Similiter deſinente voce locutus fuit, *vulgò* rhythmicè. 2, Gemuit *turtur, columba.* 3, Uno tenore vocem protendit *camela.* 4, *Intranſ.* Intendit *quid*, aliter*ve. cca.* II. *i. q.* 1, I. *ſec. c Pl.* Oratio rhythmica. 2, Rhythmus, ſimilis ultimarum ſyllabarum deſinentia. 3, Gemitus *turturis, columbæ.* *tert.* Rhythmicè loquens. 2, *i. q.* קאצד, Intendens, petens. *G.* 3, Procera *camela.* 4, Pulcher, aptè conformatus à natura *vultus. Gig.* *quart.* Gemens *turtur, columba* *quint. i. q.* 1, *tert. G.* 2, *pro Ar.* שעאע, Claritas. Iſai. 18. 4. *Ox.* *ſext. i. q.* 1, סאגע. *ſept. i. q.* סאגעה. *oct. c Pl. i. q.* 1, 2, *ſec. G.* *non.* Elegans, præſtans, *ſermo.* *dec. c* דלך סַגַע Rectè hoc præſtitit, & præſtare conatus eſt. *Gig.*

---

**סגף** CH. סַגֵּף Afflixit, compreſſit, Gen. 16. 6. *Jon.* Pſ. 88. 8: 90. 15: 35. 13 Pſ. 89. 23. Iſai. 58. 3, 10. *Taan.* 22. 2. *Ob ſpiritum malum licet viro ſingulari* (*religioſo*) לסגף את עצמו בתענית *jejunio ſeipſum affligere.* v. Mat. 17. 21. *Ithpe.* & *Ithpa. Paſſ. prac.* Pſal. 102. 24. & 119. 67, 106. Eccl. 1. 13. c. 5. 19. *Qui ingreditur iter, neceſſariis non inſtructus* בסתגף הוא *Breſh. r. ſ.* 60. סִגּוּף Afflictio, 1 Sam. 1. 11. Job 36. 8, 15.

SYR. ܣܓܰܦ ܣܰܓܶܦ 2 ܣܓܺܝܦ ܣܓܝܦܐ 3 ܣܘܓܦܐ 4 ܣܘܓܦܢܐ 5 ܡܣܓܦܢܐ ܡܣܓܦܢܐ 6 ܡܣܓܦܢܝܬܐ ܣܓܦܝܢܘܢ ; *prim. i. q. Ch* Læſit, offendit, Num. 30. 14. 1 Tim. 6. 9 *Ethpe.* Mutilatus eſt. *Nov.* 444. *Ethpa.* Læſus, offenſus eſt. *ſec.* Afflictus, mutilus, Act. 14, 7. *Pl.* Luc. 14. 13. *tert.* Mutilatio, afflictio. *quart.* Damnum, detrimentum, offenſio, læſio, *Off. Mar.* 153. 215. *quint.* Malus, noxius, offendens. 164. *ſext.* Noxia, malefica, 279. *ſept.* Sagapenum, *BB. Novar.* 133.

AR. سَجَّفَ 2 سَجْف 3 سِ *Pl.* سُجُوف 4 سِجْف 5 ة 6 سِجَاف 7 اسا ; *prim.* Umbracula poſuit *ſupra domum. cca. Gig.* II. Relaxavit, dimiſit*ve*, *velum.* IV. *i. q.* II. *cca.* 2, *Intranſ. pro* אסדף, Tenebroſa fuit *nox. G.* *ſec.* Intercapedo inter duo tentoria paria. *Gig.* *tert.* Velum. Exod. 40. 3, 22. Lev. 4. 6. *c Pl.* Cortina, *pec. qua* ט׳ איואן obtendi ſolet. *G.* *quart.* Lumborum tenuitas. 2, Corporis calefactio. *quint.* Hora noctis. *ſext.* Velamen. 2, Quælibet rima. *ſept. Pl. tert. pec.* Tentoria ſponſæ *Gig.*

---

**סגר** סָגַר Clauſit, concluſit. incl- ſecl- præcl- Gen. 19. 6. Pſal. 17. 10. *Præ pinguedine ſua* (ב *deficit, v.* Job 15. 27.) סָגְרוּ Clauſerunt *os ſuum, adeò ut, niſi parum, loqui non potuerunt, & illud parum, ſuperbè loquebantur. Ita ferè Ch. R. Da. R. Sa. A. Eſra, R. Abraham, & R. Imman. & cum his Italus. Pa.* Iſai. 22. 22. *Imp.* 26. 20. *Inf.* Joſ. 2. 5. *PP.* Ezech. 44. 1. *Fut.* Gen. 2. 20. *Niph. Paſſ. prac.* 1 Sam. 23. 7. *Imp.* Ezech. 3. 24. *Fut.* 46. 2. *Pih. id.* Tradidit, dedidit. 1 Sam. 26. 8. c. 24. 19. *Fut.* 17. 46. *Pyh. i. q. Niph.* Iſai. 24. 10. Jer. 13. 19. *Pa. f.* Joſ. 6. 1. *Hiph. i. q. Pih.* Lev. 14. 46. Pſal. 78. 50. *Pa.* 2 Reg. 24. 14. *Inf.* Am. 1. 6. *Fut.* Pſal. 78. 48.

סָגוּר m. Incluſum *aurum, ſc. propter ejus bonitatem, quæ tanta erat, ut quum venum exponeretur, reliquæ officinæ eſſent* נסגרות *clauſa. Joma* 45. 1.

סְגוֹר m. *id.* Job 28. 15. Clauſura *cordis* (pericardion) Hoſ. 13. 8. *Leo unguibus, & dentibus diſcerpſit corpus uſque ad Cor, quod devorat, ejusque ſanguinem bibit. R. Da.* Sagaris, *gladius Perſicus*, Pſal. 35. 3. *R. Da. al. Imp.* Claude.

סוּגַר m. Clauſtrum, carcer, Ezech. 19. 9.

מַסְגֵּר m. *id.* Iſai. 24. 22. Pſal. 142. 8. Clauſtrarius, faber ferrarius, incluſor, 2 Reg. 24. 14.

מִסְגֶּרֶת f. Tænia, peripheria, Exod. 25. 25. *Pl.* מִסְגְּרוֹת Clauſuræ, faſciæ, 1 Reg. 7. 28. 2 Sam. 22. 46. *al.* Clauſtra.

סַגְרִיר m. Imber vehemens, *homines domi concludens*, Prov. 27. 15.

CHAL. סְגַר *i. q. Heb.* Dan. 6. 22. Cant. 1. 9. *Aph. id.* Lev. 13. 4, c. 14. 46. *Ithpe.* & *Ithpa. i. q. Niph. Heb.* Gen. 8. 2. Num. 12. 14. סגירו סְגִירוּת סְגִירוּתָא Lepra, *quòd eâ affecti ſecludi ſoleant*, Lev. 13. 2, 9. 2 Reg. 5. 1. 3. 11. סְגִיר סְגִירָא Leproſus, Lev. 13. 44. c. 14. 3, 45. f. סְגִירָא Num. 12. 10. סְגִירְתָּא Exod. 4. 6. *Jon.* מַסְגְּרָא Clauſura, carcer, Pſal. 142. 8. מְסַגַּר Faber ferrarius. סוֹגַר Capiſtrum, *Shab.* 51. 2. סוגר *al.* סְגוֹר Clauſura, *Poet. ſic dcr. Hemiſtichium ſecundum rhythmum claudens* סגריות *Syn. Jud.* 501. סיגרון *No* Angeli (Meſſiæ) *Sanh.* 44. 2. *v.* Iſai. 22. 22. *Buxt.* סַגְרִיר *i. q. Heb. ib.* נולד ביום סגריר *de* Otioſo *dicitur. P. Eliez. c.* 80.

SYR. ܣܓܰܪ 2 ܣܓܺܝܪܳܐ 3 ܣܽܘܓܳܪܳܐ ; *prim. i. q. Heb.* 2, Retinuit, prohibuit, ſepivit. *ſec. i. q.* סגריר *ib.* Frigus vehemens. *tert.* Occluſio, retentio, interdictio, excommunicatio.

SAM. ࠎࠂࠓࠉࠓ Pluvia, Lev. 26. 4. ࠎࠂࠓ *i. q.* ࠔࠃࠓ שדר *Mor.* Miſit.

ÆTH ሠገረ: Ar. סרח,סרע Celeriter inceſſit, Act 3. 8. IV. አሠገረ:አስገረ: Reti cepit feras, Cant. 2. 15. Illaqueavit, 1 Cor. 7. 35. Piſcatus eſt, cepit piſces, Joh. 21. 3, Mar. 1. 16. c ዓሣ: Mat. 17. 27. Extraxit rem ex aqua, Liberavit ex anguſtiis, 30. Mar. V. ተሰገረ: Reti captus, implicatus, comprehenſus fuit, Pſ. 9. 16, 23. & 58. 13. ሠገራት: & c. ስ: Milites cuſtodiæ appoſiti, q. d. Captatores, Act. 5. 23. c. 12. 4, 6. Mat. 27. 66. Joh. 18. 3, 12. መሠግር: Piſcator, pl መሠግራን: Mat 4. 18. Mar. 1. 16. መሠግርት: f. Rete, Pſal. 9. 16, 33. & 90. 3. & 123. 5, Inſidiæ, 1 Ti. 3. 6, pl. መሠግር: Mat. 4. 20. መሠጋር: Paſſus. Act. 7, 5.

AR. سَجَرَ 2 سَجْر 3 سَجَر 4 رة
5 رِي 6 ة 7 ساجِر 8 جور 9 سُجْر
10 سَ 11 سُجّار 12 سِجّير Pl. سُجَراءُ
13 سُوجَر 14 ر 15 رِي 16 أَسْجَر
f. سَجْراءُ 17 مَسْجُور 18 مَسُوجَر
19 مِسْجَر 20 مُسْجِر 21 م 22
سِجِّير 23 مُسْتَسْجِر 24 مُساجِرة ;

*prim. Fut.* O, Vocem, ferè argutiorem, protendit *camela.* 2, Lignum in collo alligavit *cani. cca.* 3, Accenſo igne fervefecit *clibanum. cca.* 4, Accendit ignem. *G. Syr.* שגר. Eccli. 48. 1. 5, Exemit. Vacuavit. 6, Aquâ implevit *fluvium. cca. G. v. Cor. Sur.* 81. 3. 7, *in Paſſ.* Pluviâ intumuerunt *fructus.* 8, סַגַר, Albam ſui partem rubore miſtam habuit *oculus. G.* 9, Infudit *aquam in illud, ccar* & פי. IV. *i. q.* 4, I. VII. Acceleravit *camelus. Gig.* 2, Dimiſſa fuit *coma.* 3, In ſeriem conſecutus fuit. *ſec Act.* 1, I. *G.* *tert. i. q. quart.* 2, Cùm torrens excurrit. *quart. c* אמראה בינה, Mulier oculis quorum albo nigrum commiſtum ſit. *Gig. v.* אסגר. *quint.* Segjirenſe *dendum. Plemp. Av.* I 160. 25. *ſext.* Illuſione *curant fractionem.* Jer 6. 14. *Ox.* *ſept.* Locus, quem incidens replet aquæ fluxus. *G.* 2, Repletus. 3, aqua quorundam in Jamamam. *Gig.* *oct.* Stipes. Prov. 7. 22. Jer. 27. 2. *Ox.* 2, Lignum, quod collo canis imponitur, alligatur. 3, *Nom.* loci. *non. Act.* 1, 2, I. *dec.* Parvula ligna. 2, Omne id, quo accenditur, calefitve clibanus. *G.* *undec.* Ardor. Deut. 32. 24. *duodec. c Pl.* Intimus ſocius, & amicus. *dec tert.* I. Q *i. q.* 2, I. *prim. cca. G.* 2, Fidit, diſcidit. *ccar.* *dec. quart.* Arbor ſalicis? *dec quint.* Demens, ſtolidus : vir, homuncio, levis. *Gig.* *dec. ſext. c* f. Oculos habens, quibus in albicante parte permiſtus eſt rubor. 2, m. Stagnum, lacusve, duriore conſtans luto. 3, f. Parte ſui albicante rubens *oculus.* *dec ſept.* Serie inter ſe connexæ, & æqualiter pendulæ, *ac* demiſſæ, *al.* ſparſæ, *margaritæ.* 2, Turgidum *mare. G. v. Cor. Sur.* 52 3. Plenus. *Gig.* 3, Factus ex lateribus *furnus Av.* II. 73. 50. *dec. oct.* Lignum in collo habens *canis.* *dec. non* Dimiſſa, pendulaque, *coma. G.* *vigeſ.* Calefactus *clibanus. Av.* I. 478. 14. Inflammatum. 3, *contr.* Quietum. 4. Prolixi. paſſi, *crines.* *vig. prim. i. q.* 2, *dec.* סַגוּר. *vig. ſec.* Eruptio, fluxus, *aquæ.* *vig. tert.* Durus *vig. quart.* Trochlea, rota, ad aquam hauriendam. *Gig.*

---

## סד

סַד m. Cippus, compes, Job. 13. 27. c. 33. 11.

CHAL. סַדְיָא *i. q. Hebr.* סד. 2, Prælum, *Sanh* 95. 1. *v.* סדן 3, Cervical, pulvinar, *Ketuv.* 61. 1. *Pl.* סדותא *Shab.* 124. 2. *ut* אסר

---

## כדא

SYR. ܣܵܕܳܐ 2 ܣܶܕܳܐ ; *prim. Hebr.* סד *ib.* Act. 16. 24. Paſcuum, longitudo ſulci. *ſec.* Spatium 100 paſſuum.

SAM. ࠎࠃࠀࠀ: *vide* ࠎࠃࠃ.

AR. سَدَّ 2 سُدّ 3 سِ 4 سُ 5 سُدَّة
سُدُد 6 سِ 7 سُدُود 8 سَدَاد 9 سِ 10 سَ
11 سُدُود 12 سَدِيد 13 سُدَّة 14
سادة 15 سَدَى 16 ة 17 تَسْدِيد 18
مَسَدّ 19 مَسَدَّة *pro* مَاسَدَّة 20
مَسَدَّد 21 ة 22 مَسْدُود 23 أَسَدّ 24
أَسَدَّة 25 أَسْدَاد 26 اِنْسَدَّ 27 -اِسْتَدَّ 28
سُودَد 29 سَدِيسْطس ; *prim.* Gen. 2. 21. c. 26. 15,

18. *Fut.* תַּסִּיד Pſal. 57. 5. c. 62. 10. *Imp.* אסדד Mar. 1. 25. Luc. 4. 35. Jud. 3. 22. 2 Reg. 3. 19, 25. c. 4. 29. 2 Par. 32. 30. Deut. 15. 7. *Erp. Fut.* O, Obſtruxit *viam.* Obturavit *ampullam.* Occluſit *oſtium.* Opplevit *hiatum, foramen. cca. G.* Supplevit, 2 Cor. 9. 12. c. 11. 9. *Erp.* vices *ejus. Av.* I. 10. 23. 2, Firmavit. Concinnavit. 3, *Intranſ. Fut.* I, Bene directa, & collimando ad propoſitum ſcopum inſtituta, fuit *res, ſ. dictum*; & 4, In ſcopum pervenit *G.* 5, בה אלחלה- Sublevata, & *contra* aucta, fuit paupertas ei. *Gig.* II. *Tranſ.* 3, 4, I. Recto ductu propitius juvit, & bene direxit. 2, *contr.* עריץ ניט, Rectum fecit, rectà intendit *haſtam ſuam. cca.* IV. Rem acu tetigit, rectà pertigit ad propoſitum. *G.* 2, Adeptus eſt bonum, *idque illi Deus* præbuit. *cc a p. Gig.* 3, Vertigine affectus fuit. *Int. Av.* I. 100. 51. & Scotoma induxit. *ccap.* II. 139. 24. *v.* סדר. VII. Obſtructus, occluſus, fuit : *ita foramina ſuturæ* coïverunt *in utre, aquâ ei infuſâ. G.* Rom. 3. 18. *Av.* I. 9. 50 : 37. 22 : 570. 7. *v.* נסר VIII. *Av.* I. 195. 41. *cc* ב *r.* Pſal. 106. 42. Obturatum fuit *os.* Rom. 3. 18. *Erp.* X. *i q.* VII. 2, *i. q.* אסתקאם, Rectus fuit. *ſec. Act.* 1, I. *Av.* II. 6. 7. 2, Mons. 3, *i. q.* חאגז, Res intercedens, prohibensque tranſitum : obex. *G. v. Cor. Sur.* 18. 72. Oſtium. Ezech. 39. 11. 4, Præſidium militum hoſti confine. 5, Vitium corporis : *ut cæcitas, ſurditas* ; *q. ſ. actionis naturalis impedimentum.* 6, Res quædam ex ramis parata, diverſis conſtans ordinibus. *Gig.* 7, *c* קנאה- Fluvius quidam. *tert.* Oratio apta, & vera. *quart.* Quod à Deo conditum eſt. 2, Umbra. *Gig.* Nubes atra. 3, Alveus ſaxa, petraſque continens, quæ liberum impediunt aquæ fluxum. 4, גראד סד Locuſtæ copioſæ, terram implentes. 5, *i. q.* 2, 3, 4. *ſec.* סַד. *quint.* Porta domûs : veſtibulum. 2, Oppilatio. *Av.* II. 6. 12. *pec.* narium : quod obſtruit viam cibi, *ſ.* humorum in corpore. *G. Pl. Av.* I. 132. 24. 3, *Hebr.* דוד Caniſtrum, calathus, Jer. 24. 2. *Du. v.* 1, *Ox.* *ſext. Act.* 3, 4, I. 2, *i. q.* צואב *ſewâbon*, Recta intentio, rectus ductus : felix ſucceſſus. *G.* *ſept.* Oculi aperti imbecillo obtutu. *Gig.* *oct i. q. non.* 2, *i. q ſext. hinc* אמרה יגרי עלי אלסדאד Res ejus procedit rectâ viâ, bonoque ſucceſſu. *non.* Obturaculum *ampullæ* : id, quo aliquid obſtruitur, *ſ.* oppletur, ſupp- 2, quo ſatis fit neceſſitati vitæ. *G.* 3, *c* אלקלאל- Penuria. 2 Cor. 8. 13, 14. *Bd. v.* שדד. *dec. Nom.* morbi, *ſc.* narium obſtructio. *undec. Pl.* 2, *quart.* & 5, *ſec.* סַד. *duodec.* Bene directus, & rectà in propoſitum ſcopum tendens. *G. v. Cor. Sur.* 33. 70. Conveniens *dictum. Av.* I. 99 5. Rectitudo. 310. 22. *dec. tert. Pl.* 3, *quart. G.* 2, Fluvii quilibet. *dec. quart. Oculus* albus, ineptus videndo. *Gig.* 2, Oppilans *materia. Av.* I. 332. 22. *dec quint.* Oppilativus. *Av.* I. 352. 37. *dec. ſext.* Ex oppilatione orta *febris. Av.* II. 6. 6. *t.* 2, *Alſude*, caro puſtuloſa addita in oculo. *Av.* I. 346. 11. *t.* *dec. ſept.* Vertigo ; Phthiſis. 2, *Act.* II. *Gig.* Oppilatio. *Int. Av.* I. 274. 35. *dec. oct.* Rectà tendens ad propoſitum. 2, Rem acu tangens *G.* 2, Vices *rei* ſupplens. *Av.* I, 10. 24. *dec. non.* Terra leonum genetrix. 2, Hortus. *vigeſ.* Bene, rectàque in ſcopum directus. 2, Rectificatus. 3, Qui res ſuas certo, bonoque conſilio exequitur, & felici cum ſucceſſu. *G.* 3, *i. q. vig. prim. Av.* I. 184. 42. 4, Vertiginem tenebroſam inducens. I. 158. 6. *vig. prim.* Obſtructiva *vis Av.* I. 127. 43. *vig. ſec.* Clauſus, obſtructus. *Av.* I. 27. 27. *vig. tert. i. q.* 1, *dec. oct.* מסד. *vig. quart. pro* סדוד. *Pl.* 5, *ſec.* 2, לא תגעלן בננבך אלאסדה Ne anxius eſto, quò minùs reſpondeas. *G.* *vig. quint.* צרבת עליה אלארץ באלאסדאד Obſita fuit via, nec vidit illius ſemitas. *G.* *vig. ſext.* Oppilatio. *Av.* I. 137. 20. Comprimi ad invicem. 429. 45. *vig. ſept.* אסתדאדה Exacerbationes *febris. Av.* II. 1 33. *vig. oct. v.* סוד. *vig non. pro* סידיריטס, Sideritis, *ſ.* achillea. *Av.* I. 139. 12.

---

## סדב

AR. سَذَاب , -ة 2 ذابي
3 سَذْبَة ; *prim.* Ruta. Luc. 11. 42. *Av.* I. 224. 15. *t.* 211. 1. II. 124. 29. *t. Dioſc.* 3. 52. *ſec. Emplaſtrum* è ruta confectum. *Av.* I. 408. 42. *tert.* Vas ad rutam reponendam. *Gig. i. q.* ועאם, Loculus, theca.

---

## סדג

C.HAL. הסדיגרון *Nom.* herbæ, *Kilaim c.* 1. *TH.*

SYR. ܣܝܕܓܐ Fluvius. *BB.*

AR. سَدَجَ 2 ج 3 سادِج 4
سَدَّاجة 5 سَدَّاج ¶ 6 ة 7 سادِج
neratum, fiſſumve habuit caput. V. Fiſſus fuit. VII. Fiſſuras egit. *ſec.* Fractura capitis. *tert. Act.* 2, I. 2, *ipſa* Fiſſura membri, *aut* fractura. 3, Lepra. 4, *Nom.* arboris amaræ. 5, Species aloës. *G.* 6, Venenum. 7, Nomen commune. *quart.* Mons in Medina. *Gig.* 2, *Act.* 1, I. 3, *c non. Pl.* Fiſſura pedis, calcanei. 4, Fiſſura in monte. *quint. Pl.* ת̃ו אסלע. *ſext. c* אסלאע *&* סלוע *Pll. i. q.* 4, *quart.* 2, *i. q.* מתל, Similitudo, parabola. *G.* Problema. *Gig.* *ſept.* Tumor, in corpore præter naturam, loco ſuo ad contactum mobilis; à ciceris magnitudine ad peponis molem: *ſc.* nodus, glandula, ganglion, ſtruma. *G. Avic.* I. 601. 19. *Pl.* Nattæ, *ſ.* tumores cum folliculo. *Plemp. Av.* I. 38. 23, 31: 92. 23, 422. 11. *t.* 2, Tuberculum, quod nucis inſtar in capite naſcitur. 3, Supellex, ſtrataque domeſtica, eaque venalia. Merx. *G.* Veſtis, quæ attrahitur. *Gig.* *oct. i. q.* צבר מר, Aloë. *non. Pl.* 3, *quart.* 1, *ſext. G.* *dec.* Collis in Medina. *Gig.* *undec. c quint. Pl.* Fiſſuris pedum laborans. 2, Leproſus. *duodec. Pl.* 1, *ſext. G.* 2, Caro t. *qui*, quæ congelata videtur, cùm pinguis eſt. *Gig.* *dec. tert.* Jumentorum, hominumve, ductor. *dec. quart.* Tumore, tuberculove סלעה affectus, & laborans. *G.* *dec. quint* Lis, diſceptatio. *Gig.* *dec. ſext. i. q. dec. ſept.* Ritusve ille: *aut* Pars arboris ita religata, & accenſa. *dec. ſept.* Cum pars ex arbore סלע & עשר religatur ad caudam bovis, præſertim ſilvatici, qui accenſâ illâ materiâ compellitur ad conſcendendum montem: *quare, ſi fortè ſterilitatem minaretur annus, ſe pluviam poſſe impetrare, gentilium Arabum opinio fuit. G.* *dec. oct.* Regio. *dec. non.* Cucurrit, ſuccuſſavit validè; *v.* סלען. *vigeſ.* Regio in Adarbigian. *Gig.* *vig. prim. pro* סלעף, Deglutivit. *cca.* *vig. ſec. i. q. vel pro* סלחף, Natura nutans, & vacillans. *vig. tert.* Lignum acuminatum, quod erigitur circa arborem ad interimendas feras. *vig. quart.* Craſſus. *vig. quint.* I. Q. Deglutivit. *cca* *vig. ſext.* Amplo gutture, magno ventre, longo naſo. 2, Cauda tenuis. 3, Longum roſtrum: *ſc.* חשם טויל *G.* Lupus exili roſtro, & valde procerus. *Gig.* *vig. ſept.* Magno impetu latus fuit *in curſu ſuo. cc* פי. ¶ *vig. oct. Fut.* A, *i. q.* צָלַע, Dentis defluvium paſſus fuit *bos, ovis*, poſt annum ſextum: *in camelis* בזל *dicitur.* 2, *Tranſ.* 1, & *i. q.* חלע, *aut pro eo*, Contuſione fregit *caput. cca.* *vig. non. Act.* 2, I. *trigeſ.* Durities annoſæ carnis, quæ coquendo vix emolliri poſſit: *ut pecoris* ſexenni majoris *eſſe ſolet. al. ut Act. interpretatur.* *trig prim.* Fractura capitis. *trig. ſec. c.* Cui dens poſt ſextum annum excidit, & ſextum excedens annum, *bos, vacca, ovis: de camelo* באזל *dicitur.* *trig. tert. Act.* 1, I. *trig quart.* Tenax, & dura, ad coquendum inepta, pecoris annoſi, *caro. G.* Crudum; Valde rubra res. 2, Culpatus. *Gig.* *trig. quint.* Lanugine obſitas plumas habuit *avis*, antequam nigreſcerent, *G.* *trig. ſext. c* אלטאיר, Plumæ vertex velut ſpina pullulavit. *Gig.* *trig. ſept.* Bibax, voraxque. 2, Fatuus, & languidus, vir. 3, Iracundus. 4, Lupus. 5, *de equo, i. q.* אשקר *G.* ruber, rufus, in jubæ ſede. *Gig.* *trig. oct. i. q.* סלען. *trig. non.* Deglutivit *quid, cca.* *quadrageſ.* Robuſtus. Adultus, firmusque corpore. *G.* Perfectus: in ſua ſtatione reſidens. *Gig.* *quadrag. prim.* Obeſa bos. *G.* *quadrag. ſec. c* פי ערוה Validè ſaltitans, & currens. *Gig.*

---

**סלף** סִלֵּף Pervertit, deflexit, detorſit *per Metath.* φαυλίζω *Pa.* Prov. 21. 12. *Fut* c. 19. 3. c. 22. 12. Job 12. 19. Exod. 23. 8. סֶלֶף m. Perverſitas, deflexio, ſupplantatio, Prov. 11. 3. c. 15. 4

CH. אִסְתְּלִיף Diſtortus eſt, Eſth. 6. 10. *T.* 2. סַלִּיף סְלִיף Perverſus. Prov. 10. 10. סְלְפִּינָא סַלְפִּינְגָּא סלפירם Tuba, σάλπιγξ *Pl.* סלפירי *Breſh. r. ſ.* 99. *pro* סלפירם *Jalcut* 186. 2. סלפירנסי *Vajicr. r. ſ.* 29. Tubæ ſonitus.

SYR. ܣܠܦܐ 2 ܣܠܦܝܘܢ 3 ܣܠܦܘܣܦܐ 4 ܣܠܦܘܦܝܬܐ ; *prim.* Vir ſororis uxoris *cujuſpiam.* *ſec.* Silphium, *herba.* *tert.* Σίλφη, blatta. *quart.* Teſtudo.

SAM. ࠎࠋࠁ Hauſit, שאף, שאב, סבא Gen. 24.

24. 19, 44. ࠎࠋࠐࠄ pudendum, c. 9. 23. *An. Sa.*

AR. سَلَفَ 2 ـَى 3 ـِلَ 4 ـُلَ 5 سِـ 6

ـةٌ 7 سـ 8 سُ 9 ـلْ 10 سـ 11 سَلْفٌ *Pl.*

سِلْفَانٌ 12 سَالِفٌ 13 ـةٌ 14 سُلَافٌ 15

ـةٌ 16 لَافٌ 17 ـُوفٌ 18 سـ *Pl.* سُلُفٌ

19 سَلِيفٌ 20 السَّلِفِيُّ 21 أَسْلَافٌ 22

أُسْلُوفَةٌ 23 اسالفة 24 مِسْلَفٌ 25

مُسْلُوفٌ f. ـةٌ 26 مِسْلَفَةٌ 27 مُسْلِفٌ

28 سِلْغَدٌ 29 سَلْفَعٌ 30 ـةٌ 31

سلفيون ; *prim. Fut,* O, Æquavit, & complanavit *terram. cca.* Induxit, illivit trullâ. *pec.* Occavit *terram ſationi. ccar* & ל. Oblivit *utrem. cca.* 2, *et. Fut.* O, Præteriit; Præceſſit: *Intranſ. ipſa res, tranſ. ipſam rem. cca. G. v. Av.* I. 9. 20. & 40. 10 *v. Cor. Sur.* 2. 257: 4. 18. 3, Mutuò dedit. Exod. 12. 36. Deut. 15. 8. *Erp. v. Cor. Sur.* 24. 22. II. Fecit, ut præcederet. Præmiſit. *cca.* 2, Jentaculum ſumpſit, *aut* cibi quid ante prandium, & *Tranſ.* Fecit, ut ſumeret *alius. ceap.* G. 3, *i. q.* 3, I. Fœneratus fuit; Accommodavit. *Gig* III. Profectus fuit *cum alio per terram. ccap* & פי *r.* 2, Pactum *cum eo* fecit *in re aliqua. ccap* & פי *r. G.* Mutuam opem *illi* tulit. *Gig.* IV. *i. q.* 1, II. *cca. G v. Cor. Sur.* 10. 30: 69. 16. 2, Mutuò dedit pecuniam, commodavit, ut æqualem reciperet ſummam ſine uſura. *ccap. G.* Eccli. 8. 15. 2, In anteceſſum ſolvit *ei, ſ.* anticipavit pecuniam, ante *mercis* traditionem. *ccap* & *c* פי *r. G. v.* Act. 16. 33. *Bd.* V. Petiit mutuò, & anticipari ſibi pecuniam. *G.* Exod. 12. 35. 2, Mutuò, *ſ* in anteceſſum pro tradenda poſt merce, *pecuniam* accepit. *ccar.* & מן *p* VI. Affinitate mutuâ inter ſe juncti fuerunt, duarum ſororum mariti. X. Mutuò, *vel* in anteceſſum ante mercis traditionem petiit *pecuniam. ccar* & מן *p.* 2, *i. q. H.* יבם Fratris defuncti uxorem duxit. *cca.* Deut. 25. 5. *G. ſec. Act.* 2, I. 2, *i q.* 2, *quart.* 3, Majores: *ſc.* præcedentes avi, & cognati, *ſ.* eorum agmen. *G. v. Cor. Sur.* 43. 58. 4, Mutuum ſine uſura. *G. v.* Deut. 15. 8 *Erp.* 5, Pecunia, quæ in anteceſſum ſolvitur, ut certo tempore poſt tradantur merces. *tert. i. q.* 2, *quart.* 2, *i. q. duodec.* Præcedens. *G. Av.* I. 3. 15. *præfa. quart. Act.* 1, I. 2, Pera, marſupium: *pec.* grandius. 3, Corium non ſat bene ſubactum, concinnatumve. *G.* 4, *c* אלדכר Pellis virilium. *Gig. quint.* Quod præmittitur, anticipatur. 2, *c Dua.* סלפאן, Proximus congener, coaffinis, *viri*, qui uxoris ipſius ſororem duxit, σύγγαμβρος, [illegible]. 3, Levir. Deut. 25. 5. *G. ſext.* f. *ſi quint.* Coaffinis *fœmina*, quæ mariti ipſius fratrem maritum habet. & Glos, fratria. Deut. 25. 7. *G. al.* סלף *duntaxat de viris, non* סִלְפָּה *nomen de mulieribus, in uſu eſſe tradunt. G. ſept.* Stolidus, fatuus. 2, Lupus. *oct.* Vultûs planicies. 2, Cibus, quem mulier reponit, ut ſe inviſenti illum præbeat. *Gig.* Cibus, qui prandio præmittitur: jentaculum, *ſ.* ſimile quid. 3, Corium tenuius, quo ocreæ ſuffulciuntur. 4, Nictus oculi. 5, גאוא סלפה Venerunt continuatâ ſerie. *non.* f. *undec. at potiùs* סִלְבָּה *pro eo uſurpatur. G. dec.* Paucis arboribus *terra. undec.* Mulier quadrageſimum annum agens. *Gig.* 2, *c Pl.* Pullus perdicis. *duodec. Ag.* I. 2, Præteritus. 3, Præceſſor. *dec. tert.* Colli latus ab ea parte, quæ ſub aure, ad medium clavicularum. *G.* Superficies gulæ. 2, Progenetrix; Præteriens ante tranſeuntes mulieres. *Gig.* Præteriti *dies.* Pſal. 76. 5. & 142. 5. Vetera *delicta.* 2 Pet. 1. 9. *Bd.* Diverſæ *ægritudines. Av* I. 588. 31. 3, Partitio narium. *BB. dec quart.* Succus primus, & anticipatus, qui ex uvis fluit ante preſſionem. 2, Vinum. 3, Quod ex cute hominis prodit. *dec. quint. c Pl. San.* Primus ſuccus *cujuſque rei* expreſſæ. 2, Muſtum Act. 11. 13. *G.* 3, *Nom. propr.* mulieris. *dec ſext.* Progenitores. *Gig. Pl.* 3, *ſec.* 3, *duodec.* 2, Anterior pars exercitûs. *dec. ſept. Act.* 2, I. 2, *Pl.* 2, *quart. dec. oct.* Quæ ex primo agmine ad potum proruit *camela.* 2, Celer *equus.* 3, Longior *ſagittæ cuſpis. dec. non. i. q.* 2, *quart.* 3, *ſec. G.* 2, Tempus præteritum; Quælibet res prior. *vigeſ.* Quidam ita appellatus. *vig. prim.* Parentes; Affines antiqui. *Gig. Pl.* 3, *ſec.* 2, *quint. vig. ſec. v.* 2, *quint.* & IV. Coaffinitas illa. *G. vig. tert. pro* אסאכפה. Sutorium *atramentum. Av.* I. 167. 22. *c* סראר- Encauſtrum, *ſ.* tinctura nigra. *Av.* I. 339. 12. חגר אלאסאלפה Lapis ageratus, quo coriarii utuntur. *Plemp. Av.* I. 182. 1. *t. vig. quart.* Annos circiter XLV nata *mulier. vig. quint.* Æquata, complanata, *terra. vig. ſext.* Inſtrumentum, quo æquatur terra, ſolumve, *ſ.* quo æqualiter inducitur aliquid: *ſc.* occa, cylindrus, trulla. *G. vig ſept.* Fœnerator. *Bd. vig. oct.* Fatuus, mente captus. 2, Lupus. 3, Animal quoddam. *vig. non. ſine Nunn. Nom.* canis cujuſdam *Gig.* 2, Audax, ſtrenuus: amplo pectore. 2, Pravâ indole, inviſa, *ac* clamoſa mulier. *trigeſ. i. q.* 2, *vig. non.* 2, Audax vaga, & velox camela. *G. trig. prim.* Σίλφιον, laſerpitium. *Av.* I 174. 42.

---

## סלק

CH. סַלֵק Aſcendit, conſcendit, Gen. 26. 23. c. 19. 28. c. 49 4. Jer. 30. 13. Evenit, acceſſit, *Sanh.* 108. 2. Diſceſſit, fugit, *Megilla* 28. 1. Subduxit, *Tamid c.* 2. 1. סולקין *al.* סינקין Ceſſavit, deſiit *loqui*, tacuit. Jud. 3. 19. Amos 6. 10. c. 8. 3. Finitus eſt, *unde in fine Librorum, & Capitum,* סליק Expliciti ſunt סלק *Aruc i. q.* שלק Elixavit, *Ithpe.* אִסְתַּלַק & אִסְתַּלֵק, נִסְתַּלֵק Receſſit, & defecit, ſubmovit ſe, ſubmotus eſt, Exod. 12 43. *Jo. Ben. Syra* 17 *Menſam (convivia) para, & mox contentio* נסתלקה *erit ſublata. Ult.* Elatus, elevatus, ſublatus, ſubductus eſt, ſubduxit ſe, diſceſſit, receſſit, Gen. 12. 8. Cant. 2. 17. c 3. 3. Jer. 34. 21. אִסְתַּלַּקָא *Pl.* f. Receſſerunt, Exod. 40. 37. Num. 9. 17, 22. c. 16. 24. Jer. 21. 2. הִסְתַּלֵּק Diſcute *obſcura, Pah.* סַלֵּיק Aſcendere fecit, abſtulit, ſuſtulit, tranſtulit, amovit, ſubduxit, Gen. 49. 9. Cant. 5. 3. c. 2. 2. Hoſ. 2. 3. סְלִיקָה Aſcenſus, diſceſſus, receſſus. סילוק Finis, abſolutio, completio. Remotio, *More* I. *c.* 18. *Gramm.* Accentus, *qui finem verſûs conſtituit. it.* Carmen, *quod in die feſto communi precationi interponunt, quam* שְׁמוֹנֶה עֶשְׂרֵה *ab* 18 *benedictionibus in ea comprehenſis, appellant; & hoc antequam dicant preculam illam ſanctitatis divinæ, quæ incipit* יתגדל ויתקדש *quâ nunc iſtarum precum finis eſt.* סְלִיקוּת Remotio. הסתלקות Abſentia. סִילְקָא Beta, σεῦτλον, *VGr.* σεῦκλον, *Mezia* 109. 1. עֻ 28. 2. (2, Pulmentum dulce, *quod comedunt veſperâ novi anni, in memoriam* יסתלקו אויבינו *Tollantur inimici noſtri. Orach Chaj. ſ.* 583. סְלִיקוּס סְלִיקָא *Nom. lo.* Seleucia, *Ketuv.* 10. 2. *Maccos* 10. 1. & Deut. 3. 10. *Jon.* סְלְוִיקְיָא. סַלְקוּנְדְרִית Salcondrinum, *ſal* candidum. עֻ. c. 30. 2 סלקנרית *Aruc al.* סלקונטית *Gem.* שכל סלוקתי רומי אוכלים בה *quòd cum eo omnia elixa Romæ condiunt, comeduntque.* סְלִיקוּסְתָּא Fraces, fæces porûs, *qui fit ex dactylis*, *Kama* 31. 1. Crocus, *Shab.* 50. 2. *al.* Faſciculus lilii.

SYR. ܣܠܶܩ 2 ܣܽܘܠܳܩܳܐ 3 ܣܠܳܩܳܐ 4

ܣܽܘܠܳܩܳܐ 5 ܣܠܺܝܩܳܐ 6 ܣܠܺܝܩܽܘܬ 7

ܡܰܣܩܳܐ 8 ܣܠܘܩܝܳܐ 9 ܡܰܣܩܬܳܐ 10

ܡܰܣܩܢܺܝܬܳܐ 11 ܡܰܣܩܬܳܐ 12

ܐܶܣܬܰܠܩܽܘܬܳܐ ; *prim. i. q.* 1, *Ch. in Fut. et Imp. et Inf. amittit* ל, *cc* ל *r.* Matt. 5. 1. c. 9. 1. Act. 10. 4. *c* ל & לות *p.* c. 1. 13, 26. Joh. 20. 17. Subiit *in animum*, *cc* על Act. 7. 23. Proſperè ſucceſſit *curatio*, Jer. 8. 22. Contulit, profuit *corpori*, *cc* על Eccli. 30. 26. *Pa.* Matt. 17. 27. c. 20. 18. f. Mar. 4. 32. Luc. 24. 38. *Pah.* Agitavit, Iſai 30. 24. *Ethpa.* אֶסְתַּלַּק Sublatus, aſſumptus, eſt, Act. 1. 2, 9, 11, 22. c. 11. 10. *ſec.* Beta, Iſai. 51. 20. *tert.* Ventilatio. *quart.* Aſcenſio, aſcenſus, Luc. 9. 51. *quint.* Cloaca urbana. *ſext.* Silphium, *BB* ק *pro* פ. *ſept.* Mundatores latrinarum, coprophori, *It.* Nettatores. *oct.* Seleucidis, *avis locuſtis veſcens, quas vel umbrâ ſui enecat, de qua eadem habet BB. quæ etiam apud Plin. Var. & c. occurrunt. non.* Elevatus, elatus, ventilatus. *dec.* Elevatio. *undec.* Tubulus textorius. *duodec.* Typus, exemplar, *dialecto Rhuanenſi.*

SAM. ࠎࠋࠒ *i. q.* 1, *Ch. ib. Defect. in fi.* ࠎࠋ Exod. 1. 10. *in medio.* ࠎࠒ *i. q.* ࠎࠋࠒ Gen. 19. 21. *cum* 20 *v.* ࠎࠒࠁ *Pa.* Num. 14. 40. Gen. 28. 12 c. 41. 2. c. 49. 17. Salvus evaſit, ſalvum fecit, *Imp* c. 19. 20. *Ithp.* ࠀࠎࠕࠋࠒ *id.* 19 & *i q. Ch* Exod. 40 36. Num. 9. 17, 21. c. 10. 11. c. 16. 24, 27. Gen. 17. 22. c. 49. 9. c. 32. 24, 26. ࠁࠉࠅࠌࠀ ࠀࠎࠕࠋࠒ *Eadem phraſis occurrit*, Joſ. 6. 15. *Ch.* Jon. 4. 7. ࠎࠋࠉࠒ Beta, olus, Gen 1. 30. ࠎࠋࠎࠒ ࠁࠎࠋࠎࠒ Jurgium, 13. 7.

AR. سَلَقَ 2 ـَى 3 ـُلَ 4 سِـ 5 ـةٌ

6 ـيَةٌ 7 ـةٌ 8 سـ 9 لْقٌ 10 سَلْ 11 سُلْ

12 لْقَانٌ 13 سِـ 14 سَلِيقٌ 15 سُلَاقٌ

16 سُ 17 سُلَاقٌ 18 ـِيٌّ 19 سُلُوقٌ 20

ـوقِيٌّ f. ـةٌ 21 ـيَةٌ 22 سَلِيقٌ 23 ـةٌ 24

سَلْقَى 25 سَلَاقَةٌ 26 لَايِقٌ 27

سَلْقَلَقٌ 28 ـةٌ 29 أَسْلَاقٌ 30 أَسَالِيقُ

31 مِسْلَاقٌ & مِسْلَقٌ مِسْلَقٌ 32

مَسْلُوقٌ f. ـةٌ 33 سَلْقَدٌ 34 سِلْقِدٌ 35

سَلْقَعٌ 36 ـعٌ 37 ـةٌ 38 سَلَاقِعُ 39 سَلْقَمٌ

40 ـةٌ 41 ـةٌ 42 سَلَاقِمُ 43 سِلْقَامَةٌ 44

اسلنقى 45 مسلنق ; *prim.* Conjecit, ſtravitve *eum* in dorſum, reſupinavit: 2, Stratam ita, expanſamque ſubegit *mulierem. cca.* 3, *pro* צלק, Clamorem extulit, & excitavit tumultum: *ut cùm quid accidit infortunii.* 4, Moleſtus fuit, ægrè *ei* fecit, perſtrinxit *eum* vehementioribus *verbis. ccap* & ב *G v. Cor. Sur.* 33. 36. 5, Excoriavit *flagello cutem:* Uſtulavit *eam igne:* Depilavit *fervente aquâ. ccar* & ב *G.* Coxit *igne eum.* Jer. *p.* 307. 22. *Av* I. 194. 18: 196. 14. Aſſavit cum pelle *ovem. cca.* 6, Inunxit *utrem: ut emolleſceret, neque pravo ſapore inficeret infundendam aquam.* Totum pice illivit *camelum: cca. quod contra ſcabiem fieri ſolet.* 7, In leviter bulliente aqua coxit *ova, olus, ſ.* elixum reddidit. *cca* 8, Infertam ſacci unius *anſam* in anſam alterius trajecit *ligno. cca ſacci, & c.* פי *anſæ: ut ambo juncti commodè vehi in jumento poſſent, utrinque unus. G.* 9, Spoliavit *carnibus oſſa. cca* & ען *r;* 10, Linguâ proſcidit *aliquem. ceap. Gig.* IV. *i. q.* 8, I. *cca* & פי 2, *abſolutè*, Venatus fuit lupam. V. *Ch.* סלק, Conſcendit *murum:* in ſumma *muri* parte fuit. *cca G. Av.* I. 303. 6. Extulit ædificando *parietem* ſingulis ordinibus, & pontibus. *Gig.* 2, *i. q.* קלק *kalika. ſec. Act.* 8, I. 2, Terra plana, lævisque. *G.* Tranquilla, tuta. *cc* מן *Gig.* 3, Notatio ab intertrigine in dorſo cameli: cùm albicat ſanatæ partis locus. *ſ.* Impreſſio veſtigii, & *velut* vibicis, facta in latere jumenti à ſarcinæ ligamento: *aut* Veſtigii impreſſio in via. *tert. Act.* I. *inprimis.* 5, *ſignif. quart. c duodec. Pl.* Lupus: *al. non de mare, ſed de ſola fœmina* סִלְקָה *dici volunt.* 2, *Pl.* 1, *ſept.* 3, *c duodec. Pl.* Fluxus aquæ, *ſ.* locus, quò fluit. 4, Beta, *olus: qſ. ſicla, ſicula, ſicelica. Av.* I. 223. *t.* 270. 27. *quint. Act. vig. quart* סלקי. *G. ſext.* Qualis betæ ineſt *flavedo. Av.* I. 70. 15. *ſept. c dec. Pl.* Lupa. 2, *c duodec.* & *dec. tert. Pll.* Mulier clamoſa, impudens, & inhoneſta. *oct. c dec. tert.* & *vig. non. Pll.* Terra æqualis, bono constans luto. *G.* 2, Coctura *lenis. Int. Av.* I. 196. 32. *non. c undec. Pl.* Quod defluit, deciditve de arbore. *pec.* parva, *ſc.* folia, & rami. 2, *Adject.* Lixa *caro, ovum, olus, frumentum. dec. Pl. ſept.* סלקה׳ *undec. Pl. non.* סלק & סליק. *duodec. Pl.* 1, 3, *quart.* 2, *ſept. it. Pl. oct. dec. tert. Pl. oct.* & 2, *ſept. G. dec. quart.* Velox; propera. *Gig. dec. quint.* Acer linguâ, altiſonans, & diſertus *orator, ſ.* talis, & ſublimis orator. *Subſtant. v.* רלק & צלק. *dec. ſext.* Aſcenſio Dominica, ejusque feſtum. *v.* V. *Conj. dec. ſept i. q dec. ſext.* 2, *Coll.* Tuberculum in linguæ ſuperficie, ejusve radice. 3, Excoriatio, eroſiove dentium circa radices, *it.* cutis humanæ. 4, Craſſior materia in palpebris, erodens ciliorum crepidines. *G* Phthiloſis. *Av.* I. 78. 30 : 345. 21. 5, Oſcedo *Gig.* χάζων, Oſcitatio. *Bd. dec. oct.* Collyrii genus *pro caſu pilorum. Int. Av.* I, 348. 3. *dec. non.* Natura, ingenium. 2, *Nom.* oppidi in Ar. Felice. 3, Urbis in Græcia, *fortè* Theſſalonica. *G.* 4, *pro* סמלוק, Elixus. *Av.* I. 224. 4. *vigeſ. c* f. *Poſſ.* 2, *dec. non. quo denominantur lorica,* & 3, *canes* Theſſalonici, *perquam celebres, G.* venatici. *Gig.* Leporarii *Int. Av.* I. 349. 48. *vig. prim.* Locus in navi, ubi conſidet nauta. *G.* 2, Genus phlebotomiæ ſupra humeros. *vig. ſec. c undec. Pl.* Arbuſculum, ejusve pars, cui cortex detractus ſit. 2, *c* אלנחל· Mel ad latitudinem alvearis. 3, Latera *via. Gig.* 4, *i. q. non. vig. tert. c vig. ſext. Pl.* f. 4, *vig. ſec.* 2, *i. q.* 1, *dec. non. ut :* תכלם באלסליקה׳ Locutus fuit ex proprio ingenio: *non edoctus exemplo, nec arte inſtitutus.* 3, Conſuetudo. 4, Res elixa: *pec* tale olus. 5, Veſtigium in latere cameli impreſſum à vinculo, quo ſarcinæ conſtringuntur. *G.* 6, *c* אלנסע· Locus, ad quem funis ſarcinam alligans emergit. 7, Caſeus molliuſculus, cui commiſceatur Ammoniacum. *Gig. vig. quart.* I. Q. *c quint. Act. i. q.* 1, 2, *pr.* סַלָק. III. אסלנקי *i. q. quadrag. quint.* אסתלקי. *vig. quint. Act.* 7, I. *G.* Decoctura. *Av.* I. 127. 6 : 140. 18 : 164. 30 Succus *anethi.* 320. 53. *vig. ſext. Pl.* 1, *G.* & 5, *vig. tert.* ejuſmodi veſtigia. *vig. ſept.* Mulier menſtruata: *Gig.* quæ fluxum muliebrem, hæmorrhoïdalem, patitur ex ano. *vig. oct. i. q.* צחאבה, Mulier clamoſa. *vig. non. Pl. oct.* סַלְקָה. *trigeſ.* Pariſthmia, *ſ.* partes, quæ uvulam circumſtant. *trig. prim. i q. dec. quint.* Diſertus, eloquens. *G.* 2, אלמצער אלמסלק *Nom.* libri cujuſdam. *Com.* Apoc. 6. 3. *Bd. trig. ſec.* Elixatus, coctus. *Int. Av.* I. 127. 10 : 141. 16 : 224. 6 : f. 163. 28. *trig. tert. i. q.* צַמַּר Gracilem, extenuatum, reddidit *equum. cca. trig quart. i. q.* מצַמַּר *de equo, G.* Macie confectus *Gig. trig. quint.* I. Q Pauper, inops, fuit. 2, Collum percuſſit *v.* צלקע. III. Coruſcavit *fulmen :* & *glarea* ſplendore: *cùm fervidior irradiaret ſol. trig. ſext. c trig. oct. Pl.* Locus ſalebroſus, durus, vacuus, deſertus: & *ferè junctim* בלקע סלקע *dicitur. G.* 2, Struthiocamelus. *Gig. trig. ſept. Act.* I. *trig. quint* Q. *trig. oct. Pl.* 1, *trig. ſext.* & *Plur.* בלאקע סלאקע Terra deſerta, in qua nihil provenit. *trig. non.* Leo. 2, Camelus validâ mandibulâ, & longo naſo. *quadrageſ.* Lupa. *G. quadrag. prim.* Vetula decrepita. *Gig. quadrag. ſec.* Leo. *quadrag. tert* Lupa. *quadrag. quart.* Decubuit in dorſo: dormivit reſupinus. *quadrag. quint.* Reſupinus. *Av.* I. 477. 31. *v.* לקי.

---

סלר CH. סלרין. סלירא. סלריא Sedilia, *Vajicr. r. ſ.* 9 *in Jalcut exp.* Salarium.

SYR. ܣܠܪܐ Silurus, *piſcis. v. Dioſc.* II. 29. & *Mathioſ. in lo.*

---

סלת סֹלֶת f. Simila, farina puriſſima, *ut* קמח communis, Gen. 18. 6. Exod. 29. 2. *Aff* Lev. 2. 2, 4.

CH. סְלַת Fidit, ſecuit *lignum in fruſta. Kama* 113 *Shab.* 74 2. *Pab id.* 150. 2. *Beza* 19. 2. 2, Similam ſelegit, expurgavit, *Trumos* c. 11. 5. סֻלְתָּא סֹלֶת *i. q. H.* סֹלֶת *ib. Kidduſh.* 71. 2. *Pl.* סְלָתוֹת. סִלְתִּין Segmenta *ligni* ligna fruſtulata, *Kama* 60. 1. סילתא *v.* סלל. סוּלְתָּנִית Thunnus *piſcis, ex cujus ovis Gari genus conficiunt Judæi; ſo. et. ipſum* garum, *ſ.* ſalſamentum, *ut* שלמויירא *ſalſamentum muriæ, Chol.* 66. 1. עין 39. 1. *Affine Gr.* συλλώνις.

SYR. ܣܠܬܐ 2 ܣܠܬܐ (a) ܣܠܬ̈ܐ ; *prim.* Coma. 2, Trichophyllon, *BB. ſec.* Alga, ulva. (*a*) Coma occipitii.

AR. سَلَتَ *Act.* سَلْت 2 سُ 3
لاذه 4 سَلَات 5 أَسْلَت 6 سُلْتَاءُ 7
مُسْلوت 8 مُسْلَتِب 9 سَلْتَم 10 سِلْتِ
11 سلتين 12 سلودون ; *prim. Fut.* O, I, Eduxit, evulſitve manu, *inteſtinum. cca. G. gladium.* Exod. 15. 9. *Erp.* 2, Rejecit, proj. 3, Abſterſit, mundavit digitis *ſcutellam.* Raſit *caput :* abraſit *crines. cca.* 4, Reſecuit *rem.* Amputavit *gladio naſum. ccar* & ב *inſtrum.* Percuſſit *eum* Inflixit *ei centum flagelli ictus. ccga. v.* סלאּ *G.* 5, דהב מני פלתה וסלתה Me præceſſit, & mihi defuit. *Gig.* II. Suſtulit *tincturam à manu ſua,* demptis, quibus obvoluta erat, ligaculis. *cc ar* & ען *manûs.* IV. Abſterſit, det- *cca* VII. אנסל *inſella,* Excidit, ſe clanculum ſubduxit *ab aliis. cc* ען. *G.* VIII. *c* אלקצעה· Paropſidem digitis inunxit. *ſec.* Hordeum. *pec.* quod acorem contraxerit. *Gig.* Genus hordei corticis expers: gymnocrithon, *i. e.* hordeum nudum *Gale.* tragus *Dioſc. aliisque. tert.* Quod digitis de vaſe detergitur, mundandi cauſâ. *quart.* Qui lingit catinos, catillo. *quint. c ſext.* f. Truncatus naſo. *G.* Cui commineris te naſum præſecturum. *Gig. ſext.* f. *quint.* 2, Quæ multo tempore non tinxit ſe, *ſc.* volas, ungues, capillos, cypro ſimilibusve: *ſ.* negligens tincturæ *mulier. ſept.* Capite raſus. 2, Denudatus carne *G.* 3, Evaginatus. Num. 22. 23, 31. *Erp. oct. i. q.* מסליב *ſ pro eo,* Pluvia multa. *non Camelus,* cujus omnes dentes exciderunt. 2, מא אצאב סלתמא Nihil adeptus eſt. *Gig. dec. i. q.* ראהיה Infortunium. & *i. q.* עוֹל *goulon.* 2, Annus calamitoſus, inopiâ annonæ laborans. 3, Monſtrum. 4, Dæmon in ſylvis, deſertisve, conſpicuus hominis ferè formâ. *G.* Meduſa, *vel* Deus fortis. *undec. c* מן אלנחל· Cùm ad radices palmæ fovea efficitur, ſupra quam aqua attrahatur, ad quam antea illa non pertingebat. *Gig. duodec. pro* סילובון σίλυβον, *al.* ענכבות, Silybum *planta. Plemp. Av.* I. 228. *t.* 26 *ſimilis araneæ, Meſopot.* Aranea. *Gg.*

---

סם סם *Pl.* סַמִּים Aromata (ὀσμὸς) *pec.* 3, *Medicamenta,* & *ſuffitus; ut quæ ad condiendum cibos, ſ. bonum odorem* בשמים *dicuntur,* Exod. 30. 7, 34. c. 35. 8. *v. Abrav.* c. 25. 6.

CH. סַם סַמָּא *i. q. Heb.* Pharmacum bonum, malumve, pulvis aromaticus, *ſ.* apothecarius, venenum, toxicum, Eſth. 2. 21. Jer. 11. 19. *Nidda.* 30. 2. *Legi operam danti propter ipſam legem, Lex fit aroma vitæ,* S D. Prov. 3. 18. *Ei non operam danti propter ipſam, fit* סם המות S. D. Deut 32. 2. *ubi* יערף *i. q.* יהרג *Jalcut in Leg.* 306. 1. *v.* 2 Cor. 2. 16. 2, Arſenicum, auripigmentum, *Shab.* 104. 2. *v* סמא סַמְּנִין Aromata odorata, Gen. 49. 20. *Jon. v. ſeq.* סַמְמָנִין Colores *aromatici. v. Syr.* סממנא *al.* Minium, Jer. 22. 14. c. 46. 11. Ezech. 23. 14. colorum varietates, & סמנין *id. v. et* סמן. סְמָמִית Stellio. *Shab.* 77. 2.

SYR. ܣܡܐ ܣܡ (a) ܚܝܐ (b) ܕܚܘܝܐ
(c)ܕܦܘܣܝܐ (d)ܕܡܚܐ (e)ܙܒܠܐ (f)ܠܘܡܚܒ
ܣܡܡܢܐ 2 ܣܡ ܣܡܐ 3 ܣܡܡܢܐ 4
ܡܣܡܡܢܐ ; *prim. i. q. Ch.* (*a*) Theriaca *quaſi Medicina vitæ,* Eccli. 6. 16. (*b*) *id. quaſi dicas Medicamentum ſerpentis* (*viperæ*) & *Gentianæ, BB. v. Av* I. 120. 50. (*c*) Ἐκπυδαμαλωτικὸν, φυσώδης *an* alexipharmacum? *v. Av. ib.* & *l.* 21. & 119. 33. *i. q. Ar.* שיטרג· אלבאד מהג *BB.* (*d*) Lepidium, *Ar.* חרו *Av.* I. 256. *t.* (*e*) Stercus caninum, *Arab.* אלכלב *pec.* album (*f*) Thymelææ, *Sy.* מזרנא *quod homines, & beſtias morti dat, v. Av.* I. 205. 39. *Pl.* Pharmaca, aromata, *Ar.* ארויה *BB.* Ez. 23. 14. Eccli. 38, 4. Sap. 13. 14. *ſec.* Sordes candelabri, *ſ.* lucernæ. Fungus lucernæ. *tert.* Sagittæ. *quart.* Qui parum, aut nihil valet, neque verbis, neque factis, *BB.*

SAM. ࠔࠌࠌࠉࠕ Stellio, Lev. 11. 30. *vide* שממית ࠎࠌࠌࠉࠌ Aromata, Ex. 25. 6. c. 26. 35.

AR. سَمَّ 2 سَمَّ 3 سُ 4 ه 5 ـه 6
سِ 7 سِمّ ، سُ 8 سُمِي f. ه 9 سَامّ 10 ه
11 أبرص سام 12 سموم 13 سُ 14 وا
15 سِمام 16 سُ 17 ه 18 سُمان 19
سمايم 20 أسم 21 مسم 22 ه 23
مسام 24 مسموم f. ه 25 أهل المسمة
26 سمسم 27 سِمسم 28 ه 29 سمس
30 مان 31 أنبي 32 سماسِم 33
سمسام 34 سِ ; *prim. Fut.* O, Venenum propinavit *alicui,* & indidit *cibo :* veneno ſuſtulit, læſitve, & infecit. *cca.* 2, *i. q.* קצר, Propoſuit ſibi, intendit, contenditve. *ccar.* 3, *i. q.* סדר, *aut pro eo,* Obturavit *ampullam. cca.* 4, *i. q.* סבר, Penetravit profundiùs, & exploravit, *rem. cca.* 5, *Intranſ. i. q.* חץ, Proprius, peculiaris fuit: peculiariter convenit *ei. cc* עלי. *p.* 6, Pacem fecit, diſſidium compoſuit *inter eos. cc* בין. 7, *Paſſivi formâ,* Vento torrido, סמום dicto, æſtuavit, nocuitve, *dies. G.* 9, Reconcinnavit, reparavit. *ccar.* 10, *c* אלאמר *Rei* pudenda abdidit, & illa aſpexit. 11, Deplumavit *aves. Gig. ſec. Act.* I, *pec.* 1, 2, *ſign.* 2, Foramen exile, & anguſtum: *ut* אלחיאט· *'lchiâthi,* Foramen acûs. 3, Os, nares, auris *hominis.* 4, Toxicum. *c* קאתל· Venenum lethiferum, & præſentiſſimum. *G. Av.* I. 131. 34. 5, *contr.* Pharmacum. Eccli. 6. 16. 6, Peculiaris *uſus, conſuetudo.* 2 Macc. 55. 19. 7, Lupus, *pec.* exiguo corpore. *Gig. tert.* Meatus auris. 2, Foramen acûs. *G. v. Cor. Sur.* 7. 29. 3, Genus conchæ, *vulgò* à Venere dictæ, ſimilis *ut* ורע *wádain :* *dicunt,* מא לה סם ולא חם עירך *hommon. G. Nihil prorſus, nec parum, ut multùm habet ;* סם אלבחר Teſtaceum album è mari prodiens, ex quo fiunt armillæ. Cochlea. *Gig. Plemp. Av.* I. 227. 15. 4, סם, Vulpes. 5, *c* אלחמאר· Oleander; Rhododendron; *c* אלסמך· Arbor quædam. *Gig.* 6, סם, Venenum. *G.* Pſal. 13. 5. Deut. 32. 32. *quart.* Stratum ex foliis palmæ contextum: quòd ſub palma expanditur excipiendis deciduis dactylis. *G.* 2, Propinquitas, affinitas. *Gig. quint.* Signum circumciſionis. Rom. 4 11. *Erp. v.* סמת. *ſext.* Clunes jumentorum, illisque adjacentia. *Gig. ſept. i. q* אִסם, Nomen. *v.* סמי. *G. oct. G.* f. & Venenata. *Av.* I. 137. 35. Deleteria *qualitas.* I. 99. 5. *non.* Venenoſus. *dec.* f. *non. G. Av.* II. 15c. 14. *t.* 2, *i. q.* חאצה, *contr.* עאמה, Qui peculiares primarii, familiares. *G.* 3, Mors. 4, Animantia venenoſa. *Gig. undec.* Lacertæ genus. *v.* ברץ. Lev. 11. 30. סאם טלש Sentalis, *oſtracii genus. Cr.* Tellina cochlea. *LBr. an pro* באלשאם; *in Syria ? Plemp. Av.* I. 242. 11. *duodec.* f. *c dec. non. Pl.* Ventus fervens, *G.* calidus Iſai. 25. 5. c. 49. 10. *pec.* interdiu ſpirans, חרור *G.* Gen. 31. 40. ſubinde & noctu: *uti* סרד *ventus æſtuoſus, potiſſimùm flans noctu : c* qui continuò flat. *G.* סמום *de igne* peſtifero. *Retin. Cor. Sur.* 15. 26 : *v.* & 52. 18 : 56. 17. Caliditas exceſſiva. *Bd.* caniculares dies. *Cr.* Peſtifera aëris afflatus, *Plemp. Av.* I. 75. 11 : 93. 10 : 304. 52. *dec. tert. Pl.* 3, 4, *ſec G.* Venena. *Av* I. 125. 23. &c. *G. Nub* 397. *dec. quart. pro* סמוסא *Bd. tſemutſa,* ſecunda ſpecies marrubi. *Plemp. Av.* I. 205. 44. *dec. quint. Pl.* 3, 4, *ſec. dec. ſext. Coll. Nom.* avis hirundini ſimilis, *ſ i. q.* טיר אבאביל· *dec. ſept. Nom. Unit. dec ſext.* 2, Camela celeriter incedens

cedens. G. 3, Individuum humanum; Vir pro-spectus. 4. Circulus glandulosus in collo equi. 5, Vexillum; Custodiæ, ſ. excubiarum locus. 6, Villæ, quæ dirutæ proſpiciantur. *Gig.* *dec.* *oct.* Duæ venæ ad cartilaginem naſi equini, *vel* a-fini. *G.* 2, *c*·אל Herba quædam. *Gig.* *dec. non.* *Pl duodec.* *G.* Æſtuoſi, calidi, venti. *Av.* I. 44. 35: 175. 16. *vigeſ.* Naſus anguſtis naribus. *vig. prim.* Comedens partem ſibi præſcriptam. *Gig.* *vig. ſec.* Secundi partus. *Bd. pro* מסימה *Av.* I. 198. 34 *v.* שים. *vig. tert.* Meatus corporis. *G.* Pori. *Av.* I. 8. 43, 44: 368. 45. 589. 43. Foramina. *Int.* 510. 19: 571. 36. *vig. quart.* Veneno infectus *cibus*, gladius. *G.* *Av.* I. 175. 15: 273. 30. 2, Veneno occiſus, læſus. 3, Vento torrido fervens, gravisque *dies*. *vig. quint. oppoſ.* אהל אלמנחאה, Peculiares: familiares, & propinqui. *vig. ſext.* Vulpes *G.* 2, Formica nigra. *Gig.* *vig ſept.* Seſamum. *G.* *Av.* I. 226. *t.* II. 125. 32. *v.* *Eutych.* I. 269. 2, Serpens quidam *Gig.* *vig. oct.* *c trig. tert* *Pl.* Rubra formica, talisque formicula. *G.* *vig. non.* Saltus vulpis. *trigeſ.* Agilis, levis. *trigeſ. prim idem quod trig. Gig* 2, סמסמאניאת Seſamœidea exigua, *oſſicula*, ſeſamo ſimilia. *Av* I. 19. 5. *quia aliquid ſtudioſe politum, ſeſamo ſparſum olim dicebatur. vide M. Mart. Lex. Phil.* *trig. ſec.* *Pl. vig. ſept.* *G.* 2, *c*·אל Avis quædam. *trig. tert.* Velox, mollis, res; Vir agilis. *trig. quart.* Arenoſa quædam regio. *Gig.*

---

**סמא** CH. סְמָא Cœcus fuit, factus eſt, *Ithpa.* אִסְתַּמֵּי אִסְתַּמִּי *id.* Eccl. 12. 2. *Vajicr. r. ſ.* 22. *Pah.* סַמֵּי סַמֵּא Excœcavit, Exod. 23. 8. & 28. 7. *Jo.* Prov. 30. 17. *al* סמה Abſcondit; obturavit. סַמִּי סַמְיָא סַמֵּי *Rab.* סוּמָא Cœcus, Lev. 22. 22. *Jo.* Exod. 4. 11. Deut. 15. 21. *Pl.* סַמְיָן Iſai. 42. 18. סַמְיָן c. 29. 18. c. 59. 10. סַמְיוּתָא סַמְיוּת Cœcitas. Eccl. 10. 17. Deut. 28. 28. Zach. 12. 4. סמוי *id.* *Rab.* סַמְיָן *id.* סַמְתְּמָא Veriſimile. סַמָּאֵל Sammael, Angelus *malignus*, ſ. mortis, & princeps aëris *dicitur*. Gen. 3. 6. *Jo.* Job 28. 7. *T.* 2. *Zohar.* 28. 2. *More* II. c. 30. *Seld. d. D. Syr.* 307. סימא. *v.* סמן.

SYR. ܣܡܐ 2 ܣܡܝܐ ܣܡܝܬܐ ܣܡܝܐ 3 ܣܡܝܐ 4 ܣܡܝܘܬܐ 5 ܡܣܡܝܘܬܐ ; *pr. i. q Ch.* Zach. 11. 17. Joh. 9. 39. *Etphah* אֶסְתַּמִּי *id. Pah. i. q. Ch.* 1 Joh. 2. 11. *ſec.* Cœcus, Mat. 12. 22. c. 15. 14. Monoculus, *BB. Pl.* 30, c. 9. 27, *tert.* Claudus *coxâ*, Gen. 32. 31. Venenatus, *de ſagittis dicitur.* *quart.* Cœcitas. *quint.* Collectio, *Ar.* נמע *BB.*

SAM. ࠀࠎࠌࠉ·ࠄࠎࠌࠉ *i. q Ch.* Deut. 16. 19. ࠌࠎࠌࠉࠌ·ࠌࠎࠌࠉࠀ Excœcantes (conſumentes) *oculos*, Lev. 26. 16 ࠄࠎࠌࠉ·ࠄࠀࠎࠌࠉ *i. q. Ch.* סַמִּי *ib.* Exod. 23. 8. ࠌࠎࠌࠉࠄ *i. q. Ch.* סמיות *ib.* ࠌࠎࠌࠉࠌࠄ Cœcitates, Gen. 19. 11. ࠄࠀࠎࠌࠉ *vide* ࠄࠀࠎࠌࠉ. AR. סמא. *v.* סמו.

---

**סמב** SYR. ܣܘܡܒܐܡܐ ܕܟܬܒܐ, 2 ܣܘܡܒܐܠܝܢܐ 3 ܣܘܡܦܪܐܣܡܐ 4 ܣܡܒܪܝܫ ; *prim.* Concinnatio, compactio *libri*, *qſ.* σύμπηγμα *ſ.* σύμβαμα. *Ar.* אללוום *BB.* *ſec. Nom. hæreſis antiquæ* (Samoſatenſis?) *tert.* Res (*fortè* concluſio) geometrica, *BB.* συμπέρασμα; 2, & *quart.* Nom. *medicamenti* pro capite. *v.* סם. *Ch.* סמבשיון. *vide* סבט.

AR. سِمِرْسِسٌ Ova mollia, tremula. *Avic.* I. 48. 31. *v.* II. 158. 32.

---

**סמג** SYR. ܣܡܘܪܢܝܘܢ Smyrnium, *Ar.* כרפס אלרומי. *BB. vide Dioſc.* III. 79.

AR. سَمُجَ 2 سَمِجَ 3 ـهٌ 4 ـهٌ 5 ـةٌ 6 سَمِيجٌ 7 سَمَاجٌ 8 سَمَاجَةٌ 9 مَسْمَجٌ 10 سَمْكَرٌ 11 سَمْكَانِي ;

*prim.* Deformis, fœdusque fuit. *G.* Deturpatum fuit. *Int. Av.* II. 109. 44: 158. 33. II. *Tranſ.* I. *cca*, *G.* Turpem ſimulavit *colorem*. 1 Sam. 21. 14. V. Sorduit. Apoc 22. 11. X. Pravo, tetroque ſapore fuit. 2, Deformem, fœdumque cenſuit. *cca.* *G.* 1 Cor. 4. 13. *Erp.* 3, Rem fœdam optavit. *ſec.* Deformitas. *Gig.* *tert. cum ſept. Pl.* Deformis, fœdus. *G. Av* II. 34. 48: 566. 4. *quart. c ſept Pl. i. q tert.* 2, Lac pingue fœdi ſaporis. *G.* *quint.* Inſipientes *fabulæ*. 1 Tim. 4 7. *Erp.* Horribiles *ſapores*. *Av.* I. 428. 5. *ſext. i. q quart.* *ſept. Pl. tert ſext.* *oct.* *Act.* I. *G.* Obſcœnitas. *Gig.* Fœditas. *Av.* I. 102. 42. 2, *c Pl. San.* Stultitia. 2 Cor. 11. 1, 17. *Erp.* *non.* Sordidus. Apoc. 22. 11. *dec.* Valde aquoſum, ſeroſum, fuit *lac.* *undec.* Semegenium *alcës*. *Int. Av.* I. 598. 14, 16.

---

**סמד** סְמָדַר m. Gemma, folliculus primus, *qui flore decedente apparere incipit*, Can. 7. 12. c. 2. 13. *poſtea* בסר *tandem* ענב *dicitur*.

CH. סְמִידָא Simila, farina, Gen. 18. 6. Exod 29. 2. סמידתא Flos, germen, *Aruc. In Gitt.* 69. *unde citat, nunc aliter.* סְמָדַר *i. q. H.* Iſai. 18. 5. *Orla. c.* 1. סמדרקוס Homo viliſſimus, abjectiſſimus, *Schem. r.* 154. 3. *Gloſſ. Aqu.* צואה *qſ. Lat.* Merda, ſordium, ſ. latrinarum expurgator. *Al. qſ.* Σαμάρδακος. *v. Martin. Lex.*

SYR. ܣܡܝܕܐ 2 ܣܡܝܕܐ 3 ܣܡܕܪܐ 4 ܣܡܕܪܘܢܝܬܐ 5 ܣܡܝܕ ܣܡܝܕܐ ; *prim. i. q. Arab.* אלחנטנה אלמהרוסה Colocynthis in pollinem trita (חנטנה *conv. c Ar.* חנתמה. *ſec. i. q. Ch. Nov.* 150. *tert.* Flos, *i. q. H.* סמדר *ib.* Iſai. 17. 11. *quart.* Cornu cervi. *quint. i. q. Ar.* אֶרֶן עלי אלשי *BB.*

AR. سَمَدَ 2 دَ 3 دَا 4 مَادٌ 5 سَامِدٌ 6 سُمُودٌ 7 سَمِيدٌ، دٌ 8 سَوَامِدُ اللَّيْلِ 9 اِسْمَادَّ 10 مَدَرٌ 11 سَمْدَرًا 12 سَمَادِيرُ 13 سَمْدُورٌ 14 مُسْمَدِرٌ 15 سَمَيْدَعٌ ; *prim.* Suſtulit caput præ ſuperbia. 2, Intumuit irâ. 3, Studium, diligentiam, adhibuit, *in opere homo, in eundo camelus cc* פי 3, *Fut* I. Otioſus, ſocors, fuit. 4, Ludo, ludicris rebus, operam dedit. 5, Cantu recreavit. *cca.* 6, *Fut.* I. Altus fuit, eminuit. 7, In dignitate, magnificentia, fuit. *G.* 8, Oblitus fuit, neglexit *rem. cc* עי. 9, Curis preſſus fuit. 10, Siluit: conſternatus fuit; Dormivit. 11, Deſtitit; Surrexit, *pec.* attonitus. *Gig.* II. Fimo cineribus miſto ſtercoravit *terram. cca.* *v.* סבר. 2, Depilavit *caput. cca.* 2, Alienos capillos addidit ſuis. IX. Intumuit irâ, *G.* ob eam ulcus contraxit. *Gig.* *ſec. c*-מסך Odor piſcium, *al.* muſci, gravis. *Int. Av.* I. 167. 41. *tert. i. q.* סַרְמַדָא, *aut pro eo.* *quart.* Fimus, cineresque commiſti. *quint.* Caput efferens. 2, Ludicrus, tempus otio, luſu; tranſigens. *G. v. Cor. Sur.* 53. 33. 3, Cavens. 4, Attonitus. 5, Stans, *pec.* erectus. *ſext* Mimum agens, ſ. mœrorem præferendo, ſ gaudium. *Gig.* 2, *Act* I. *ſept. qſ.* Σεμίδαλις, *Hiſp.* azemite, *Perſ.* סביד Albus panis, ſimilagineus: ſimila. *G.* Gen. 18. 6. Exod. 29. 2. *Av* I. 156. 12: 247. 33. *oct.* Alacria, continua, itinera nocturna. *G.* 2, Oves in utero pabulum habentes: *al. improbatur. Gig.* *non.* IV. Q. Intumuit irâ. *dec.* IV. Q. (אסתמדר *Gig.*) Imbecillus fuit *viſus*: *pec.* ita, ut videatur aliquid apparere, quod revera non eſt. 2, Imbecilliore viſu fuit præ ebrietate, ſ. propenſione in ſomnum. *G.* *undec.* Samodara, *al.* ſumatra, *olim* Taprobana, *inſula maris Indici maxima. Bd.* *duodec.* מ *al. ſervile eſt*, Imbecillitas, debilitas, viſûs, ex ebrietate, ſomnolentia. 2, Vertigo capitis. 3, Quæ ob oculos apparent, ebrio, vertiginoſo, animi deliquium patienti. *dec. tert.* Rex: *quod ad ejus conſpectum oculi perſtringuntur. G.* 2, Oculus hebetatus; cùm oculus panniculo obducitur. *Gig.* *dec. quart.* Longa, & recta *via*. 2, Rectus, & bene inſtitutus *ſermo*. *G.* 3, מסמדרה סרדה, *pro* מסדרה. Exire manifeſtè. *Cr.* hinc indè commoveri, *ſicut animalia* *ebria.* *Bel.* *attonita, vertigine correpta.* *Av.* II. 35. 11. *dec. quint.* Dominus liberalis, nobilis, nobiliter agens. 2, Vir promptus, expeditus in negotiis. 3, Enſis. 4, Fortis, & audax. 5, Lupus. *Gig.*

---

**סמה** AR. سَمَهَ *Act.* سُمُوهٌ 2 هٌ 3 ـه 4 هُ 5 ـه 6 سُمْهِيٌّ 7 ـمَيْهٌ 8 سَامِهٌ 9 مُسْمِهٌ، 10 سُمْهُجٌ 11 جٌ، 12 ـهَجِيجٌ سُمَاهِجٌ 13 سُ 14 اَهْمِيجٌ 15 سِمْهَاجٌ 16 مُسْمَهِجٌ 17 اِسْمَهَدَّ 18 سُمْهُدٌ 19 سُمْهُدَدٌ 20 ـهَدُرٌ 21 ـهٌ 22 سَمْهَرَ 23 اِسْمَهَرَّ 24 سَمْهَرٌ 25 رِيٌّ 26 رِيَّةٌ 27 مُسْمَهِرٌّ 28 ـهِرٌ 29 ـهَلٌ 30 سِمْهُوطٌ ;

*prim. Fut.* A, Cucurrit neſcius laſſitudinis *equus*. 2, Obſtupuit, attonitus, & perculſus fuit. II. Liberè, citra paſtorem paſtum demiſit *camelos. cca.* *ſec. Pl. oct.* 2, Liberè ad paſtum vagantes *cameli*. 2, *i. q.* *ſext.* Vana, futila. *G.* *tert.* Aër. *quart.* Folia dactylorum, quæ excuſſa componuntur, & ex illis ſtratum, ſtorea, conficitur. *Gig.* *quint.* Lacus coriaceus (*i. e* amplum, cavumque corium, in quo jumentis aqua offertur) ruptus, & iterum compoſitus in menſæ coriaceæ formam, *ſc.* ubi cavitas nulla eſt. *ſext. et. ſine Teſdid*, Mendacium, res vanæ, *ac* futiles. 2, Aër terram inter, & cœlum. 3, Diſperſi huc illuc, & vagantes *cameli*. *G.* 4, Cùm oculi ſole adſpiciendo perſtringuntur. *Gig.* *ſept. i. q.* 1, 2, 3, *ſext.* *oct. c ſec. Pl.* Sine laſſitudine currens equus. 2, Attonitus, perculſus. *non.* Amens, intellectu deſtitutus, *homo. ccg.* *dec.* I. Q. Mendaciis adornavit *ſermonem. cca.* 2, Ut probam monetam expendit, emiſitque, *nummos. cca.* 3, Miſit. Properavit. 4, Truculenter peremit. *G.* Validè dimicavit. 5, In perjurio pertinax fuit. *Gig.* *undec.* Aquâ miſtum *lac. aut* Pingue, *ac* dulce, & mali ſaporis. *duodec.* Non dulce, & inſipidum *lac.* *dec. tert.* Locus inter Omam, & Bahrein. *dec. quart.* *à Perſ.* מאש מאהי, Inſula quædam. *dec. quint. i. q.* כ֗ירב, Mendacium. *dec. ſext.* Symmetriâ membrorum, & mediocri magnitudine præditus *equus*. *dec. ſept.* IV. Q. Magnum fuit *cameli tuber*. *dec. oct.* Res ſicca, *ac* dura. *dec. non.* Corpulentus camelus. *vigeſ.* Obeſus *adoleſcens*. 2, Amplum *oppidum*. 3, Longè remotus, diſſitus. *G.* *vig. prim.* Longinqua *terra*, in qua aberres. *vig ſec. c* אלורע- Sementes non progerminatæ ſunt, *qſ.* granum in vertice haberent. *G.* *vig. tert.* IV. Q. Riguit, ſicca, & dura fuit *ſpina*. 2, Denſæ fuerunt *tenebræ*. 3, Vehemens, & acer *in pugna* fuit. *cc* פי. *G.* 4, Acceſſit; Mutuò ſe alteri ingeſſit. 5, Conſtitit, quievit, ceſſavit. 6, Temperatus fuit. *vig. quart. Nom.* urbis. *Gig.* viri, qui in rectitudinem concinnabat haſtas. *unde* *vig. quint* Recta *haſta*. *vig. ſext.* ſ. *vig. quint.* 2, Canna ſicca, & dura *G.* *vig ſept.* Virilia. *vig. oct.* Æquus; Temperatus. *vig. non.* Camelus procerus. *Gig.* Gracilis, collapſo ventre. *G.* *trigeſ.* Pagus quidam magnus.

---

**סמו** AR. سَمَا 2 سُمُوٌّ 3 سَمٌ *pro* سِمِيٌّ ـيٌّ 4 سُمِيٌّ *pro* سُمِيُّو 5 سُمُوٌّ 6 سُمٌ *Pl.* أَسْمَاءٌ 7 سَ، سِ 8 سَمَاءٌ *Pl.* أَسْمِيَةٌ، سَمَاوَاتٌ، سَمِيٌّ *pro* سُمُوِيٌّ، سَمَائِيٌّ، سَمَايَا، سَمَائِي، سَمَاءَاتٌ 9

سموي ª سمو 10 سماوي 11 ي- -يِ

f. ة 12 سماوة 13 اِسم ,أ- ,سِم pro

سمو Pl. أسماء Ppl. أسام , أسماوات

14 اِسمي 15 سامي 16 مسمي , يِ

17 سماء 18 تسمية ; *prim. pro* סָמַו & סָמַי Altus fuit, eminuit, extulit, elevavit. *cc* ב Extulit ſe *res illi*, ut conſpicua evaſerit. *cc* ל *illud* bonum eſſe vulgavit, *cca.*) 2, *pec.* Caudam ſuſtulit, *ac* jactavit *equus* (in dorſum fœmellæ ſe extendit.) 3. Exivit venatum. (*c* ־אלצאיר & סמי *Venator* induit tibialia quædam venatoria.) II. *ultima* ' Nominavit *eum Zeidum*, nomen hoc ei impoſuit, *ccap* & *c* ב *vel cga.* Vocavit, Gen. 1. 5. c. 2. 19. c. 3. 20 Dixit, in nomine Dei miſericordis, &c *Paſſ.* 1 Par. 13. 11. c. 14. 11. c. 22. 19. *cc* עלי. III. Contendit de altitudine, altum reddidit; ſe contra extulit, gloriatus *adverſùs eum* fuit. *ccap.* IV. *i. q.* II. Nomen impoſuit, &c. *cca*, Gen. 19. 37. *Paſſ.* c. 11. 9. Extulit, altum fecit, *cca.* Contendit ־סמאוה *verſùs*, *v. duodec.* אסמיתה *illud* boni notâ inſignivi, *ſ.* bonum eſſe opinatus ſum: *illud* cumulatum eſſe, & incrementum accipere aſſerui. V. Altus fuit, eminuit, & impoſuit ſibiipſi nomen. *cc* ב Nominatus fuit, *ab illis* denominatus, *ad illorum* ſtirpem relatus eſt. VI. Certârunt inter ſe de præſtantia, *ſ.* eminentia. Exaltatus fuit, 2 Cor. 12. 7. VIII. & X. Venatum abiit. *ſec. Act.* 2, I. *tert.* Synonymus, cognominis alteri. & *med.* Similis alteri, eodem nomine appellari dignus. *Act.* Venatum abire, *ac* proficiſci. Primi veris pluvia. Deut. 11. 14. *Va. Lect.* f. ־סמיה alta. Deut. 32. 27. *Ar. S. quart. Dim.* Nominulum. *quint. Act.* 1, I. 2 Reg. 2. 1. 2 Cor. 12. 7. & Altitudo. *ſext. Ag.* Altus. סאמי Efferens, *Lit. Dam.* & *Pl.* Venator. & *i. q.* *ſept.* Signum, nota. *v.* וסם. *oct.* c. Cœlum, Pſal. 8. 9 & 17. 10. Quicquid ſupernè tegit nos, *uti* Tectum (porticus) domus, nubes. Pluvia (jucunda, utilis.) Umbraculum, umbella. Dorſum equi, equus, *ab altitudine.* Herba. *Pl.* Pſal. 2. 4. & 8. 4. Iſai. 7. 11. *Ox. Nom.* Nominalis. *dec. Pl. à ſext. ſ.* ־סאמיה Elato capite *caballi.* *undec.* Cœleſtis, Dan. 4. 26. Act. 26. 19. *duodec.* Res *quæque* erecta extans. Tectum domûs. Projectura, umbraculum ante domum. *Nom.* loci inter Cufam, & Syriam. Campus. Num. 21. 20. c. 23. 28. Deut. 32. 10. Cujuſlibet rei individuum, & proſpectus, imago. Aqua quædam. *Gig.* *dec. tert.* Nomen. Pſal. 5. 14. & 7. 18. & 8. 9. Res. Exod. 12. 16. Lev. 23. 7. Num. 28. 18. c. 29. 1. *Nomen Dei ante cibum ſemper memorandum. Cor. Sur.* 5. 6. c. 6. 119, 121, 138. *Pl* Gen. 2. 20. Phil. 4. 3. *cum Aff.* אסמאיהא Heb. 1. 4. *Erp. Du.* אסמין *Euclid.* 31. *p.* x. אסמאً Nominatim. סמיאً *id. Cor. Sur.* 19. 81. *Bd.* *dec. quart.* Nominalis. *dec. quint.* Laborioſus. *G. Nub.* *dec. ſext.* Nominatus, celebris. Soph. 3. 19. *dec. ſept.* Tibialia venatorum. *dec. oct.* Cùm uſurpatur formula illa, *Biſmilla, In nomine Dei miſericordis*, &c. Nominatio, nominis impoſitio. Ezech. 39. 13. Proportio. *Av.* I. 569. 28.

---

**סמח** AR. سمح 2 ح 3 ه f. ة

Pl. سمحاء , مسامیح 4 سماح ,

سِ سموحة -سما 5 سامح سموح 6

سميح 7 -سم 8 سماح 9 سِ 10 سمح

11 سمحة 12 مسمح 13 مسامح 14

مسمحة- 15 مسمحا 16 سمحية 17

بِناء أسمحها 18 تسميح 19 سمحج

20 سمحوج 21 سمحاج 22 سمحة

22 سمحى 23 سمحاق 24 سمحوق

25 سماحيق 26 سمح 27 سِماح 28

سمحة 29 أسمحهم علي ; *prim. Fut.* O, Beneficus, liberalis, facilis, *ac* clemens fuit. *cc* ב Act. 11. 29. *c* ל 2 Cor. 2. 7. Præbuit *illi*. Gaviſus eſt, *H.* שמח *Bd.* Condonavit, remiſit, perm- *Fut.* A, Act. 19. 30. *Med. Dam.* 1 Cor. 16. 2. Col. 3. 13. Eph. 4. 33. *Paſſ.* Permiſſus fuit. Prov. 30. 22. II. Rectam, & æqualem fecit *haſtam. cca. Intranſ.* Leniter, & facilè, facili cum lenitate inceſſit. Properavit, fugit. 3, Leniter *cum eo* egit, *ccap.* Condonavit, Sap. 6. 7. IV. Facilis, ſubmiſſus, & obſequens fuit. Depreſſa fuerunt ejus cornua, *i. e.* demiſſus, & morigerus (vilis) evaſit animus. Facilem reddidit *exitum ejus.* VI. *i. q.* III. *ſ. potiùs*, Inter ſeſe uſi fuerunt lenitate, & condonatione. *ſec. Act.* *tert.* Beneficus, liberalis, facilis, mitis. & *prius*, Enode *lignum* f. *Av.* I. 493. 22. אבו אלסמח Miniſter quidam, & famulus Mahomed. *quart. Act.* & *ult. Act. mediâ Damm. Av.* I. 549. 11. Spontaneitas, voluntas, *Ar.* ־אראדה *R.* Liberalitas. Rom. 12. 8. *quint.* Jucundus. *R.* Munificus, manſuetus. Prolongans, *Av.* 2. 105. 19. *ſext.* Inceſſus facilis & *Adject.* Deditus vitiis. *cc* ל. *Hiſt. Sar.* *ſept. Diminut. tert. q. d.* Beneficulus. *oct.* Liberalitas, beneficentia. *non. Pl.* f. *tert.* 1, *ſign.* *dec.* Enode *lignum.* *undec. c* ־הו *In illo* non eſt anguſtia. *Gig.* *duodec.* Æqualis, & mollis *haſta.* *dec. tert* Condonans, *Pl.* Eph. 4. 32. *dec. quart.* Indulgentia 1 Cor. 7. 6. *dec. quint.* אן פיה למסמחא *In illo* liberalem ſe præbet. *dec. ſext.* Puteus quidam in Medina. *dec. ſept.* Nobiliſſima ædificiis. *dec. oct.* Facilis *inceſſus.* Properatio, celeritas. Fuga. *dec. non.* Aſina, & equa longo dorſo; *non autem mari tribuitur hoc nomen.* Arcus longus, & craſſior. *vigeſ.* Procerus: deteſtabilis, *qui alios deteſtatur*, & *odio habet.* *vig. prim. id. quoad utrumque.* *vig. ſec.* Longitudo cujuſlibet rei. *Gig.* *vig. tert.* Pericranium. & Vulnus capitis ad eam membranam pertingens. *G. Avic.* I. 307. 24. II. 114. 14. *vig quart.* Palma procera. *vig. quint.* Pluviæ tenues ſupra terram, *ſ.* Nubes tenues. Oves. *cum* ־אלשהם *Gig.* Pellicula. *Av.* 2. 169. 8. *vig. ſext. Fut.* A, Contigit, læſitve eum in meatu auris. *cca. Av.* II. 77. 45. *pro* חסמג & *c* ־אלורע Semen primum protuberavit, & germinavit. סמחני בשדה צותה Validâ voce meas aures verberavit, me penè ſurdum reddidit. *Gig.* *vig. ſept.* Meatus auris, *et ipſa* Auris. *Avic.* I. 8. 43: 54. 36: 354. 20. *vig. oct.* אנה לחסן ־אלסמחה *Quoniam ille* liberalis eſt. *vig non.* *Super illorum* aures. *Gig.*

---

**סמט** CHAL. סמט *i. q.* שמט *Ithpe.* אִסְתַּמִּיט Eduxit, immiſit, *gladium*, *Zohar.* Gen. 400. סימטא סִמְטָא Ulceris, apoſtematis genus, עין 28. 1. *Shab.* 67. 2. *al.* Porrigo נתק. 2, Semita, vicus; *al.* Angulus *juxta viam publicam, qui neque in publico, neque in privato loco*, *Baſra* 84. 2. *Peſac.* 50. 2. סמיטרא Mitra, cidaris, *Zohar.* Gen. 3. *Medr. r.* Can. 4. 12.

SYR. ܣܡܛܘܢ 2 ܣܘܡܛܐ

ܘܐܣܡܛܝܢܐ & ܘܐܣܡܛܐ ܣܡܛܐ 3

ܣܡܛܪܘܣ 4 ܣܡܛܝܪܐ 5 ܣܡܛܝܪܐ 6

ܣܡܛܝܪܬܐ ; *prim.* m. Membrana, charta, pergamena. *ſec.* Corporea, & incorporea, *BB.* אסומטא *Nov. Th.* 14. *à Gr.* σωματι. *tert.* Stibium. *quart.* Dux cæcorum, *F. Ar.* קאיד אלמיאן. *BB.* 2, Recordatio, *Ar.* ־דכרה *quint.* Vulpes. *ſext.* Radix betæ.

AR. سمط 2 ط 3 ه 4 سِ 5 سمط

6 ه , أسمطة *Du.* سِمطان 7 سِماط

8 اسّ 9 سامط 10 سمط 11 سميط 12

سمِ , ة 13 مسموط , ة 14 سِمطي ,ة

(سّ) 15 مسموطة 16 تسميطا 17

سمطانِ 18 اطمين 19 السميطوس

20 سامطلس ; *prim. Fut.* O, & I, A. quâ fervidâ depilavit *hœdum*, aſſandi ergò, & aſſavit cum pelle. *cca. Av.* II. 154. 2. 2, Suſpendit, app- *cca.* 3, Acuit *cultrum. cca.* 4, *Fut.* O, Dulcedinem amiſit *lac* citra ſaporis depravationem. 5, Conticuit *vir*, *Ar.* סכת II. *id.* Tacuit. 2, Religavit *rem* ephippiario loro. *cca. v. quart.* 3, Dimiſit *debitorem. cca. G.* Varium rhythmum habuit. *cc* פי. *Gig.* IV. *i. q.* 5, I. V. Suſpenſus, app- fuit. *ſec.* & *Ca. tert.* Vir levis. & *tert. Act. quart.* Linea, *ſ.* filum, quo connexæ ſunt margaritæ, conchulæ*ve*; aliàs *citra eas* filum *Ar.* סלך Silkon *dec.* & Quod colli ornamenti ergò appenditur, *pec.* longius, *ac* dimiſſum. Lorum de ephippio dependens quo res, *ac* ſarcinæ colligantur. Lorica, quæ imponitur clunibus equi: Veſtis ſimplex, non ſuffulta (Veſtis fulcrum gauſipinum) Levis, agilis, vafer. Venator (infortunatus) Pars faſciæ capitis pendula in pectus, *vel* humeros. *G.* Vir adverſis vexatus. Arbuſta *arenæ. Gig.* *quint.* Veſtis lanea. בנו אלסמט Familia quædam. Sacerdotes quidam Chriſtianorum. *ſext. prius* Abſque notis *camela*, & *utrumque Pl.* & *Du. ſeq.* *ſept.* Series, & ordo *rerum.* Latus *hominis*, *ſ. palma*, *Ar.* גאנב. *oct.* Simplicia, non infarcta goſſipio *femoralia*, *ſ.* ſimplices, non duplicatæ ſoleæ. *videtur Pl. à* סמיט *G.* 2, *i. q.* 1, *ſext.* 3, Opus haud rectè conformatum *Gig.* *non.* Dulcedine deſtitutum *lac*, abſque ſaporis depravatione, *aut cum* incipit alterari ſapor. & Salis expers panis, *dec. i. q.* 3, *oct. Gig.* *undec.* Tegula, & lateres aliis impoſiti. *duodec.* In quo terna, quaterna*ve* hemyſtichia ſimiliter deſinunt, *carmen*, tum aliâ terminatione verſus ſequuntur. 2, Aquâ fervidâ depilatus *hœdus* ad aſſandum, cum pelle aſſatus. 3, Simplex, non ſuffultus aſſumentis, nec ſoleâ duplicatus *calceus.* 4, Agilis, levis*que vir. G. i. q. undec.* & 3, *oct. Gig.* *dec. tert i. q.* 1; *prac.* & *Part. Paſſ.* II. & Penetrans, *ac* efficax imperium. Dimiſſus *it. Ar.* מרסל אלדי לא ירד *Murſelon alledi la jureddo. G.* חכמך מסמטא *Tibi judicium eſt perfectè.* חד חקך מסמטא *Accipe, quod tibi debetur* facile. *dec quart. i. q.* 1, *duodec. G.* *dec. quint. c* ־אביאת Concluſiones epigrammatis ejuſdem rhythmi, differentes à cæteris carminibus. *dec. ſext. Act.* II. *dec. ſept.* Utrumque viri latus. *dec. oct. c* ־משי בין *Inter utrumque latus inceſſit.* *dec. non.* Lapis ſchiſtus, *Av.* I. 181. *t.* *Plemp. v.* II. 249. 33: 254. 14. *vigeſ.* Sentalis, *genus oſtracorum.* I. 242. 11. סמי *vide* סמו.

---

**סמך** סָמַךְ Nixus, inn- fuit, *cc* על Deut. 34. 9. Suſtentavit *deſuper ne cadat*, κομίζω, impoſuit, *cca*, Iſai. 59. 16. *Pa.* Pſ. 37. 24. Num. 27. 18. Appropinquavit, *cc* אל Ez. 24. 2. *PP.* Suffultum, Pſal. 112. 8. *Niph. id.* 71. 6. Iſ. 48. 2. *Fu.* 36. 6. Suffultus eſt, 2 Par. 32. 8. Jud. 16. 29. *Pih.* Fulcivit, Can. 2. 5.

CHAL. סְמַךְ *i. q. H. ib.* Pſal. 54. 6. & 119. 116. & 51. 14. 2, Promovit, creavit *aliquem* in magiſtrum, *ſ.* Rabbinum *per manuum impoſitionem*, סוֹמֵךְ χειροθέτης. Deut. 34. 9. נִסְמַךְ סָמוּךְ Promotus in Rabbinum, Candidatus magiſterii, *in Hillele deſierunt* הַסְּמוּכִים Promoti *in terra Iſrael* צמח דויד 47. *R. Hillel fuit* נסמך & סוף הנסמכים *Shalſhelet* 34. 2, נסמך Cohæſit, conjunctus, vicinus, fuit נִסְמָךְ *Gramm.* Syntacticum, conſtructum *ab altero* ſubſtantivo, rectum. *Ithpe.* & *Ithpa. i. q.* 1, *Kal.* Iſai. 30. 12. c. 31. 1. c. 10. 20. Suffultus eſt, *ſ.* 6. Vicinus eſt, Num. 21. 15. סְמִיךְ סָמִיךְ Vicinum, conjunctum; בְּסָמוּךְ prope, juxta, *i. q.* נִסְמָךְ Syntacticum, &c. In proximo, mox, continuò, paulò ante, paulò poſt. סְמוּכִים Connexa, *Hal. Ol.* 151. *De vocibus, quæ certâ formâ conjunctæ reperiuntur in Bibliis apud Meſoretas*, בסמוכים *cum* Affixis, *A. Eſra.* Exod. 21. 4. סְמִיכוּת סְמִיכוּת Conjunctio, cohæcoħæſio, conſtructio. 2, *pr. Lig.* Relatio, *ut pater & filius.* 3, (& סמוכית) Suſtentaculum, ſcipio, fulcrum *brachiorum.* 4, Promotio doctoralis Rabbinorum, & civilis Judicum סְמִיכָה Manuum impoſitio, χειροθεσία, *quæ facta erat pecudibus ad ſacrificium deſtinatis,* Lev. 4. 15. & *hominibus ad pœnam, & miniſterium publicum, unde et. i. q. 4, præc. De qua promotione, ejuſque forma, ritibus, &c. v. Juchaſin* 60. *Maim. H. Syn. c* 4. *Abravan. Avos c* 1. *Seld. Eutych. Or.* 16. *Promotus, quamdiu vixit Promotor ejus, nominabatur* הַלְמִיד חָבֵר & חָבֵר *Berac.* 27. 2. *cui et ſemper adjunctum erat Promotoris nomen, ut, R. Simeon ben Eliezer* חבר *R. Jehudæ Sancti. Cuneus à rep. H.* 78. *Scal. El. Triber. c* 10. *Seld. Syn.* l. 505. 11. 273. *conf.* 1 Tim. 4. 14. 2, Approximatio, applicatio, adjunctio, adhæſio, vicinitas. 3, *Gram.* Conſtructio *nominis cum nomine.* סְמָךְ *i. q.* 3, סמיכות Fulcrum, firmamentum; *eſt minùs quàm* רְאִיָּה. אַסְמַכְתָּא *id. A. Eſra* Gen. 16. 3. *Sanh.* 24. 2. *Abrav.* Iſai. 53. סְמָךְ סִמְכָא *id.* 2, Baſis, ſtylobates, Iſai 3. 1. Gen. 2. 18. Exod 38. 27, 10. בר סמכא *vir authenticæ fidei, cui quis inniti poteſt, Gitt.* 6. 2. *poſter* Accubitus, diſcubitus convivalis; Convivium, Eſth 1. 4. *T.* 2. סומך סוּמָךְ *Nom.* annuli *in jugo, Kel c* 14. 4. סוּמְכָא Craſſitudo, craſſities, 1 Reg. 7. 26 Jer. 52. 21. סומכִיתָא סוּמְכָן Subſidia præſidia, auxilia, ſuſtentationes, *al.* Rami, c. 11. 6. c. 25. 20. Ezech. 31. 4. c. 24. 20. Arabia, *à ferendis ſubſidiis,* 1 Reg. 10. 15. Nah. 3. 2. סומכוס Somchos, (Symmachus) *Nom vi. Ketuv.* 5. 1.

SYR. ܣܡܟ 2 ܣܡܟܐ 3 ܣܡܝܟܐ 4 ܣܡܘܟܐ 5 ܣܘܡܟܐ ܣܘܡܟܢܐ 6 ܣܘܡܟܬܐ 7 ܡܣܡܟܢܐ; *prim. i. q. Kal.* & *Niph. H.* Pſal. 63. 9. & 104. 15. Appropinquavit, Joſ. 4. 18. extendit prope, Job 8. 16. Diſcubuit, accubuit, Matt. 26. 7, 20. c. 9. 10. c 22. 10. *Ethpe.* אֶסְתְּמֵךְ *id.* 1 Sam. 20. 24. Jud. 16. 26. 29. Luc. 7. 36. c. 14. 10, 8. Matt. 14. 18. *Pah.* Fulcivit, ſuſtentavit, Pſal. 17. 5. Cohæſit, Job 37. 18. *Ethpa. Paſſ. præc. Aph.* Diſcumbere fecit, Luc. 9. 15. *Im.* 14. *Fut* 12. 37. *ſec.* Accubitus, c. 14. 7. Can. 1. 11. Convivium *Nov.* 184. ריש סמכא Præfectus accubitûs (architriclinus) Joh 2. 8. *Pl.* Mar. 6. 39. Luc. 9. 14. *tert.* Accumbens, diſcumbens. Munitus, Gen. 40. 22. Sagitta. *quart.* Suſtentans, Iſai. 3. 1. f. סמוכתא *ib. quint.* Fultura, ſuſtentatio; adminiculum, 2 Par, 13. 18. *ſext.* Fulcrum, Exod. 26. 37. סמכא דדפא Repoſitoria tabulata, *genus abacorum, B B. ſept.* Accubitus, occaſus, *de ſole,* Pſal. 19. 7.

SAM. ࠎࠌࠊ Suſtentavit, Gen. 27. 37. *Ithp.* Conjunctus eſt, Num. 18. 4. ࠀࠔࠎࠌࠊࠕࠄ Cervical, Gen. 28. 11, 18.

AR. سَمَكَ 2 سَمُكَ 3 ـْ 4 سَمَكَة 5 ـٌ 6 سَمَاك 7 اسماك *Du.* كَانِ · مُو- سَمْكٌ 8 سَمَكي f. ة 9 تامِكٌ سامِكٌ 10 سُمَيْكاء 11 (مو-) مُسَمَّكات سُوكان (ـه) 12 مِسْماك 13 سُمَيْكا 14 مَسْموك;

fuit, ex adverſo ſpectavit- Contemplatus fuit *in ſpeculo, in gladio.* Varii generis dactylos tulit, exhibuit *palma. G.* תראיא Alter alterum aſpexit. תראיא תראא תראי Apparuit, Mar. 9. 4. c. 16 12. 1 Cor. 15. 5, *E.* Gen. 22. 14. Jud. 6. 12. c. 13 3. 1 Reg 18. 1. Job 33. 26. VIII *i. q.* I, I. *cca.* Conſilium, opinionem expendit, deliberavit. *G.* Sap. 18. 5. Act. 20. 3, 16. c. 26. 9. c. 27. 12. *E.* Rom. 8. 5. *cca.* X. Voluit videre, id*que* rogavit. *ccap.* Pro hypocrita habuit, *G.* Conſuluit, ab illo conſilium rogavit, *ccap.* *ſec.* Quod oculis patet, placet*que, ut res mundanæ.* Forma, aſpectus. *tert.* *Act.* Id quod videtur. Conſilium, opinio, doctrina (ראי פי אלפקה ראיא) Statuit, viſum *illi* quid fuit in religionis ſcientia) *& i. q. ſec. G.* Exod. 36. 2. Num. 5. 30. c. 14. 24. c. 24. 13. 2 Sam 15. 31. Prov. 1. 10. c. 15. 23. Iſai. 25. 7. Hab. 2. 16. *c*—דו *ſ.* דוי Prudens. *c*—עיר דו Imprudens, Tit. 3. 3. אהל אלראי Quidam ita appellati אצחאב אלראי Genus aliud hominum. *Pl.* Pſal. 32. 10. & 65. 4. *R.* Gen 41. 44. Prov. 18. 2. Eccli. 51. 37. Iſai 55. 7. & אראא *Act.* 2, IV. *quart.* Videns (multùm, ſæpiuſque) ſpectator. Gen. 16. 13. Dæmones qui apparent, & amores exercent. Serpens magnus ſimilis dæmoni. Veſtes venditioni expoſitæ. Dæmones qui amantur. *quint.* *Act.* 1, I. *ſext.* Pulmo, ה *pro* י *poſito, Av.* I. 385. *t.* 254 *t.* 404. *t.* 406. *t* Avellana Inda. 326. 47. עמל רייה וסמעה Rem elaboravit ita ut audiri, *ac* videri poſſet. Plenus fuit *illius* pulmo. Palpebra *ejus* aſpiciendo hæſit. Cum ſapientibus ſenſit. Multas nocturnas viſiones habuit. 2, Præſtigium, ludificatio. Hypocriſis. *Pl.* ריאי *ſept.* Signum, vexillum, *quod viſibile omnibus,* 1 Cor. 9. 24. ראיה ביצא Signum album, *i. e.* boni auſpicii, & felicitatis. *G.* 2, Simulatio, hypocriſis. Ratio *una, G.* *Nub.* 13. 11. *oct.* Videns. Viſus, quod videtur, *pec.* vænum expoſitus pannus. Magnus ſerpens. ריי מן אלגן *i. q.* מס Obſeſſus à dæmone. *non.* *Act.* III. & *ipſa* Hypocriſis. Matt. 23. 28. Mar. 12. 15. Luc. 12. 1. ריאא Homines qui adverſi invicem ביות ריאי E regione poſitæ, & invicem ſpectantes domus. 2, Opinio. Obſervare, ſpectandi ergò ſpeculam ſubire. *G.* ὀφθαλμοδουλεία. Eph. 6. 6. *E.* & *uti* *dec.* Aſpectus, *pec.* ejus pulchritudo, elegantia. Facies, vultus. Amœnitas proſpectûs. *und.* Somnium, quod in ſomno videtur. *Maſd.* Somniare. Nocturna viſio. Gen. 37. 5. c 40. 5. c 41. 15. c. 46. 2. 1 Par. 17. 17. Matt. 17. 9. Apoc. 1. *t.* *E.* Num. 12. 8. Jud. 7. 13. *duod.* *Act.* I. & Quod videtur oculo, *vel* animo. Conſpectus rei unus. Scientia. Opinio. *G.* Aſpectus, Jud 8. 18. c 13. 6. Mens, Act. 23. 1. c. 24. 16. 2 Tim. 1. 4. Phil. 2. 2. Conſideratio, רויה *Avic.* I. 155. 34. *Pl.* רויאת Prov. 15. 21, 24. Sap. 6. 17. *dec. tert.* Magna ante partum ubera habens *ovis.* *dec. quart.* Diſputare, contendere; *à* מרי *c*—תלת *tribus* vicibus. *dec. quint.* Hypocrita. Pſ. 52. 6. *Pl.* Matt. 6. 2, 5, 16 c. 7. 5. c. 22. 18. *dec. ſext.* *Pl. prius, paucit. poſterius, multit.* Speculum, Sap. 7. 26. 1 Cor. 13. 12. 2 Cor. 3. 18. Jac. 1. 23. Quam coërceas. *dec. ſept.* Vicibus *pluribus.* *dec. oct.* *Part. Paſſ.* Viſus, ſpectatus. *dec. non. ut* מסמע Locus ubi videtur aliquid. מני במראי ומסמע Ubi video *eum, audiove, ex meis eſt.* *vig.* Quod videtur, opinio. *G.* 2, Prægnans ejuſmodi, *ut in* 7, IV. *vig. prim.* Oblongis naribus quæ ſonum edant. 2, *i. q.* 2, *prac.* *vig. ſec.* Conſpectus. *i. q. dec.* פי מראאה אלעין In conſpectu oculi, aſpectu *pulcher eſt, talis* oculo apparet. *G.* 2, Vices, *pec.* tres. ם *Dam. Mor'âton.* Commixtum eſt *cum hoc.* *vig. tert.* Aſpectus elegans. *vig. quart. id.* *vig. quint.* *Act.* III. Col. 3. 22. *E.* Sap. 5. 19 Rom. 12. 9. *vig. ſext.* *Act.* 7, I. *vig. ſept.* Viſum fuit *illi,* apparuit *aliquid de dæmonum genere.* *vig. oct.* Flavus, impurior humor prodiens, *ſ.* apparens poſtquam mulier à menſtruis laverit. *vig. non.* *Act.* II. & *quaſi* 7, I. *trig.* Oſtendens. *trig. prim.* Oſtenſus. *trig. ſec.* Viſus. *Av* I. 9. 15. & מראי *Mirâyon,* Speculum, Exod. 38. 8. *pec.* comburens, *Poc. H. Dyn.* 33. *trig. tert.* Viſibilis. *trig quart.* Mulier. *v.* מרא

---

## ראי SYR. ܪܐܘܢ & ܪܐܘ ܕܨܝܢܝ

Rhabarbarum, & *poſt.* Rha Sinaicum, *quod in China creſcit. v. Bauh. Pin.* 116.

SAM. ࠓࠀࠉ Alienigena, extraneus. Exod. 29. 33. c. 30. 33. *pro* ࠁࠓࠀࠉ *v. Sam.* ࠁࠓ

ÆTH. ርእየ፡ *i. q. Hebr.* ראה Pſal. 32. 13. Matt. 24. 15. Mar. 11. 32. *cc* በ፡ Deſpexit, *ut* ܚܙܐ Pſal. 117. 7. *c* በ፡ *ut H.* & ܚܙܐ ܒ Pſ. 111. 17 & 91. 11. *Im.* 9 13. *In.* ሬእይ፡ ርእዩ፡ Act. 7. 34. *Fut.* Pſal 8. 4. & 9. 34. IV. አርአየ፡ *ut Hiph.* Pſal 97. 3. & 26. 8. Deſignavit, Luc. 10. 1. Matt. 11. 10. Docuit, Act. 26. 28. Declaravit, declaratus eſt, Hebr. [illegible] 4. *et. cc* በ፡ Pſal. 58. 11. *Imp.* Matt. 8. 4. V. ተርእየ፡ Viſus fuit, 26 *April. Inf.* ተርእዮት፡ ዘኢይትረአይ፡ Inviſibilis. VI ተራአየ፡ Mutuo aſpectu frui, mutuò ſe videre. X. አስተርአየ፡ Apparere, cerni, manifeſtari, manifeſtare ſe, Pſal. 79. 2. Tit. 3. 4. Luc. 17. 20. Heb 11. 1, 3, 7. Joh. 21. 1. 1 Pet. 1. 5, 7. *ubi pro* ከመ፡ *rectius leg.* ለመ፡ ራእይ፡ ራእ፡ ራዕይ፡ Viſio, apparitio, revelatio, Pſal 88. 19. Apoc. 1. 1. Act. 11. 5. Species, forma, figura, aſpectus, vultus. Matt. 17. 2. Jac. 1. 11. *ut* ግሩማን፡ ራእይ፡ *terribilis vultu* (*leo*) Exemplum, 1 Cor 8, 9, 11. ርእየት፡ *id.* 2 Th. 2. 8. Eph. 2. 2. Mar 9. 2. Luc 3. 22. c. 9. 29. Actus videndi. ርእይ፡ Viſus. ረአዪ፡ Inſpector, viſor. ረአዬ፡ ኮከብ፡ Aſtronomus. አርአያ፡ Exemplum, Joh. 13. 15. 1 Tim. 1. 16. exemplar, Heb. 9. 24. typus, 1 Pet. 3. 21. imago, Jac. 3. 9. Character, Heb 1. 3. Inſtar, ceu, tanquam. 25 *Nov.* አርአያ፡ ነገር፡ Ænigma አርአያ፡ መጽሐፍ፡ Tituli inſcriptio, Pſal. 55. *t.* 56. *t.* 57. *t.* 58. *t.* 59. *t.* አስተርእዮት፡ Conſpectus; Epiphania.

---

## ראל AR. رِئْل 2 رَأْل f ة *Pl.*

رِئَال ـة رِئْلان أَرْؤُل 3 رُؤَال رِئَال 4

مَرَائِل ـ اءل مُرْئِل 5 مُرْئِلة 6 الرِئَال ،

*prim.* Accremento dentium affectus fuit *equus, v. tert.* X. Multi, *ſ.* multiplicati fuêre *pulli ſtruthiocameli.* In altum excrevit *herba, velut collum pulli ſtruthiocameli.* *ſec.* Pullus ſtruthiocameli. *tert.* Accrementum dentium *in equis.* Saliva, *pec. equi.* *quart.* Feſtinanter incedens, *more pulli ſtruthiocameli.* *quint.* Pullis prædita *ſtruthiocameli fœmella.* *ſext.* Stellæ quædam. Pratum quoddam.

---

## ראם

רְאֵם m. Unicornis, *ita Græcis, Æth. Armen. Syris & Hebræis. At Unicorne animal dicendum, cui* Deut. 33. 17. *tribuuntur Cornua? v. Munſt. ib. Eſt* Oryx, *ſ.* dorcas alba bicornis *capreolo candidior, BB. Boch. d. An.* I. 3. 26, 27. *Unde Gal.* Cerf ramè A rain deer *Ital.* Rangifero. *Brit.* Rhydam *Regum typus. v.* Hart royal *in Minſh. d. i. L.* Num. 23. 22. Pſal. 92. 11. & רֵים Job 39. 9. *Pl.* רְאֵמִים Iſai. 34. 7. & רְמִים Pſal. 22. 22. ראמות *v.* רום

CHAL. ראם. רים. רימא. רימנא. רימנא. רימנא *i. q. Hebr. ib. & animal licitum, Chol.* 59. 2. *v. Bx.* *Pl.* רֵימַיָא Pſal. 29. 6. ראוםטיקום *v.* ראם

ÆTH ረአም፡ መላእክት፡ Cantus Angelorum. *IL. Ut* רננא רנן *cum* ም *autem propter ſeq* ም.

AR. رام 2 رام رِيمان 3 رِئم رُؤُم رِئم

f ة 4 رِئيم 5 ـيـ *Pl.* أرام أرام آرام 6

رُوام 7 ـة - 8 رائمة 9 رِيائم 10 روائم ;

*prim. Fut. A,* Amavit, ada— *rem.* Addictus fuit, adhæſit propenſiore affectu *mater pullo.* 2, Conſolidavit *paropſidem.* 3, Validè contorſit *funem. cca. G.* 4, *Illam* in fætum non ſuum incumbere curavit. 5, *med. Keſr. i. q* 1, I. & *Act.* רימאן 6, Coäluit *vulnus.* 7, Inſtitit *cineribus chytropus, quaſi eorum amans.* III. ראים *Râyama, i. q.* 4, I. Ita coäluit, ut ferè quis ſanus ſit. *Râyima, i. q.* 1, 2, I. Validè torſit *funem.* Deteſtatus eſt *rem.* IV. Propenſum reddidit, *cca, & contra,* averſum. *ccap.* & עלי *r. i. q.* 2, I. *cca. G. i. q.* 4, I. *Gig.* V. Miſericordiâ, amoris propenſione *in eum* affectus fuit. *cca.* VIII. Coïvit, conſolidatum fuit *vulnus.* *ſect. Act.* *tert.* Amans *pullum, in eam* propenſa *camela.* & *duo priora,* Manſueta *ovis, quæ prætereuntium lambit veſtes.* *quart.* Nates. Podex. *quint.* Albedine purâ candicans *dorcas, quales in arena degunt. G. Hebr.* ראם *ib. Syr.* Monoceros. Lebes, paropſis. *ſext.* Saliva. *ſept.* Colla, gluten. *v.* רום *oct.* Amoris conſervatio. *non. Act.* I, III. *dec.* Tripos.

**ראן** ינבושאר, צגרית, רואני Roane, *Tzagrit, Janbuſar, nomina virorum* (*ſecundum Zabiis*) *ante creatum Adamum, & Janbuſar aiunt Adami primi fuiſſe tutorem. Coſ.* i I. 61.

AR. رَأَن 2 ¶ رَأْس 3 رَأْس *Pl.*

أرؤس أراس رؤوس 4 رِيس 5 رأس

مَرَاس *Pl.* مَرائِس رؤوس 6 ذو الرئيسين

7 رأس رؤاس 8 رائس 9 رِيس رئيس

ة *Pl.* رُؤَساء 10 رؤوس 11 رِئاس 12

ـة 13 رواسي 14 رأساء 15 رأسي

16 ـة رئيسة 17 ذوا الراسي 18 راوساي

19 رواسي 20 راوس 21 رواءيس 22

أراس 23 مِرْواس 24 مِرائس 25

مرؤوس 26 مِراءس 27 مرؤس 28

مدروس 29 مراءس 30 دراءس ; *pr.*

Commovit *illum. cca. Eſt uſûs rarioris.* *ſec. Fut. A, & O.* Caput fuit, præfuit, texit, *G.* Capiti *illius* contigit, caput *illius* accepit. Præceſſit. *cca.* Excelluit. *cc* עגד Dominatus eſt, *ccap.* Gen. 32. 28. Iſai. 11. 10. c. 22. 22. c. 32. 1, 5. c. 40. 23. Prov. 22. 7. In capite læſit, percuſſit, *cca. G.* Inflammavit *igniario* ignem. Radicem accepit, & uſque ad terram depreſſit. *Paſſ.* Eccli. 32. 1. II. Conſtituit caput, præfecit. *ccap* & עלי *r.* V. תרים VI. תראאם Præfecit ſe principem, Num 16. 13. *nr.* & *E.* Prov. 29. 2. 3 Joh. 9. Princeps conſtitutus fuit. VIII. *id.* *tert. Act.* & *duo priora, Pl. paucit. ult. multit.* Caput. Princeps. Initium, *ut Hebr.* ראש Pſal. 3. 4: 7. 17: 20. 3: 37. 5. *Av.* I. 20. *t.* *Gol. Ap. Gr.* 45. 14. Multitudo gentium. Pecus. *Hebr.* שה Gen 30. 32. *AS. i. q. Arab.* נפס & ראת Iſai. 43. 4. *cum* אלענם— Pecus de grege unum. *cum* אלמאל— Summa principalis, quam quis lucro exponit. *c* אלעין— Callirhoë, *civ. Meſopotamiæ.* *c* אלגאתי— Stella tertiæ magnitudinis in capite Theſei. *c* אלעול— *al.* אלגעל— Aſteriſmus Perſei; *eſt propriè* lucida ſtella ſecundæ magnitud. in capite Meduſæ. *v.* עול *c* אלחעבן— Stella tertiæ magnit. in capite ſerpentis. *c* אלאכחל— Locus in Jaman. *c* אלאנסאן— Mons Mechenſis. *c* אלחמאר Regio in Hazarnavi. *c* אלכלב— Regio in Macharmes בית ראס Locus in Meſopotamia ob vinum Raſenſe clarus. רמית מנך פי אלראס *Ramito* Malè de me opinatus fuiſti. רמי מנך פי אלראס *Rumia* Avertit à te vultum, *ac* grave duxit te intueri. מן ראס Denuò, iterum. *Pl.* Gen. 2. 10. Pſal. 43. 15: 65. 12. *quart. i. q.* I, *prac.* *quint.* Caput, & princeps, *Gg. dubius.* *ſext.* Biceps. *Nom. propr. viri. al.* ראסאן *ſept. vulgò poſt.* רואס Qui pecorum mactatorum capita venundat. *oct.* Præfectus *canum, uti non. hominum. G.* Præfectus provinciæ. Quem ob ſuum caput obteſteris. Multis capitibus. *non.* Caput. Princeps. Præſes, primus, Pſal. 104. 20. *R.* Act. 7. 27. Heb. 8. 1. Rom. 16. 5. c. 4 2. *c* אלאבאי— Patriarcha, Heb. 7. 4. *v.* Luc. 3. 1. c. 9 7. Matt. 14. 1. *E. Pl.* Dan 3. 2. Pſ. 118. 23. & רים Dux agminis ſatellitum. *dec.* Camelus cui in ſolo capite eſt pinguedo; *al.* cui ibi robur eſt. *und.* Initium negotii. Capulus enſis. *duod. Act.* & *ipſe* Principatus, dominium, præfectura. Judæ 6. *E* Iſai. 9. 6. Pſal. 138. 17. *i. q. ult prac.* Balanus, glans. אעצא רייסה *Viſcera* principalia, *Av.* I. 9. 51. *dec. tert.* Capito, magno capite præditus. *G.* Capitum venditor. *dec. quart.* Nigro ore, & capite *ovis,* cæteras partes alba. *dec. quint.* In capite læſa, eo*ve* affecta *ovis.* *dec. ſext. i. q. ſ. pro duod.* רייסה *dec. ſept.* *Medicamen* alraſium, *Av.* I. 341. 49. II. 85. 30. *dec. oct.* Chiliarchæ capitanei, Mar. 6. 21. *Bd.* *dec. non.* Montes, *à* ראס *ſ.* רסי Res firma, *Cor. Sur.* 21. 34. c. 27. 15. c. 31. 11. *vig.* *Papaver* rhœas, *ſ.* erraticum,

ticum, *Av.*I.267.33. *vig. prim.* Fluviorum superior pars. Nubes quæ aliarum caput videntur. *vig. ſec.* Capito, & talis *ovis. G.* Præcipuus. Major. *vig. tert.* Curſu præcedentium primus. *vig. quart. i. q. dec.* רפוום *vig. quint.* In capite læſus. *vig. ſext.* Camelus, in cujus capite tantum pinguedo apparet. *vig. ſept.* Præpoſitus, 2 Reg. 10.5. *cc* עלי *vig. oct.* Regens, imperans. *Bd. vig. non.* Leo. *trig.* Dominium, Num. 16.13.

---

**ראת** A R. 2 رَؤُفَ رَئِفَ رَأَفَ
5 رُؤُوف رُؤْف رَأْ- رَئِف 4 رَأْ- 3 رَأْف
7 رَؤُوف 6 رَأَفَات Pl. رَآفَة رَأْفَة
; مُتَرَائِف 8 أَرْؤُف *prim. Fut. A,* Magno cum affectu propitius, miſericors, clemens, pius fuit. *cc* ב *G. cca* Gen. 33.11. II!. & V. *id. cc* ב & עלי Pſal. 4.3: 36.21: 59.3. Num. 6.25. Hoſ 11.8. *ſec.* Vinum. *tert. Act.* ראף & ריף & *ipſa* Miſericordia, clementia, pietas. & *uti quart.* Miſericors, clemens, pius, propitius, Pſal. 77.38: 85. 15: 102. 8. Gen. 43. 29. *quint. Act.* רוף *i. q. tert.* Pſal. 39.15: 50.2: 68. 20: 76.9. Joſ. 11. 20. *Pl.* Pſal. 24.6. *ſext.* Pius. *ſept.* Pia. *oct.* Miſericors, *Bd.*

---

**ראש** רֹאשׁ m. Caput, vertex, ſummitas, ſumma, principium, præcipuum, præſtantiſſimum, Gen. 40.20. c. 3.15. Exod. 34.2. Job 24.24. Exod. 30.12, 23. Pſal. 119 160. Perſona, Jud. 5.30. *v. Ch. & Ar.* Venenum *aſpidis*, Deut. 32. 33. *pro quo* רוש v. 32. *quod Capite elato expuit; venenatorum omnium Præcipuum ac peſtilentiſſimum, Caput etiam hominis gravat maxime toxicum,* Deut. 29.18. *al.* Fel, amaror (*conf.* Heb. 12.15. Act. 8.23.) Pſ. 69.22. *Serpentis venenum in capite eſt, & Felle. Boch. Geogr. Sacr.* 835. Dux, Princeps, Num. 1.4. Summus, primus, 2 Par. 31.10. f. Zach. 4.7. *Aff.* Gen. 11.4, 12. ראש חדש Novilunium, *de quo, v. Bx. Syn. Jud. c.* 22. ראש השנה Initium anni, *Bx. Syn. Jud. c.* 23. *Pl.* רָאשִׁים Gen. 2.10. Agmina, Jud. 9.44. *Cn.* Num. 36.1. c. 10.10. *Aff.* Exod. 38.28. *it.* רָאשָׁיו Iſai. 15. 2. *ſic* 1 Reg. 20.31. *al.* בְּרָאשֵׁינוּ

רִאשׁוֹן m. Prior, primus, Exod. 12. 2. רִישׁוֹן Job 8.8. רִאישׁוֹן c. 15.7. Principium, Jer. 17. 12. *Pl.* רִאשֹׁנִים Lev. 26.45. f. רִאשׁוֹנָה Prior, primus, primum, Lev. 5. 8. רִאשֹׁנָה Num. 2. 9. רִאישֹׁנָה Joſ. 21. 10. בָּרִאשׁוֹנָה Primum, Deut. 13.9. לָרִאשׁוֹנָה *id.* Gen. 28.19. לְמִבָּרִאשׁוֹנָה Inde à principio, 1 Par. 15.13. *Pl.* רִאשֹׁנוֹת Iſai. 43.18.

רִאשֹׁנִית f. Primus, Jer. 25.1.

רֵאשִׁית f. Principium, primum, præſtantiſſimum, primitivum, primitiæ, Gen 10.10. c. 11.1. *v. Pagn.* Num. 24 20. c. 15.20. Am. 6.6. רֵשִׁית Deut. 11.20. *Aff.* Eccl. 7.9.

רִאשׁוֹת f. p. Primordia. *Aff.* Ezech. 36. 11.

רַאֲשׁוֹת f. p. Cervicalia, *quaſi Capitalia*, *Cn.* 1 Sam. 26.12.

מְרַאֲשׁוֹת f. p. *id. Aff.* 1 Sam 26.7.

מַרְאֲשׁוֹת f. p. Principatus. מַרְאֲשׁתֵיכֶם Jer. 13.18. *LXX Syr.* 2 *Ar. VL* è capite veſtro, *quaſi leg.* מֵרָאשֵׁיכֶם *ſ.* מְרַאֲשֹׁתֵיכֶם *v.* ראש רוש

CHAL. רֵישָׁא רֵישׁ רֵאשׁ *i. q. Hebr. ib. pro morbis capitis remedia, v. Gitt.* 68.2. Primitiæ, Lev. 23.10. c. 13.12. *Hinc* Araxes *fl.* & Ruſſi. *Boch. G. Sacr.* 213. *Pl.* רִישִׁין Exod. 18.25. c. 36. 38. בְּרֵישָׁא *In* vertice. 2 Ante, anterius. *Berac.* 61. 1. בריש גלי *Capite diſcooperto* (*confidenti, ſine metu*) *capite velato, in ſignum ſubjectionis, & pudoris; unde mulieres ubique fuerunt velatæ. vide Muſar c.* 6. רֵישְׁנָא רֵישָׁנָא Caput, Princeps, Prov. 25. 15. *Sanh.* 94.2. רֵישְׁתָּנָא *id. Peſac.* 11. 1. רֵאשִׁי רָאשִׁי Capitalis, principalis. רֵאשִׁית Primitiæ, Num. 18. 12. בְּרֵאשִׁית Initium, principium, Iſai. 40.21. c. 41. 4. c. 66 9. Creatio (*quia ejus hiſtoria ita incipit,* Gen. 1:1.) Job 41. 2. Iſai. 28. 29. מעשה 1 בראשית 2 מרכבה 1, Philoſophia naturalis. 2, Theologia myſtica. *More* I, 17. רֵאשִׁיוּת Prioritas, *IB.*

SYR. ܪܝܫ ܪܝܫܐ Pl. ܪ̈ܝܫܐ ܘ 2 ܪܝܫ (a)
ܕܐܣܛܘܡܟܐ (b) ܟܦܐ (c) ܕܟܬܐ (d)
ܕܪܚܐ (e) ܕܓܝܣܐ (f) ܕܛܟܣܐ (g)
ܡܪܝܐ (h) ܐܣܦܓܐ (i) ܡܠܐܟ̈ܐ (k) ܢܦܐ
(l) ܪ̈ܝܫܢܐ ܪܝܫ (m) ܬܠܡܝܕܐ (n) ܚܢܦܐ
3 ܪܝܫܢܐ ܪ 4 ܪܝܫܢܝܐ ܪܝܫܢܝܬܐ 5 ܪܝܫܢܝܬܐ ܪ
ܪܝܫܢܝܬܐ ܘ(6) ܪܝܫܢܐ ܪ ܪ̈ܝܫܢܐ ܘ 7 ܪܝܫܘܬܐ ܪ ;

*prim. i. q. Hebr.* ראש *ib.* Extremum, extremitas, Pſal. 107.23. *Gr. Syr.* Matt. 24. 31. Luc. 16. 24. ריש אבהתא Patriarcha, Act. 2.29. רישסמכא Primarius, præfectus accubitûs, Joh 2 8. primus accubitus, Matt 23.6. מן דריש Denuò, Gal. 4. 9, 19. *Ablutio* דמנדריש quæ denuò fit. *Sever. l. Rit.* 20. *Pl.* Mar. 6 21. c. 10. 42. c 15. 29. Dona primaria, præcipua, 3 Eſdr. 1.7. רישי (a) יתרו (b) כלבא (a) Condylomata, *quorum radices ſunt tenues, capita autem craſſiora* (b) *i. q. Arab.* רים אלכלאבון *ſo leg.* אלכלאבתין *ſec.* (a) Os ventriculi. (b) Rapum ſylveſtre. (c) Leucoii ſpecies. (d) Machina petraria. (e) Dux turmæ, agminis. (f) Caput ordinum. (g) initium menſis, Calendæ, Col. 2.16. (h) Os œſophagi. (i) Archangelus, 1 Theſ. 4.16. (k) *i. q.* נפא *v.* (b) (l) Caput principum, *Papa Romanus ſic dicitur.* (m) Diſcipulus primarius, *Germ.* Reiths Graaf. (n) Caputhentium. *Nom. opp. Nov.* 301. *tert.* Eminens, primitivus, primus, ſummus, Mar. 14.3. Act. 26.5. Joh. 12.3. 3 Eſd. 1.12. רִישִׁיתָא Luc. 15. 22. *quart.* Initium, principium, Heb. 3.14. c. 7.3. 1 Theſ. 2. 13. Joh. 1.1. ברישית 1 Joh. 1.1. c. 2.7. *Primitiæ*, 1 Cor. 15.20, 23. c. 16 15. *quint.* Initium ſtuporis, anxietatis. *Pl.* Primitiæ, prima dona. *F.* præcipuæ, Iſai. 3.17. Decimæ, *Nov.* 439. *ſext.* Primarius, princeps, antiſtes, Luc. 18. 18. *ſept.* Primatus, principatus, 1 Mac. 8.16 c. 10.15.

SAM. ࠓࠀࠔ·ࠓࠉࠔ *i. q. Hebr. ib.* ࠊࠋࠀࠁࠄࠕ·ࠄࠉࠅ ࠁࠍࠉࠌ·ࠏࠃ·ࠔࠉࠍ·ࠀࠃ·ࠄࠉࠀ·ࠓࠀࠔ·ࠋࠉࠕࠁࠏࠌࠕ *Omnes patres erant (aliquando) filii, donec ad eum (tandem) perveniamus, cui non eſt principium.* ࠓࠀࠔ·ࠋࠉࠕ·ࠄࠉࠀ·ࠋࠉࠕ *Non eſt finis Ei, cui non eſt principium. Omnia præter Deum,* ࠌࠓࠀࠔ·ࠁࠕࠄࠉ *fiunt ex principio. Lit. Damaſc. v.* ࠓࠀࠔ

ÆTH. ርእስ፡ Caput, princeps, præcipuus fuit. *IL.* IV. አርእሰ፡ Præfecit, conſtituit principem, Eph. 1.10. V. ተርእሰ፡ In extremitate, *ſ.* initio rei conſtitutus fuit, *de unguibus. Encom. Patr.* ተተርእሰ፡ (*videtur quaſi à* ተርእሰ፡ *in prima, vel πλεονάζει* ተ) Caput reclinavit *ad dormiendum*, Mar. 4. 38. ርእር፡ *i q. Hebr. ib* Pſal 3. 3. ርስ፡ Mar. 12.10 *Rom. Cod. i q. Hebr.* עצם *Arab.* נפס Ego ipſe, *&c.* Joh. 8 54 c. 1. 22. ርዕሶሙ፡ ipſiſmet, Pſal. 27.4. & 151. *t.* ርእስ፡ ሀገር፡ Metropolis, *Miſſ.* 170. 2. ርእስ፡ ሐመር፡ Puppis, (vertex) *navis*; *Opp.* እግረ፡ Act. 27. 29, 30. *Pl.* አርእስት፡ አእርስት፡ አርእስት፡ Apoc. 13. 1, 3. c. 12. 3. አርእስተ፡ (a) አበው፡ (b) አድባር፡ (c) ኰናኔ፡ (d) መላእክት፡ (e) ነገር፡ (a) Patriarchæ. (b) Cacumina montium. (c) Genus tormenti. (d) Archangeli. (e) Capita orationis. ሬእስ፡ Princeps, primus, præcipuus. ራስ፡ Prorex: *ſeptem ſub ſe habet Imp. Abyſſinorum.* (ርኡስ፡ Caput, princeps conſtitutus. ርኡስ፡ ርኡሳን፡ Capitaneus generalis. *IL.*) f. ርእስት፡ *ſic dicitur B. Virgo. Miſſ.* 170. 2. ትርእስ፡ Quicquid ad caput eſt. Joh. 20. 12. መተርእስ፡ *id.* ርእስና፡ Senectus, *fortè pro* ርስእና፡ *MW.* 11 *Aug.*

---

**ראת** CHAL. רְאָתָן Ulceris genus, morbus perturbati cerebri, ob innatum ipſi vermiculum. *Gitt.* 70. 1. *Nidda* 17. 1. *Ketuv.* 77. 2.

SYR. ܪ̈ܐܬܐ, ܪܐܬܘܬܐ 2 ܪܐܬܐ ܐܡܘܡ;
*prim.* Pulmo; *pertinet a. ad* ראה *ſec.* Aſpera arteria. *BB.*

**רבב** רָבַב Multiplicari. (*Spec. quantitate, ſed & qualitate*) multum, copioſum, eſſe; Iſai. 54.13. Pſal. 18 15. רב Multum eſt *fulgurum, ita c LXX. & VL. Orient. Intt. omnes.* Pſ. 4.8. Gen. 49.23. רֹבּוּ jurgati ſunt, *qſ. à* רוב *exp. tres Sam.* 3. *Chal. Perſ. VL. & favent LXX. f.* Gen. 18. 20. *In* c. 6.1. *Pyh.* מְרֻבָּבוֹת Multiplicatæ per myriades, *à* רְבָבָה

רַב Multus, magnus, major. Pſal. 19 12, 14. & 48.3. Gen. 13.6. c. 25.23. Multum, c. 33.9. Vehementer, Exod. 9.28. *Ar. Er. Sam. Jon. Ar. Mont. Rivet.* Satis, *—al.* Multum, nimium. Num. 16. 3. Magiſter, Eſth 1. 8. Judex, Iſai. 19. 20. *LXX. Chal. Syr.* 2. *Ar. Sic* Prov. 26. 10. רב judex, magiſtratus מחולל *Conturbat, dolere facit; ita cum doctiſſ. Hebræorum Interp. Or. omnes, malè, Format, neque enim ſecundùm Veteres, in hoc ſignificatu occurrit unquam: ad contextum etiam prius magis congruenter. Pl.* רַבִּים Pſal. 3. 2. Multi, Iſai. 53. 12. *Ita Intt. noſtri omnes. c Ar. Ox. v. Boot. An. Sac.* IV. 11. Magnates, Job 32.9. *Cn.* Jer. 41.1. f. Gen. 6.5. Pſ 62.3 *ſubaud.* סוטה *nutatione multa*, רַבַּת Multum, ſæpè, Pſal. 123.4. & 129.1. Multitudo, major pars, 2 Par. 30.17. *Cn.* Multiplicatrix, 1 Sam. 2.5. *c* ׳ *Paragog.* רַבָּתִי Thr. 1.1. *Pl.* רַבּוֹת Jud. 8.30.

רֹב m. Multitudo, major pars, Pſal. 72.7. Iſai. 1. 11. Pro. 10 19. *Af.* Deut. 7.7. *Pl.* רֻבֵּי *leg.* רִבֵּי magnalia. Hoſ 8 12.

רְבָבָה f. Myrias, Pſal 91.7. Lev. 26. 8. *Pl.* רְבָבוֹת 1 Sam. 18.8. *Cn.* Num. 10. 36. *Af.* 1 Sam. 29.5.

רִבּוֹא f. *id.* Neh. 7. 66. רִבּוֹ Jon. 4. 11. *Du.* רִבּוֹתַיִם Pſal. 68 18. *Pl.* רִבֹּאות Dan. 11. 12. רִבּוֹת Neh. 7.71. רְבִיבִים Guttæ, imbres, Jer. 3.3. Pſal. 65. 11. Deut. 32.2.

CHAL. רבב אִתְרַבְרַב אִתְרַבְרַב *i. q. Heb.* Magnificare, efferre ſe, magnificentiam, principatum ſibi arrogare. Jer. 48.42. Thr. 1.9. Iſai. 27.1. c. 37.23. Soph. 2.8, 10. Pſal. 35.26. Soph. 3.11. Iſa. 10.15. Num 24.7. *TH. Aph.* תראיב *rectius in noſtris* תרביב Lev. 19 19. רַב *i. q. Heb.* Gen 39.9. רַבָּא c. 1.16. c. 10.21. Jer. 6.13. *Pl. non occurrit, ſed pro eo* רַבְרְבִין Exod. 6.6. Gen. 12.17. רַבְרְבַיָּא c 1.16. 21. 2 Reg. 10.6, 11. f. רַבָּא Gen. 27.33. רַבְּתָא 19.31, 32. *Pl. ut ſupra* רַבְרְבָן Abd. 12. Dan. 7.3. רַבְרְבָתָא v. 11. Joſ. 24.17 *it.* רַבָּא רַב Magiſter, præceptor, Pſ. 55.14. 2 Re. 2.12. *Hebr.* אבי *quia Præceptor pater eſt, & Diſcipuli filii, ib.* v. 3. Can. 1.5, 12. *Avos c* 1. 16. c. 4. 12. *Magiſtro qui ſe opponit, reſiſtit Deo. Baal Hattur.* Exod. 14 31. *Bx. Syn. Jud. c* 46. יורה דיעה *Hilc.* כבוד רבו Præfectus, Dux, Dominus, Dan. 2.14, 48. c. 4. 6. Gen. 40.3. c. 27.29, 37. Princeps, 2 Sam. 20.26. c. 3.38. Gen. 36.15. 1 Reg. 4.5. Hag. 1.1. Ezech. 45.7. *Sanh.* 14.1. *Pl. ex gemin.* רַבְרְבִין Principes, 2 Sam. 8. 18. c. 19.6. Reges, Jer. 17.25. רַבְרְבַיָּא Joſ. 22.32. Pſa. 118.9. & 45. 7. *Cn* Exod. 15.15. Jer. 41. 1. *Af.* c. 6.28. c. 1.18. c. 44.17, 21. רַב רַב *Rof* (*& pro hoc* מָר מָרֵי) רַבָּא *Rovo,* Doctorum *in Babylonia nomen: poſtea autem in commune pronuntiari ſolitum. Rav. Rabba* רִיבִּי רַבִּי *Ribbi,* Doctorum *in Palæſtina nomen, ex dialecto Hieroſol. it.* בְּר׳ בִּיר *ſ.* בַּר *pro* & בִּירִיבִּי *pro* בְּרַבִּי *Poſt vaſtationem ultimam urbis manſit Rav, Rabba, Rabbi, inter Judæos. Pl. his nunquam ſine Affixo.* רַבּוֹתֵינוּ רַבּוֹתָיו Magiſtri noſtri, *&c.* רבי *Rabbi, ſ. Ribbi excellentior titulus eſt quàm* רב *Rav, & utriſque præſtantior* רבן *v. Cl. Lightf. Ho. H.* 246. *El. Tiſbi in* רב *Cl. Bx. Abbrev.* 172. רַבָּן Princeps, *tempore Chriſti per* 200 *annos apud poſteros Hillelis obtinuit hic titulus, ſeptem viris tantùm tribuitur. v. Bx. ib. Poſt illos, præcipuus titulus fuit Rabbi, ſ. Ribbi, & poſt hunc, Rav* רַבָּנָא Doctor, *Ketuv.* 22 1. *ac rarum hoc nomen.* רַבָּנִין *in Targ. frequens,* Magiſtri, doctores; duces; principes, Pſal. 80.11. & 47.10. & 83. 12. 1 Reg 9.22. Eccl. 5.7. Ruth 1.2. Rabbanæ, Rabbaniſtæ, *Judæorum ſecta, qui non tantùm Legem ſcriptam, ſedetiam Oralem, h. e. Traditiones Rabb. receperunt, DD. Scal. Elen. Tribær.* c. 2. *Benj. It.* 30. & רַבָּנָאִין *Mezia* 27.1. f. רַבָּנָן Doctores, magiſtri, *minoris dignitatis quàm* רַבָּן *pro quo apud Rabb.* רַבּוֹתֵינוּ רַבָּנְתָא Heroinæ, principes, primariæ fœminæ, Eſth. 1.18. רַבָּתָן רַבָּתְנָא Magnificus, maximus, 2 Reg 18. 19, 28. *Non ſimilis forma à* רבב רַבְנוּת Rabbinatus, magiſterium, magiſtralis dignitas, magnificentia, amplitudo, principatus, officium, & poteſtas magiſtratûs. (Provincia.)

Eccl.6 3. Psal.68.28. & 145. 6. Job 30. 15. *Amit.c.* 1.10. *Joseph mortuus est ante fratres quia asseverat seipsum* ברבנות *Sota.* רִבּוֹנָא רִבּוֹן Dominus, herus, Psal. 12.5. Exod.23.17. Mic.4 11 Gen.45.8.c 30.19.c.40.1.Jer.3.4.*Heb* אבי רבונא *Pl.* רִבּוֹנִין 1 Reg.22.7. Gen. 19.2. *f.* רִבּוֹנְתָא c 16.8.*al.*Regina. רַבְרְבָנִין Principes, duces, præfecti, Thr.5 12. Job 32.9. Esth. 1.3. Dan 5.2. Thr.2.5. רַבְרְבָנוּתָא Magnificentia, res magnifica, Psal. 12. 4. רַבְרְבוּתָא *id.* אִתְרַבְרְבוּת *id.* אִתְרַבְרְבָא *id.* Ezech. 5. 15. Zach. 12. 7. Soph.2. 8 Ezech.16.56. רוב Magnitudo Jer.12.5. *Va. Lect.* Isai.19.6. Multitudo; *Imus post* רובא majorem partem. רובם plerique eorum. ברום .על רוב Ut plurimum plerunque, frequenter. רִבּוֹ רִבּוֹא Myrias. *Pl.* רִבְּוָן *ut Heb ib.*Can.5.10 Dan.7.10. רִבּוֹת Num. 10.36. רְבָבַת Eze.16.7. Mic 6.7. רִבְבָן Psf 68 18. רִבְבָתָא Deut.33 17 *nostra.* רִבְוָתָא Psal. 144. 13. רְבָה Multum, plurimum, *Sanh.* 108. 1. רַבִּים Multi, plures, לשון (a) רבים (b) יחיד Dictio (a) numeri pluralis (b) *singularis.* רשות הרבים Locus publicus, plurium potestati expositus, *ut Platea publica*; *Opp.* רשות היחיד *Locus in quo unus tantùm jus, & potestatem habet, ut est cujusque domûs.* בְּרַבִּים *In multis, h. e.* publicè, palam, apertè. 2, In numero plurali. רְבַב Pinguedo, adeps, cera, sebum, sordes, &c. *Schab.*78.2. & 114. 1. *Sota* 49. 1. רַבֵּב Pinguedine, *s.* pice obducere, inungere. עז 33. 1. רבובה *Aruc pro* רכובה *quod v. & in Aruch ita, sub* ארום

SYR. ܪܰܒ ܪܰܒ 2 ܪܰܘܪܶܒ 3 ܪܰܘܪܒܳܐ 4 ܪܰܘܪܒܳܐܝܬ

5ܪܰܘܪܒܽܘܬܳܐ 6ܐܶܬܪܰܘܪܰܒ ܪܰܘܪܒܳܐܝܬ 7ܪܰܘܪܒܳܢܳܐ

Pl.ܪܰܘܪܒܳܢܶܐ 8ܪܰܘܪܒܬܳܐ 9ܪܰܒܳܐ ܪܰܒܳܐ 10 ܪܰܒܳܐ

ܪܰܒܳܢܳܐ 11 ܪܰܒ (a) ܐܰܠܦܳܐ (b) ܒܰܝܬܳܐ,

ܪܰܒܰܝܬܳܐ Pl. ܒܰܝܬܳܐ ܪܰܒܰܝ f. ܒܰܝܬܽܘܬܳܐ ܪܰܒܰܬ

(c) ܚܰܝܠܳܐ, ܚܰܝ̈ܠܶܐ, ܪܰܒܰܝ (d) ܟܽܘܡܪܳܐ (e)

ܡܳܐܬܳܐ (f) [illegible] (g) ܡܰܠܳܚܶܐ (h)

[illegible] (i) ܪܰܟܫܳܐ (k) ܪܳܥܰܘ̈ܬܳܐ (l) ܫܳܩܳܐ

(m) ܫܰܩܽܘ̈ܬܳܐ 12 ܪܰܒܰܝܬܳܐ 13 ܪܰܒܽܘܒܝܬܳܐ

14ܪܰܒܽܘܢܝ 15 ܪܰܒܽܘܬܳܐ 16 ܪܰܒܽܘ, ܪܰܒܽܘܢ

ܪܰܒܽܘܬܳܐ 17 ܡܪܰܘܪܒܳܢܳܐ 18 ܪܰܒܽܘܒܝܬܳܐ ;

*prim.*Clamavit, vociferatus est, vocavit. *sec.*Magnificavit, 2 Sam. 12. 14. *Ethpa.* אֶתְרַוְרַב *Pass.* Superbè elatus est, insolens factus est; insultavit, 1Reg.21.20.c. 1. 5. Num. 16.13. Gen.43.18. 2Cor. 10. 15. *tert.*Magnus, major, maximus, grandis, 1 Cor 2.1. *Pl.* רַוְרְבֵא magnifica, Mar. 13.2.Luc.21.11 Joh.21.11.Act.8.10. proceres, c.19.11.c.28.10.f רַוְרְבָן Joh.1.50. *quart.*Magnopere, vehementer, Job 36.27. Psal.21. 2. & 118.107,167.Dan.2.12. *quint.* Elatio, superbia. *sext.id.* *sept.*Princeps. *Pl.* Num. 23. 17. Magnates, Psal. 82. 7. Esdr. 8. 25. Mar. 10.42. 1 Tim.2.2. Summi, maximi, Eccli. 29. 28. *oct.* Magna, mirabilia, miracula, Mat.24. 24. Mar.4. 32.Luc.1.49.1 Cor.12.31. *non. i.q. tert.* Mat. 12.6 c.26.51. *dec.* Magister, Joh.13. 13. רבי Mat.23.7. *v. Seld.Syn.* II.336. *pro Magistris & præceptoribus suis publicè orant Syri. Sever.l.Rit.* 117.123. *Off.Mar.*125. *pro* מלפנא 485.501. Princeps, rex, 1 Reg.11.34. *und* (a) Tribunus militaris, 2 Sam.18.1. (b) Præfectus domûs, œconomus, Luc.8.3.c.16.1. Isai.22.15 c. 36.3. c.37. 2.Procurator, Gal 4.2. Dispensator, 1 Pet. 4. 10. (c) Princeps, præfectus, præpositus, Luc.22.4.Præfectus militiæ, 2 Cor.11.32. (d) Pontifex, Heb.4. 14. (e) Centurio, 2 Sam. 18 1. (f) Præfectus coquorum (g) Nauclerus, navarchus, Jon. 1. 6. (h) Dux satellitum. (i) Equiso, equarius, mango equorum. (k) Princeps pastorum; pontifex. (l) Magnus cruribus; Pedo; Rabsace, Isai. 36. 2. (m)Pincerna. *duod.* Tumultus, (אלצפחה אלצ׳עיר *BB.*) *dec. tert. i. q. Ar.* אלרביתאן *fo. pro* אלארביאן *v.p.*218.*p.hujus Lexici.* *dec.quart.* Magister meus, Joh.20.16.*v.Tremel.* *dec.quint.* Myrias. *dec sext. id.* 1 Cor.4 15 c.14. 19. *Pl.* Act 21.20 c.19.19 Heb 12. 22. ככרין (a) רבו (b) מלין (a) Duodecim talenta. (b) Duodecim verba. *BB.v.*2 *Mac.*11.5. *dec.sept.*Limen, foris, Ezech.41.23. *dec. oct.*Glandulæ femoris, *Nov.* 31. 2, Inguina.

SAM. ࠓࠁ Laudatio *i.q.Ar.* סבחאן *Lit.Dam.* 2, Magnitudo, Exo.15.6. 3, Doctor, dominus, &c. *ut Heb.* Deut. 33.25. Gen. 39. 4. ࠓࠁࠁ Ministravit, *il. Eth.*.Dominatus est c.43.18. ࠓࠁ Magnus, major, c.25. 23. ࠓࠁࠁ *id.* Exod. 6. 6. ࠓࠁࠁࠍ Principes, c.18.21. ࠓࠁࠍ Magnitudo, Deut.9.26.

ÆTH. ረበበ: Extendit, *vel ut Ar.* Psal. 103. 3. V. ተረበ: *Pass. præc.* ርቡብ: Expansus, extensus. *Pl. Af.* ርቡባቲሆን: Exod. 17 12. cum quid in aëre fertur, instar nubis አርባብ: አላት: *Sic vocantur* Angeli ordinis noni; *in tot ordines enim divisos esse putant; dicuntur &* አርባብ: *simpliciter.* ርበት: Expansio, *de nubibus, & nubecula dicitur.* ርበት: ደመና: *Il.* መርበብት: Rete. Mat. 4.18 *Lit. S. Joh. Christus* መርበብተ: ሕይወት: rete vitæ *dicitur.* ረቢ: Rabbi, magister, Joh. 1. 39. *Mar.* 11. 27. ርቢ: *id.*c.10.51.& ረቡኒ: 5. *Mar. Pl.* ረበናት: c.7.3. *Sept* 28. *Sic vocantur Abyssinorum Theologi.* ረበዋት: *Myriades. Lit. S. Epiph.* רבא *v.* רבה

A R. رَبَّ رَبَّبَ 2 رَبّ *Pl.* أَرْبَاب

رُبُوب 3 رَبُّ 4 رُبّ *Pl.* رِبَاب 5 رُبّ

رُبَّمَا رُبَّ 6 رُبَّهَا 7 رَبَّبَ رَبَاب f. ة 8

رَبَاب 9 رِ 10 رُبّ 11 رُبَّ 12 رَبِيب f. ة

*Pl.* رَبَائِب 13 رِبَّة *Pl.* رُبَب (أُرْبَة ر)

14 ة رِبَّة 15 رِ 16 رَابَّة 17 وَرَبِيبُكَ 18

رِبِّي 19 رِبِّي *Pl.* رِبِّيُون 20 رِبِّي 21

رِبِّي 22 رَبَّان 23 أَنِي 24 رَبَابَة 25 رِ

26 رَبَّانِي 27 رُبُوبِي 28 رُبُوبِيَّة 29

مَرَب 30 مَرَاب 31 مَرْبَب مَرْبِي 32

مَرْبُوب 33 ة- 34 مِرْبَاب 35 مِرَبّ 36

مَرِ 37 ة- 38 أُرْبَة 39 تَرْبِيب تَرِبَّة

40 أُرْبَاب 41 رُبْرُب *Pl.* رَبَارِب ;

*prim. Fut.O Gg. Yarobbo.*Dominus fuit, præfuit, dominium, *ac* principatum exercuit: rexit. 2, Possedit. *cca.* 3, Educavit. *pro* רבי 4, Creavit. 5, Concinnavit rectè, absolvit, perfecit. 6, Indidit *utri* succum inspissatum dulciorem, *&* ita bono odore, & sapore donavit, dulcavit, *ac* bonum, gratumque reddidit *oleum cca. v quart.* 7, Partui appropinquavit *ovis.* 8, Auxit. 9, Collegit. *cca.* 10, Constitit, loco mansit, affixus *rei* fuit. 11, Peperit *ovis.med.Kesr.G.* 12, Congregavit. Adunavit. Addidit. ירבני *Mihi* præerit, *rem meam* moderabitur. 13, *Ovis* domi educata fuit; herbasque circa aquam depasta est. & *uti* II. Educavit. Dulcavit *oleum.* Defruto, *similive re* ad usum condivit. *cca.* IV. Uno loco mansit, substitit. 2, Appropinquavit. 3, Adhæsit indesinenter *admissario,* amavitque *eum camela. cca. G.* Diu duravit *nubes.* V. Congregatus fuit. Educavit. *cca.G.* Dominum esse *illum* affirmavit. *sec. Act* 1,2,3,4,5, 6,8, 9, 10, I. & *Pl.* Dominus. possessor. Sustentator. Concinnator. Creator. *Absolutè (cum articulo) Deo tribuitur; Rn. ferè Heb.* יהוה *non quidem in Pentat & Jos. à nullo quod sciam Arabe, at* Jud.1.2.4,19,22. *& postea quam sæpiss. Aliis tribuitur cũ adjuncto, c*—אלדאר Paterfamilias, herus —אלשי *Re* præditus, dignusve. Rex. *Rem* aptans, concinnans. *c* —אלעלמין Dominus seculorum, *Cor. Sur.* 1,2. *c* —ארבאב Psal. 135. 3,27. *Paganismi tempore* Rex Arabum אלרב *dicebatur. Pl.* Jud.9.3,6. Col.3.22. Eph. 6. 5. Ordo Angelorum, c 1.21. Col.1.16. *E.* ארבאב אלדולה Proceres *regni it.* רבוב *Pl. quart.* רב *Du. Mat.* 6.24. *tert pro* רבני Domine mi. *quart. Pers.* Succus fructuum coctione inspissatus, dulcisque, & Conditum eo constans. *G.i.q.* עצארה *Av.*I.134. 3. *Modus faciendi eum.* II. 22. 27. *Rob de myrto,* 214.23 *de cydoniis,* 217.8. *à syrupis quo modo differt* 211. 6. *quando* רב *simpliciter ponitur intelligitur de* musto. Cortices dactylorum, *s.* uvæ post succum expressum. Fæx olei. *quint.* Fortè, nonnunquam, unquam, interdum, plerunque. *cca. etiam aliorum generum, & numerorum pronomina affigi solent.* Psal. 7.4. Prov.9.14. Eccli 19.20,21. c 20.8. רבמא Num 9.20. *Av.*I.108.45: 130. 20. *sext.* Aqua copiosa *etiam* salubris. *sept. Pl. san.* Vitricus. Noverca. Privignus. *Gol. Ap. Gr.* 17. *oct.* Fœdus. 2, *Coll.* Nubes alba; *s.* quæ modo alba, modo nigra apparet. *Hinc ob mutabilitatem,* Mulier. *Pl. dec.quint.* Pandura, *unde Gall.* Rebec. *c* ב *Tesd.* Speculum. Nubes. *non. Act. sc.* Propinquam partui esse *ovem. Ipsa* propinquitas ejus. Quinque tribus Arabum fœdere junctæ, simulque congregatæ, *sc.* צ׳בה *Dabai* תור *Tauritæ.* עכל *Oclitæ* תים *Teimatæ.* עדי *Aajitæ*; *ita dicunt* אלרבאב צ׳בה &*c.G.* Cùm nodus validè astringitur. *dec Pl.* תֿ ר'בי *Robbai.* 2, Proxima partui *capra. und.* Multitudo, plebs. *duod.* Privignus filius uxoris. 2, Educatus, f. Privigna. 3, Ovis quæ domi nutritur lactis ergô. & *Pl. san.* Nutrix. *G.* Res concinnata. Promittens. Rex. Possessor. *dec.tert.* Species herbæ. Herba in fine æstatis residua. *Multa turba. Myrias. G.* Arbor. Tribus quævis ex quinque illis, quæ רבאב *dicuntur. dec. quart.* Copia victûs. *Nom.* mensis ר'י אלקעדה *dec quint.i.q.* 3, *duod.* 2, Locus, *s.* phanum quorundam. Domus vasta, & crassior. *c* —אלבית Materfamilias. *dec. sext.* Noverca. *dec. sept.* Per Deum tuum *faciam. c* י *pro* ב *dec. oct.* Quæ recens peperit *ovis, etiam capra, camela.* Partui vicina. Beneficentia. Vitæ commoditas. Negotium necessarium. Nodus firmus. *G. i.q.* 3, *duod. Ovis* cujus fœtus mortuus sit. *Ovis* fœtifica. Indigentia. *c* נמאדי אלאח'רה ורבה *Waribbaton, Nom.*mensis רבאנו *dec.non.* Millia multa, myrias. *i.q.vig.sext.* נמאדי אלאול ורב *vig. c* *Warabbon. Nom.*mensis *vig.prim.* Gentile תֿ רבאב à רבה *Rebbaton.* *vig. sec.* Novitas; cùm quid recens provenit, extitit. אחד אלשי ברבאנה *Cepit rem* universam *vel* primam ejus partem, *s.* primitias. & *uti vig.tert Pl. san.* Navarcha. *vig. quart. Unit* תֿ רבאב *Rabaton.i.q.* עשור *Osouron.* *vig. quint.* Theca pharetræ instar, in qua collectæ continentur sagittæ aleatoriæ, *s.* funiculus quo colligantur. Totusve illarum numerus, *s.* manipulus. Assumentum, quod advolvitur supra jaculantis manum, *s.* ad locum à quo sagitta exit. Fœdus, pactum. *G.* Dominium, Dei dominatus. *vig.sext.* Divinæ legis, *ac* religionis magister, doctor, (qui totum se Deo addicit, ut eum cognoscat.) Rabbinus. *vig. sept. Nom.* relativum ad Deum. *Est vox anomala.* *vig.oct.* Dominium, summa potestas, Psal. 102. 21: 144. 13. Ordo Angelorum, Eph. 1. 21. *vig. non.* Congregator populi. 2, *Mansio camelorum, &c.* ubi continuò versantur. Terra herbosa. *trig.* Uno loco manentes *cameli.* *trig prim.* Condîtus spissiore succo, *v. quart Robbon. poster. est à* רבי Confectio *zingiberis,* rob adhibito. *trig. sec.* Educatus. In quo Rob succus inditus fuit *uter.* Qui eo concinnatus est succus *G.* Dominum *eum* esse *constat.* *Equus* cui medicina propinetur, ut quiescat. *trig. tert Terra* in qua pluvia non diffluat. *trig.quart.* Herbis affluens *terra.* *trig. quint Camela* admissario continuò adhærens. *v* 3, IV. *trig.sext.* Qui benefacit. Cui benefit. *trig.sept. Pl. san. Res* condîta spissiore succo. *G.* Dominium, regnum. *trig. oct.* Fœdere juncti, fœderatorum turba. *trig. non. Act.* 1, I. *quadrag. Act.* IV. Appropinquatio, propinquitas. 5. Cùm præses, *s.* dominus quis fit. Tinæ, *Av*.l.502.23. *quadr. prim.* Agmen boum ſylveſtrium.

---

**רבא** AR. رَبَأَ 2 رَبَا 3 ب 4 رَبِيئَة
رَب (رَبِيئَة) *Pl.* رَبَايَا 5 رَبِيئَة 6 رَبَاءَة
7 ر 8 مَرْبَا ة *Pl.* مَرَابِي 9 مَرْبَأَة 10
ة 11 مَرْبَأَة 12 مُرْتَبَأَة 13 مُرْتَبَا ;
*prim. Fut. A.* Speculator, obſervator extitit *aliis. cca. vel c* لِ Aſcendit ejus gratiâ *editiorem locum.* Sublatus fuit. Suſtulit ארבא בך ען הדא אלאמר Proſpiciam tibi, eximam te ab hoc negotio. מא רבאת רבאה *Rabaho. Non* novi *eum, nec* curo. Imminuit ex alto. Omnis generis cibos congeſſit. Tardiùs, graviúſque inceſſit. Ad dignitatem provectus eſt. *Illis* dignitate antecelluit. Eminuit dignitate, nobilis fuit. II. *i. q.* ארהב Fecit ut abierit, abſtulit *cca.* III. Devitavit Cavit. *cca.* Obſervavit (cautè.) Cuſtodivit. VIII. Speculatorem egit *aliis. cca* Aſcendit ſpeculam. *ſect. Act. tert.* Procerior, nobilior *illo fuit.* *quart. prius pro* רבי *Rabijon.* Speculator. *G.* Ezech. 33. 2,6. & רביה Exploratio, cuſtodia. *quint.* Antrum *leonis*, locus inſidiarum. *ſext.* Aqualis quadruplici corio conſtans. *ſept.* Cautela, cautio. *oct.* Specula, locus editior unde proſpicitur. *non. i. q.* מרקאה Scalæ. *dec. i. q. oct.* Cauta obſervatio præſtolatio. *Gg.* *und. Act.* III. *duod. Act.* II. *dec. tert.* Specula.

---

**רבג** CHAL. רוֹבַג Ordinans, ſtruens, aptans מַרְבַּג Structura lapidum, *inſtar mari aptatorum. Obol. c.* 2. *fi. pro quo alibi legitur* מ *v. in* מריבג רבך *v.* נרבך & מרבך

SYR. ܪܒܓܐ Connexiones, & commiſſuræ in conopeis, & tabernaculis. *Sch.*

AR. رَبَجَ 2 رَبَجَ (ب) رَوْبَج 3
رَابِج 4 رِبَاجَة 5 أحبي 6 ة 7 أرْبَجَان
8 مِرْبَج 9 رِبَجْل 10 ة ; *prim.*
Vecors fuit, *G.* Supra fœtum ſe extendit. *cc* עלי IV. Curtos genuit liberos, *G.* Res breves adduxit? *Gig.* V. Propenſa *in liberos* fuit, eorumque curam geſſit *mulier. cc* עלי & *i. q.* 1, I. *Gig.* *ſec.* Numus parvus, *ac* levis. *tert.* Plenus, expletus ſitim. *G.* Scrupulis, dubiiſve plenus. *quart. i. q.* בלארה Vecordia, hebetudo. *quint.* Solum groſſius, ſiccius inter cultam terram, & deſertum. *G.* Finis, *ſ.* limes inter pagos, & campos. *ſext.* Stolida, quæ deteſtanda præſtat. *ſept.* Herba quædam. *oct.* Cùm quis attonitus hæret. *non.* Vir egregiæ naturæ, & magnæ; qui perfectè procerus ſit. *dec.* *Camelus* obeſus, talis *puella*, quæ cùm procera ſit, pulchra eſt, & egregiæ naturæ. *v.* רבחל

---

**רבד** רָבַד *Lat.* Stravit, inſtruxit, adornavit *lectum*, Prov. 7. 16. *tantum.*

רָבִיד m Torques, Ezech. 16. 11. *Cn.* Gen. 41. 42. מַרְבַדִּים Cadurcæ, lectiſternia *ornatoria*, Prov. 7. 16. c. 31. 22. *Eſt potius* Livor, *ſ.* ſignum *quod à cucurbitula fit: Accedit Arab.* רבד & רבד *v. Chal.* כוסילחא

CHAL. ריבדא רִבְדָא Inciſio cutis cum ſcalpello chirurgico; *Mo. Caton* 28. 1. *Macc.* 21. 1. *Sanh* 93. 2. רוֹבַד Stratum, lineatim ſcamnis lapidum diſtinctum, *cujus quæque ſeries dicitur* רובד *Joma* 43. *. Erant in domo foci, tabulata quatuor lapidea diſtincta, quorum unum altius altero, inſtar ſcamnorum in theatris; in quibus noctu ſacerdotes, & ipſorum miniſtri qui ſacrificiis mactandis, & igni ſtruendo erant deſtinati, cubabant, ſubſtratis ſibi veſtimentis: Etiam ipſum pavimentum erat ordinibus lapidum diſtinctum, ubi in atrio feriâ quartâ ſtabant, qui ſanguinem victimarum miſcebant, ne citius coagularetur. Tamid*

*c. 1. v. L'Empereur. Cod. Midd.* 30. 125, 148.

AR. رَبَدَ 2 رَبَدَ 3 ب 4 ة 5 رُبُود
رَ 6 رَابِد 7 رَبِيد 8 ة 9 أرْبَد f رَبْدَاء
10 مَرْبَد 11 ة 12 المِرْبَد 13 مَرْبَدَة
14 رَبَّدَ 15 رَبَّدَ 16 ب f ة 17 رَبْدَة
و (رِ) *Pl.* رُبْد (ر) رِبَاد (ر) 18
رِبْدَة 19 رِبْدِي 20 رُبَادِيَة 21 رَبْدَانِي
22 أبو الرُّبَدَاء 23 رُبَيْدَات 24 دو مِرْبَاد ;
*prim. Fut. I, Gig.* Conſtitit, ſubſtitit *in locco. cc* ב Continuit, det— *cca. G.* 3. Talis fuit *ovis ut in non.* רבדאء *dicitur.* Cohibuit *illum. cca.* II. Nigro, alboque colore ſplendentia, *et* lactis plena ubera habuit *ovis* ante fœturam. IV. Albo nigroque diſtinctus fuit. V. Nubibus obductum fuit *cœlum.* Auſtero vultu fuit; præ ira colorem mutavit *vultus. G.* Pulverei coloris effectus fuit. IX. *et* XI. Pulvereo *quaſi, et* obſcuriore colore fuit *ſtruthiocameli pullus* (XI. *cum intenſione.*) *ſec.* Gladii fulgor. Enſis. *tert.* Color (cineritius) ad pulverulentum vergens. *i q. Syr.* פחנא *et* רבד *Pl.* ארבד *ſequ.* *quart. Act.* *quint.* Holocauſtum. *ſext.* Aſſervator rei, condus, *G.* Promptuarii præfectus. *ſept.* Impoſiti invicem dactyli, *et* aquâ conſperſi, *G.* ex quibus aqua fluit. *oct.* Repoſitorium condendæ rei, *G.* Chirographi theca, *etſ.* *non.* Pulvereo quaſi colore *ſtruthiocamelus, ejuſve pullus*, Serpens pernicioſiſſimus. Leo. *et* f. Nigra, rubris punctis conſperſa *capra, de caprino genere proprie dicitur.* Ingens, grave infortunium. *dec.* Locus in quo continentur *cameli, etc.* κλεισίον ſtabulum; ubi ſiccantur dactyli, *idiomate Medinenſi, qui alias* מסטח *Miſtah, et* נרין *Zjerin dicitur, idiomate Nezjdenſi G.* Baculus quo pectori cameli adhibito exire cohibetur. *c* אלנעם Locus quidam in Medina. *und.* Albo, nigroque variegatus. *duod.* Leo. *dec. tert.* Nubiloſum cœlum. *dec. quart. med. Phat. Gig.* Levis, agilis fuit *manus in verſandis ſagittis, in ſerendo.* IV. *i. q.* קטע Amputavit, *cca.* Mobilia accepit, confecitque flagella. *G.* Ad illum flagellandum virgas accepit. *dec. quint. Act.* 2, *Coll.* Diverſicolores lanæ partes, quæ de cameli, aliûſve animalis collo, *vel* ex aure appenduntur, *ornatûs ergò* *dec. ſext. Ag.* Pedibus levis, agilis in inceſſu. *c* לענאן Seorſim abiens, fugienſve. Paucâ carne prædita gingiva. *dec. ſept.* Manipulus lanæ, ſtupæve; quo pix inungitur camelis, *quod contra ſcabiem fit. ita et* Panniculus quo abſterguntur monilia, vaſa, *etc.* (Cœmeterium quorundam. Anguſtia, difficultas) *et Pl. ſan.* Lapſus in ſermone; Dictum erroneum, ſolœciſmus. *it. Rabdaton*, Vir in quo nil boni. Turba hominum conſiſtens. Obturamentum phialæ. Panni ſegmentum, quod fœminæ menſtruis adhibent. *et Rabadaton, Nom. Unit. dec. quint.* *et* Flagellationis pœna, vehementia. *G. et uti dec. oct.* Vir bonis ſpoliatus. Id quo phialæ, *etc.* ſtipantur. *i. q.* 2, *dec. quint. et* Aſſumentum menſtruatæ. Id quo ollæ confricantur. *dec. non.* Nervus. Flagellum. *G. c Artic.* Quidam ita appellatus. *vig.* Malum, malignitas. *G.* Improbus. *vig. prim. i. q* מרבאד *vig. ſec.* Egregius, *ac* magnus quidam. *vig. tert.* Multum errans in ſermone. *G.* Qui ſermonem ſæpius interrumpit. *vig. quart.* Qui multum labi, *et* errare ſolet in ſermone.

---

**רבה** רָבָה Multiplicari, augeri, creſcere, multum eſſe, Deut 30. 16. Zach. 10. 8. Jaculari, *Par.* Gen. 21. 20. *al.* Puer. *Imp.* c. 35. 11. c. 1. 22. *Fut.* יִרֶב *ib.* תֵּרֶב 1 Reg. 4. 30. תִּרְבֶּה Deut. 7. 22. יִרְבְּיֻן c. 8. 13. *Pih.* רִבָּה Multiplicare, augere, creſcere facere, Pſal 44. 13. Educare enutrire, Thr. 2. 22. Ezech. 19. 2. *Imp. irreg.* רַבֵּה Jud. 9. 29. *Hiph. id.* c. 16. 24. *Par* Prov. 28. 8. *Inf.* הַרְבּוֹת Deut. 17. 16. *Irreg.* הַרְבָּה Gen. 3. 16. c. 22. 17. & הַרְבִּית 2 Sam. 14. 11. *Im.* הֶרֶבה Pſal. 51. 4. *leg. ut* Jud. 20 38. *Fut.* Exod. 30. 15. תֶּרֶב Pſal. 71. 21.

הַרְבֵּה m. Multum, plurimum, Hag. 1. 6. Eccl. 9. 18. Jer. 42. 1.

מַרְבֶּה m. *id. ſ.* Multitudo, amplitudo, Iſai. 33. 23. *Cn.* מַרְבֵּה *cum Mem clauſo; quod tempus denotat adventûs Meſſiæ, ſcilicet* 600 *annorum, qui ab Iſaiæ tempore eò uſque effluxerunt; Merc.*

מַרְבָּה f. *id. ſ.* Amplus, —a, Ezech. 23. 32.

מַרְבִּית f. Multitudo, major pars, 2 Par. 30. 18. amplitudo, c. 9 6. Soboles, 1 Sam. 2. 23. Fœnus, uſura, Lev. 25. 37. *Aff.* 1 Par. 12. 29.

תַּרְבִּית f. *id* Lev. 25. 36. Ezech. 18. 13. Prov. 28. 8

תַּרְבּוּת f. Turba, multitudo, Num. 32. 14 *al.* Soboles.

אַרְבֶּה m. Locuſta; *Coll. quia agminatim gradiuntur*, Exod. 10. 4, 12. Jud. 7 12.

CHAL. רְבִי רְבָה רְבָא *i. q. Hebr.* Dan. 4, 8, 19. רַבִּית *pro* רְבִיתָ Gen. 26. 13. Educari, 2 Sam. 12. 3. *Pſal.* 144. 12. Progerminare, Job 38. 27. c. 5. 6. jaculari, Gen. 21. 20. *Pah.* Magnificare, exaltare, evehere, Dan. 2. 48. 2, Principes conſtituere, Hoſ. 8. 4. 3, Vocare, Jer. 20. 3 c. 11. 16. Iſai. 45. 3. 4, Progerminare facere, Gen. 2. 9. 5, Educare, nutrire, Ezech. 19. 2. Hoſ. 9. 12. 6, Ungere, Lev. 8. 10, 12. Pſal. 2. 6. Ezech. 28. 14. 41. 7, Fœnerare, Deut. 23. 19. *Ithpa. Paſſ. quoad omnia, ib.* Lev. 6. 22. c. 21. 10. Pſal 87. 5. Iſai. 11. 1. c. 44. 4: 61. 9: 32. 1: & 40 24. Magnificare ſe c. 51. 17. Inaugurari, *Majm. Halacha.* כלי המקדש 1, 8. *In domo ſecunda ceſſante oleo unctionis, Pontifex inaugurabatur veſtibus tantum pontificalibus. Aph. i. q.* 1, 4, 5. *præc. Pah.* Iſ. 55. 10. c. 44. 14. Producere, Gen. 1. 18 *TH.* Creſcere ſinere, Num. 6. 5. רַבְיָא רְבִי רְבֵי Puer *creſcens uſque ad* 13 *annum*, Iſai. 9. 6. Exod. 2 6. 8. *Pl.* רַבְיָא Ruth. 2. 21. Thr. 1. 5. רוֹבָא *id. Sota* 26. 1. *Pl.* רוֹבִין Ruth 3. 10. Thr. 5. 13. c. 2. 21. *Tamid c.* 1. רִיבָא רְבָא Puella, Gen. 24. 14, 16, 57. *Pl.* רִיבָתָא v. 61. *Jon.* רַבְיוּתָא רַבְיוּת Pueritia, adoleſcentia: Magnificentia, magnitudo, Lev. 22. 13. Eccl. 11. 9. c. 12. 1. רִבּוּי Multitudo, exaggeratio, copia: Redundantia, tautologia: Majeſtas רִיבוּי בגדים ומשחה *Majeſtatis acceſſio eſt ex amictu, & unctione. DD.* Numerus pluralis, *R. Da.* Ezech. 40. 21. רְבוּתָא רְבוּת רְבוּ Magnificentia, amplitudo, excellentia, Zach. 9. 6. Iſai 9. 7, 9. c 4. 2. Deut. 32. 3. *Aff* c. 3. 24. c. 5. 24. Unctio, Exod. 30. 25. c. 35. 8. c. 40. 15. רְבִית Auctarium, ſupererogatio *Legis. v. Scal. Elench. Trih. c* 22. תַּרְבּוּת Educatio (*puerorum qualis Bx. Syn. Jud* 128.) progenies, indoles, mores, Gen. 21. 12. *Jon. Gravius eſt* תרבות רעה *prava educatio, quam bellum Gog & Magog. Mezia* 70. 1. תרבות ערלים *Educatio incircumciſorum, ſapientia Iſmaëlitarum, & fides Iſraëlitarum laudantur.* נַעֲשָׂה תַּרְבּוּת Fit educatio, *h. e.* Cicur, manſuetum fieri, manſueſcere, בְּנֵי תַּרְבּוּת Animalia cicurata. *Kama c.* 1. *Nidda c.* 10. מַרְבִּיתָא Nutrix, Gen. 35. 8. *TH.* Prov. 2. 17. ducatus מרבינתיה Nutrix ejus, *Kidduſh.* 31. 2. מַרְבְּיָנִין Nutriti, educati, dominati, Gen. 14. 14; c. 17. 12. *Jon.* Sulci agrorum, *quod pluviam recipiendo ſata nutriant*, Pſal. 65. 11. סוּרְבִּיוֹת Rami, frondes, *Tamid c.* 2. סורביו ואתא *v.* מרך תּוּרְבְּנָא תּוּרְבְּיָנָא תּוּרְבָּן Nutritius, nutritor, educator, Num. 11. 12. Eſth. 2. 7. *Pl.* תּוּרְבְּיָנַיָּא 1 Reg. 21. 8, 11. Eſth. 6. 9. f. תּוּרְבַּנְתָּא תּוּרְבְּנִתָּא Nutrix, 2 Sam. 4. 4. רְבִית מַרְבִּיר Uſura, fœnus, Deut. 23. 19. Ezech. 18. 8. *Pl.* רְבִין Lev. 25. 37 *Jon. pro quo v.* 36. תַּרְבִּית ריפיין *malè.* רִבְיָא *id.* Exod. 22. 24. *id. De Uſuris. vid. Mezia c.* 5. *Majm. Halacha.* מלוה ולוה *c.* 1, & 4, *Jore Dea* 159 *R. Sal. c.* 46 *Vajicr. r. ſ.* 3, רבי (a) מוּקְדֶּמֶת (b) מְאוּחֶרֶת החרומות *Uſura (a) antevertens, quando mutuò accipere cupiens, mittit pecuniam aliquam, ut creditor mutuò det. (b) Poſteriorata, quando debitor pro exiguo aliquo tempore, unâ cum ſolutione principalis ſummæ, mittit pecuniam aliquam dono, quod creditor tam diu pecunias crediderit. v. Salmaſ. de Uſuris.*

SYR. ܪܒܐ 2 ܪܒܐ 3 ܪܒܐ 4 ܪܒܝ,
ܪܒܝܬܐ (a) ܪܒܝ, ܪܒܐ, ܪܒܝܬܐ 5 ܪܒܝܢܘܬܐ
ܪܒܘܬܐ 7 ܪܒܝܬܐ 6 ܪܒܢ (b) ܡܪܒܝܢܐ
ܪܒܝܬܐ 8

ܪܒܝܬܐ 8 ܪܘܒܐ ܐܬܪܒܝ 9 ܡܪܒܝܢܘܬܐ 10
ܡܪܒܝܢܝܬܐ 11 ܡܬܪܒܝܢܐ ; *pr. id. ferè quod H. Ch. & Ar.* Adolevit, crevit, auctus eſt, Mar. 4. 8, 27. Joh. 3. 30 Luc. 2. 52. Matt. 13. 30. c. 6 28. Act. 6. 7. *Pah.* Aluit, educavit, nutrivit, Job 3. 11. Act 7. 21. 1 Tim. 5. 10. Creſcere fecit, 1 Cor. 3. 6 auxit, 2 Cor. 9. 10. Fœneratus eſt. *Ethpa. Paſſ. præc.* Luc. 4. 16. Act. 7. 20. c. 22. 3. Crevit, 1 Pet. 2. 2. Eccli. 24. 12, 13. *ſec.* Filius, 3 Eſd. 5 4. *tert.* Plauſtrum cœleſte. *quart.* c. ſ. Fœnus, uſura, Prov. 28. 8. *Pl.* Luc. 19. 23. *quint.* c. ſ. Magnitudo, majeſtas, magiſterium; *& Arab.* אלמקדאר menſura, *BB.* Deut. 11. 2. c. 32. 2. Pſal. 144. 6. Iſai. 30 31. Dan. 4. 36. c. 5. 18. c. 7. 27. (*a*) Magnificentia, majeſtas. (*b*) Amplitudo cordis in comprehenſione omnigenæ ſcientiæ. *ſext.* Auguſta, 1 Reg. 11. 19. *ſept.* Vulpes. *oct.* Educatio, Gen. 49. 22. *poſt.* Augmentum, incrementum, alimentum, *ſ. corporale, ſ. ſpirituale*, Eph. 4. 16. Phil. 1. 25. Col. 2. 19. *non.* Altor, nutritius, Act. 13. 1. Prov. 2. 17. *dec.* Nutrix, obſtetrix, Ruth 4. 16. 1 Theſ. 2. 7. *und.* Nutritio, educatio. Alumnus, 1 Sam. 2. 33. Germen, Ezech. 17. 4.

SAM. ࠓࠁࠄ *i. q. Hebr* Gen. 25. 27 ࠀࠕࠓࠁࠉࠕࠀ ࠉࠓࠁࠉࠕࠀ Unctus eſt in ſummam dignitatem, Ex. 29. 29. ࠀࠕࠁࠓ Excellentia, *i. q. Syr*, Exod. 30. 25 c. 40. 15. *An. Sam.* ࠌࠀࠁࠓ Fœnus, Lev. 25. 36, ࠌࠁࠓ ࠉࠌࠁࠓ Puer; ſervus, Deut. 28. 50. Gen. 18. 7. c. 21. 17. c. 22. 12, 19. *vid.* ࠃࠁࠓ ࠉࠀࠌࠁࠓ, ࠉࠌࠁࠓ Puella, junior, ætate minor, Deut. 22. 21, 28. Gen. 19. 35, 38 ࠉࠀࠁࠓ ࠐࠁࠓ *i. q.* ࠌࠁࠓ Deut. 32. 25. *Pl.* ࠉࠌࠐࠁࠓ Gen. 14. 24. c. 22. 5.

A R. ربا 2 ربو 3 *Pl.* ارباء 4 رباه
رابية 5 ربا *Du.* ربوان ربيان 6 رباء
7 راب ـبي 8 ربوه *Pl.* ربى ربي 9
رباوه 10 ربه 11 ربيه ربيه 12 اربي
13 ارن 14 اربيه 15 اربيان 16 مرب
f مربيه 17 مربي 18 مربي 19 تربيه
20 مربي ; *prim. Fut. O*, Auctus, multiplicatus fuit. Acceſſione crevit. Aſcendit *collem*. Super re aliqua fuit. *cca.* Uſuram accepit, exercuit, *is nihil à Deo accepturus*, *Cor. Sur.* 30. 53. Intumuit *equus ex curſu, terrore*. *Av.* I. 559. 2. inflatus eſt, 607. 3. Anhelavit altiore ſpiritu. Aſthmate laboravit. (Aquam infudit *hordei farinæ*. Totus metu correptus, conſternatus fuit, *& ult.* ' *Fut. I, et. Act.* רבי *Rubouw-n.* Adolevit, educatus fuit *inter eos. cc* פי *Paſſ. Act.* 7. 20. *Av.* II. 96 47. II. Educavit, aluit, 1 Sam. 28. 24. Job 31. 18. 1 Cor. 3. 6. *cca.* Curavit, fovit *ſata*. Condivit ſapâ, *ſimilive re fructus, radices*, *v.* רבב *cca.* III. *i. q.* דארי Blanditus fuit, *cca.* IV. Plus cepit quam dedit, ſœneravit, *G.* 2, *Tranſ.* 1, II. *Gg.* V. *i. q.* II. *& Tranſ. illius*, Pſal. 64. 11. *R.* Job 31. 20. Act 13. 1. *E.* Matt. 6. 28. *ſec. Act. ult.* *tert. Act.* I. *&* Ex alto ducta anhelatio, *ut defatigati, territive equi*, Aſthma, *Av.* I. 391. *t.* צאריב אלרבו Aſthmaticus. *& Pl.* ארבא Cœtus, agmen. *it. uti quart.* Elatior pars terræ, collis, tumulus, Joſ. 11. 13. *Bc.* Animus excelſus, *Gg. Pl.* רואבי *v* רוב *Av.* I. 395. 23. Job 39. 1. *&* ראביה 2 Reg. 17. 9. Num. 23. 38. Pariens. Aucta, augeſcens. *v Cor. Sur.* 69. 8. *quint.* Uſura, fœnus, quod capitur in venditione ſupra pretium, Pſal. 14. 6: 54. 11. Prov. 28. 8. *damnatur Cor. Sur.* 2. 274. *c.* 31. 128. *c.* 4. 160. *ſext.* Exceſſus. Longitudo. Copia bonorum, opumve, *G.* Gratiarum actio. Cùm beneficium alicui receptum refertur. *ſept.* Aſcendens. Extans. *G. Act. ult.* I. *oct.* Collis, tumulus. 2, *Ribwaton*, Decem millia דרהם *v. in* רבב *& Pl.* רבי *Roban* Inſecti ſpecies. *non. i. q.* 1, *præc.* *dec.* 1. *q.* 2, *oct. Ribwaton.* *und.* Uſura, fœnus, *G.* Genus quoddam reptilis, felis. *duod.* Auctior, copioſior. *Cor. Sur.* 16. 91. *dec. tert.* Infortunium, *ab* ארב *dec. quart. pro* ארבוה *Orbuvvaton*, Radix femoris,

quâ coxæ connectitur, quodve inter ſummum ejus, & imum eſt. Cognatorum familia, *ut* patrueles, *etſ. G.* Filii familias. Mucro naſi, *Av.* I. 106. 34. *dec. quint. Coll. c* ה *Nom. Unit.* Piſciculus quidam albus vermis inſtar, Baſræ frequens, *ſc.* ſquilla, *ſ.* locuſta marina. *v.* ארב *G.* Felis inſtar, *G.* *dec. ſext.* Educator, f. Nutrix, altrix, Ruth 4. 16, 1 Theſ. 2. 7. *E. Av.* I. 590. 29. *dec ſept.* Fœnus afferens. *dec. oct.* Educatus. Conditus, —um, *Av.* I. 133. 47: 134. 4: 128. 39. *et.* מרבא *dec. non. Act.* II. Eph. 4. 16. Col. 2. 19. Phil. 1. 25. *E. Hebr.* תרבית Natura, indoles. Creatio. *R.* Confectio, *olerum, Av.* *vig.* Nutritus, Act. 13. 1.

---

רבז A R. ربز 2 ربز ربيز 3 تربيز
4 ربرف ; *prim. pro* רבס Manu utraque percuſſit. Evulſit. *med. Dam.* Carnoſus, compactâ carne fuit, *pec. clunes, vervex*, *&c.* *G.* Prudens fuit. II. *i. q.* רבס *ſ. pro eo*, implevit *utrem. cca.* VIII. Perfectus, abſolutus, fuit, *G.* Abſolvit omnibus ſuis numeris. *ſec.* Carne plenus, compactus, *pec.* nates, *G.* Prudens. Formoſus. Magnus. Prudentia excultus. *tert. Act.* II. *quart.* Solanum.

---

רבח SYR. ܐܬܪܒܚ 2 ܪܘܒܚܐ 3
ܪܘܒܚܐ 4 ܐܬܪܒܚܘܬܐ ; *prim.* Putridus factus eſt, *Ar* צאר רםימא *ſec.* Corruptio, tabes, vitiatio. *tert.* Pulviſculus. *quart.* Arbahna, *Nom. Iſraëlitæ qui cum Moſe contendebat*, Exod. 2. 13. *BB.*

¶ שְׂמָמִית f. Stellio, *hîc fusè, & doctè probat Boch. d. An. Sacr.* I. 4. 7. *firmant Or. Intt. omnes, et. Æth* ሰንጸን: Prov. 30. 28. *v.* Lev. 11. 30. *Jon. Sam.* ࠔࠌࠌࠉࠕ

CHAL. אֶשְׁתּוֹמֵם. אִשְׁתְּמַם *i. q. Heb.* שמם Dan. 4. 16. 1 Sam. 21. 13. Thr. 4. 5. אִשְׁתְּמָמוּת Deſolatio, vaſtitas, ſtupor, Jer. 8. 21. c. 51. 37. Ezech. 33. 28. c. 12. 18. שְׁמָמִיתָא Stellio, Lev. 11. 30. *Jon.* שם *v.* שמה

AR. سم 2 سم سميم (مي) 3 سمم 4 سمام 5 سمه 6 ـه 7 سمامات 8 سموم 8 سامم 9 سمه 10 سموم 11 سامه 12 اسم 13 مسم 14 مسامه (*) مسامه 15 اسمام 16 وسمم 17 استمام 18 مسموم 19 سماسم ; *prim. med. Keſr. Fut. A. med. Phat. Fut. O.* Olfecit, *cca.* Gen. 27. 27. Deut. 4. 28. Jud. 16. 9. Exod. 30. 38. *E.* 2, Declinavit à via rectâ. 3, Superbivit, *G. &* שם *Sjimma, Sjomma,* Renuntiavit. Renuntiatus fuit. II. Odoratu exploravit, percepit, cognovit *quid penes eum eſſet, ccap.* Appropinquavit *homini, hoſtive* in conſpectum. (Adſpexit quæ *apud illum* erant) intuitus fuit *rem, G.* Alter alterum odoratus eſt. IV. Olfaciendum dedit, *ccga.* 2, Præteriit, inceſſit caput attollens. 3, *Tranſ.* 2, I. Exiguâ portione accepit, præcîdit *præputium (vir, mulierve) cca.* Reduxit, fecit ut converteret ſe *ab aliqua re.* Leniter affecit *conſonantem* vocali Dammâ, *vel* Keſrâ, ut exaudiri non potuerit cæſuræ incrementum, (neque *et.* Keſra apponatur ad normam præſcribendam) *cca.* Declinavit à rectitudine. אשמני ידך Cedo *mihi manum tuam.* V *i. q.* I, I. *pec.* leniter, ſenſim. VI *i. q.* III. ſ. ſimul olfecerunt, *vel alter alterum.* VIII. *i q* I, I *cca.* Pſal. 113. 14: 134. 17. Eccli 30. 18. X. Odorari voluit. Odorem rei percepit, captavit. *ſec. Act. & prius,* Odoratus. Odorandi facultas, *Av.* I. 12-37: 280 7. & שמים Alta, elatior *ſella. tert.* Elatio montis, & naſi, cùm imbricis æquabili protenſione, (*cum gibboſa protuberantia* קנא *dicitur.*) Longitudo, & acumen naſi. Propinquitas. Longinquitas. *quart. Gg. i. q. G. quint Coll.* Melonis genus parvum, colocynthidis inſtar, odoratum, ſtriis viridibus flavis, rubriſque conſpicuum, *Perſ.* דסתבויה *abſque Teſd.* Odorator. *R.* Odoramentum, *Av.* I. 200. 7. *ſext. Unit. præc. G.* Olfactoriola. *ſept.* Res odoratæ, *G.* Odorifera *Av* I. 296. 41. *oct.* Mons quidam elatus. שאמם פלאנא *Ziâmim.* Vide *quæ apud illum ſunt non.* Parva quantitas. Minima pars, *G. pro* שים *Av* II. 70. 33. *dec.* Moſcus boni odoris. Res odorifera. *und* f. *Ag.* Odorans. 2, Naſus. *duod.* Altus *mons.* Elatiore, aquilino naſo *præditus, ccg.* Gravis, ſpectabilis *dominus,* (cum majeſtate.) *dec. tert.* Averſus, alienus. *dec. quart.* Cùm quis re videndâ apud alium prope accedit. (*) Siniſtra, *v.* שאם *dec. quint. Act.* IV. *Av.* II. 17. 3. *dec. ſext. Act* II. Odoratio, *Av.* I. 12. 37: 187. 42. *dec. ſept. Act.* VIII. *dec. oct.* Odorativus, odorarius, odoratorius. *dec. non.* Quæ ſupra ſcopas ob humiditatem reliqua ſunt.

---

**שמא** CHAL. שְׁמָא Fortaſſe, ſi fortè, an fortè. *Avos c.* 2. 4. ne fortè, *Sanh.* 6. 2. Nunquid? שַׁמַּאי Sammai, *Joſepho* Sameas *ſenex Hillelis antagoniſta, qui ſortis nobilioris vir fuit, at Sammai tenuioris: Hinc* שמאי Inſtitor, במתא שמאי בלא מתא חותבאי *Intra urbem inſtitor, extra vir nobilis. Sammai, Elatus fuit, & irritabilis, Muſar. c.* 14. *qui de Altitudine contendebat, cujus diſcipuli Hillelianos occidebant, Juchaſin* 1 c. 2. *v. Ar.* שמי & סמי & *Vorſt.* צמח דוד 280. *Quamprimum cœperunt multiplicari diſcipuli Hillelis, & Sammai, nec quod iis maximè neceſſarium erat effectum dederunt, facta eſt Lex* כשתי תורות *quaſi duæ Leges.* פתחי שימאי *portæ* Shemæorum, *i. e. Terræ Iſraël, cujus incolæ ſunt à Schem; al. portæ* deſolatæ, *quaſi à* שמם *al. portæ* apertæ, *ſine tegumento, aut tecto. Eruv.* 11. 1. *v. et.* שמה שמאל *v.* שמל שמאבר *Nom. viri,* Gen. 14. 2. *q. d.* שם אבר *Nomen alæ, h. e. potens volatu ad colligendas opes, Breſ. r ſ.* 41.

AR. شماء *Pl.* شمالات 2 شماء 3 أصحاب المشمة ; *prim.* Siniſtra pars. *v.* שאם & סמל *ſec.* Cera. *v.* שטע *tert.* Poſſeſſores ſiniſtræ, qui ab ea ſunt. *Cor. Sur.* 56. 5.

---

**שמג** שמגו *Nom. civit. ob forte acetum celebris, Gitt.* 69 ע״י 12. 2. *Nom.* Angeli, ſ. Vox Magica, *Schab.* 67. 1.

AR. سمج 2 سمج 3 سماج 4 سموج 5 س 6 سمكي ; *prim. Fut. O (A, Gg.)* Conſuit longioribus interſtitiis, *ccar. hinc* Properavit. Miſcuit. *ſec. Act. G.* Quod ex uva projicitur cùm comeditur. *tert. id.* Pellicula uvæ, quod de ea inter edendum abjicitur. Aliquid, res exigua, מא דקת שמאנא Nihil *deguſtavi. quart.* Latioribus ſuturis conſutus. *quint. Act. ſext.* Velox *camela, c* — בני Familia quædam.

---

**שמד** הִשְׁמִיד Attrivit, (*σμώχω,* Æo ſmi'e) perdidit, abolevit, *ut nihil reliquum maneat,* Deut. 2. 22. c. 4. 3. *Inf.* c. 9. 8. *Af.* c. 7. 24. *Fut* c 9. 3. c. 2. 12. *Niph. Paſſ.* Jer. 48. 8, 42. *Inf.* Deut 4. 26. *Af.* c. 7. 23.

CHAL. שְׁמַד Fidem abnegavit, defecit à religione. *Ithpe.* Exod. 12. 43. *Hiph i. q. Hebr.* Dan. 7. 26. מְשׁוּמָּד Apoſtata, *qualis Rabſace fuiſſe dicitur. pec. qui coactus deficit, Scal. Tribær. c.* 27. ע״י 54. 1. *Contra hos, preces Judæorum, quos ter quotidie fundunt, mane, meridie, et veſperi, v. apud Bx. hîc. Ad Chriſtianiſmum converſos appellant,* משומדים *et Chriſtiani Iſlamiſmum amplexi vocantur* מטלוכין שְׁמָדָא שֶׁמֶד Perditio, exitium, perſecutio, *Sanh.* 13. 2. *Plur.* שְׁמָדוֹת תַּשְׁמִידִים *pro* תלמידים *Judæi vocant Chriſti* diſcipulos. אשמדי *v.* אשם. אִשְׁתְּמוֹדַע Novit, agnovit, innotuit, notus factus, agnitus eſt, cognoſcendum ſe dedit, exhibuit: *Ex Par.* מודע Job 34. 19. Ruth 2. 11, 19. Gen. 42. 7. c. 27. 23. c. 37. 32. Iſai. 66. 9. Agnatus, cognatus fuit, factus eſt, Ruth 2. 1. c. 3. 2. אִשְׁתְּמוֹדְעוּת Agnitio, cognitio, notitia, Iſai. 3. 9. Cognatio, familiaritas, Gen. 49. 5. *Jon. Ad exſcindendum cognationem ſuam: noſtra, Ad rapiendum eſt cognitio eorum.*

SYR. ܫܡܕ 2 ܫܡܕܐ 3 ܡܫܡܕܐ ; *prim.* Blanditus eſt, delinivit, delicatum fecit; diſſimulavit. *ſec.* Maledictio, diræ; Voti impotes. *Ar.* שמאר *tert.* Blanditiis exceptus, delinitus, delicatus, demulſus; Otioſus, torpidus, ſegnis, ſocors, negligens: Celebris, notus, famoſus. Deſpectus, abominabilis, *Novar.* 62.

AR. سمدر 2 سمد 3 سمد (ه) سمود
سماد 4 سامد *Pl.* سمد سوامد 5 مسمد
6 سمده 7 يسمده اسمده 8 يسمدان سيمد
9 اسمادان (*) في سمدتها الكبالة
10 سميدر f. ه 11 سمدر سمدار ; *prim.*

*i.q. dec. Gg.* *ſec. Fut.* ʒ, (*O, Gg.*) Prægnans reddita fuit *camela*; Caudam ſuam ſuſtulit, jactavitque, ut indicaret ſe prægnantem, ne mas coïret. Maris ſemine fœcundata fuit *palma. v. in* אבר *G.* *Cingulum* extulit. Præſtans fuit *palma*, Aſſumento conſtipavit *rimam ſuam mulier*, verita nè matrix prodiret. VIII. Caudam percuſſit *arietis*, quo tolleret *eam*, coëundi ergò. *tert. Act.* *quart. Ag.* Talis *camela, de qua v.* I. & Fœta *palma*, *G.* Circulus. Scorpio. *quint.* Pileus, tyara Orientalium, cidaris. *ſext.* Veloci volatu. *ſept. id.* *oct.* Lupus. *non.* Cùm poſteriora quis percutit, ita ut extollatur jumentum, *vel* avis, ut ſubigatur. (*) *Formula qua uſurpatur, cùm* viti arborem adjungunt, ob quam extollatur. *dec.* Camelus agilis, celer, *G.* 2, Talis adoleſcens, alacris, hilaris. *und.* Inceſſus celer. & *poſt. i.q.* 2, *dec.*

---

**שמה** שמה *Hinc* שֵׁם m. (*ut* בֵּן *à* בנה) Nomen, Gen. 2. 11. *ſæpe in bonum*, fama, decus, gloria, c. 6. 4. *viri* השם nominatiſſimi, celeberrimi, Deut. 26. 19. Prov. 22. 1. c. 15. 17. *v. Syr.* κατ' ἐξοχὴν Deus ipſe, Deut. 28. 58. Lev. 24. 11. *tunc autem ſemper cum* ה *teſte Elia; aliter tamen* v. 16. *Aff.* Gen. 4. 25. Pſ. 8. 2. שמך *c* ה *protractionis* שמכה Jer. 29. 25. Iſai. 65. 15. *Pl.* שֵׁמוֹת Gen. 2. 20. *Cn.* Exod. 1. 1. *Aff.* c. 28. 12, 21. שָׁם Ibi, illic, illuc, iſthuc, eò. Pſal. 133. 3. Gen. 41. 12. מִשָּׁם Inde, exinde, *eſt loci, & temporis, perſonæ, & rei.* Gen. 49. 24. c. 10. 14. שָׁמָּה *i.q.* שָׁם Iſai. 34. 15. Gen. 49. 31. שָׁמַיִם Cœli, *qſ.* אש & מים *ex Aqua, & Igne, Chagig.* 12. 1. (*c ſeqq.* ארץ & רוח *quatuor elementa*) *quibus ſeptem nomina.* וילון רקיע שחקים זבול מעון מכון ערבות *ib.* שמים *autem ab Altitudine nomen habent.* Job 11. 8. c. 22. 12. *v. Ar.* סמי *Dualis eſt, propter duos cœlos inferiores, Aëreum,* Gen. 8. 2. & *Sydereum,* c. 1. 1. *tertium ſc. Empyreum, Beatorum ſedes, increatum putant plures, eodem autem nomine appellatur,* Deut. 26. 15. *at non ſine ſpecificatione, pec.* מעון קדשך *c* ה *locali,* Gen. 15. 5. *Cn.* Pſal. 148. 4. *Af.* c, 46. 4.

CHAL. שֵׁם שְׁמָא *Pl.* שְׁמָהָן שְׁמוּת *Cn.* שְׁמָהָת *i.q. Hebr.* Exod. 31. 2. *TH.* Ezech. 22. 5. Gen. 2. 20. c. 36. 10. שמא מפרש *ſ.* מתפרש *Nom.* (*Dei*) *expoſitum, quod fit per nomen vicarium* אדני Pſal. 147. 4. Exod. 28. 30. c. 32. 25. c. 14. 21. Lev. 24. 11, 16. *Jon.* Can. 2. 17. Eccl. 3. 11. *et. abſque* מפרש Deut. 28. 58. Exod. 15. 25. *Jon.* שמא *autem rariùs de nomine communi,* Ezech. 22. 5. *Af.* c. 23. 4. Gen. 25. 16. *Sunt hæ Nominum differentiæ*
שֵׁם (*a*) הָעֶצֶם (*b*) הַדָּבָר (*c*) הַתּוֹאַר (*d*) הַמִּקְרֶה
(*i*) מוּרְכָּב (*h*) פָּשׁוּט (*g*) הַנִּגְזָר (*f*) הַקּוֹדֵם (*e*)
הַלְּוַוי (*k*) הַמִּצְטָרֵף (*l*) הַנִּרְדָּף (*m*) הַפּוֹעֵל (*n*)
הַנִּצְמָד (*o*) סָמוּךְ (*p*) מְשׁוּתָּף (*q*) הַמּוּשְׁאָל (*r*)
הַמְּסוּפָּק (*ſ*) הַמּוּסְכָּם (*t*) הַמּוּעְתָּק (*u*) מְפוֹרָד
Nomen (*a*) *ſubſtantiæ* (*proprium*) *ut Noa, Shem,* (*b*) *rei* (*ſubſtantivum, & appellativum*) (*c*) *formæ* (*adjectivum, ſ. concretum*) (*d*) *accidentis* (*abſtractum*) (*e*) *primitivum* (*f*) *derivativum* (*g*) *ſimplex* (*h*) *compoſitum* (*i*) *ſocietatis* (*conjugatum*) *ut* אזוב ·רומי אזוב & דברים· דבר (*k*) *relativum* (*l*) *conſecutivum* (*ſynonymum*) (*m*) *verbale* (*n*) *conjunctum* (*conſtructum*) (*o*) *id.* (*p*) *communicativum* (*æquivocum*) (*q*) *metaphoricum* (*r*) *analogum* (*ſ*) *univocum* (*t*) *tranſlatitium* (*u*) *diſperſum* (*collectivum*) *v. Abr. d. Balmes* 91. כְּשֵׁם *ſeq.* ש Sicut; *malè* כַּשֵּׁם *quod pro* כְּהַשֵּׁם *eſtque Nom. Divinum.* לְשֵׁם, עַל שֵׁם, מִשֵּׁם Propter, *Avos* c. 2. 12. לִשְׁמָהּ Propter ſeipſam *quiſque vacat Legi, Sanh.* 105. 2. עַל שֵׁם שֶׁ Propterea quod,

*R. Salom.* Gen. 2. 13. שֵׁם הַשֵּׁם (*a*) יתְ׳ *pro* יתברך (*b*) של ארבע (*c*) המיוחד (*d*) הנכבר Deus ipſe, *pec.* יהוה *ſic vocatur,* & שֵׁם הַמְּפוֹרָשׁ *v.* פרש. *Voiſin. Theol. Jud.* I. c. 5. שם יהוה *i.q.* יהוה *R. Da.* Iſai 16. 21. *An Ejus nomen i.q. eſſentia ejus, v. Ikkar.* II. 25. יהוה אלהים *ubi ſimul occurrunt, ut* Gen. 2. 8. *vocant* שֵׁם מָלֵא *v. Breſ. r. ſ.* 15. *De Nominum impoſitione, v. R. Sa. Levi, Bechai, &c.* Gen. 2. 19. *Kirch. Oed.* II. 55. *Nomina ante nativitatem deſignata, v. in* שלמה שְׁמַיָּא Cœlum, -i. *Cn.* שְׁמֵי Deut. 10. 14, 22. Pſal. 8. 4. & 68. 34. Deus, Dan. 4. 23. שְׁמַיִם *id. v. Elia Tiſbi, Avos c.* 4. 11, 12. *c.* 5. 17. *Omnia* לשם שמים *propter Deum*; Mat. 21. 25. *Formula jurandi* השמים כן הוא Per cœlum *res ita habet, Berac.* 55. 2. *Medr. Cohel. c.* 1. 8. *v.* Mat. 5. 34. שְׁמִימִי Cœleſtis משמהיג Regnum, *Talm. Plant.*

SYR. ܫܡܗ 2 ܫܡܝ 3 ܫܡ، ܫܡܐ
(*a*) ܒܝܫܐ (*b*) ܛܒܐ (*c*) ܫܐܝܠܐ *Pl.* ܫܡܗܐ
ܫܡܗܬܐ 4 ܫܘܡܗܐ ܡܫܡ 5 ܫܡܗܐ ܠܐ ܡܫ 6
ܫܡܝܐ ܫܡܝܐ 7 ܫܡܝ (*a*) ܐܐܪ (*b*)
ܫܡܐ (*c*) ܦܘܡܐ (*d*) ܫܡܝܐ 8 ܫܡܝܢܝܐ،
ܫܡܝܢܝܐ f. ܫܡܝܢܝܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ 9
ܫܡܝܢܝܐ ; *prim.* Nominavit, denominavit, *Ethpa.* אֶשְׁתַּמַּה *Paſſ. prac.* Heb. 5. 10 Eph. 5. 3. c 1. 21. c 3. 15. 1 Cor. 5. 1. Eccli. 1. 20. *ſec. i.q. Kal.* Mar. 3. 16. *Ethpa. i. q. Ethpa. prac.* Act. 1. 23. *tert. i.q. Hebr. ib.* Mat. 20. 2. Phil. 2. 9 c. 4. 3. שֵׁם אִימְמָא Diluculū. (*a*) Nomen malum, Deut. 22. 14. (*b*) bonum (*c*) metaphoricum. *quart.* Nominatio, denominatio. *quint.* Denominatus; Perfectus *in pondere, & menſura, F.* Celebris, famoſus, *BB.* לא משמהא Anonymus, Pſal. 92. *t.* 100. *t.* 102. *t.* 105. *t.* 106. *t.* 107. *t.* *ſext.* c. Cœlum; Aër, *ut Hebr. ib.* Aëreus *color, Nov.* 243. *ſept.* (*a*) Lacunar, laquearium, *Nov.* 311. (*b*) Palatum, Pſal. 22. 16. (*c*) *id.* (*a*) Cœlum cœli, *h.e.* Empyreum. *oct.* Cœleſtis *ſuâpte naturâ,* Act. 26. 19. 1 Cor. 15 40, 48. f. *Sever. Lib. Rit.* c. 21. 39, 68. Heb. 9. 25 *non.* Cœleſtis, *metaphoricè.*

SAM. ࠔࠌ *Pl.* ࠔࠌࠄࠕ *i. q. Hebr. ib.* Deus, Exod. 34. 5. Deut. 28. 58. *An. Sam.*

ÆTH. ሰመየ: *i. q. Syr.* שְׁמִי *ib.* V. ተሰመየ: *Paſſ. prac.* Mat 4. 18. Jac. 2. 23. ተሰምዮ: Denominatio. ስም: *Hebr.* שֵׁם Mat. 6. 6. Perſona. *Miſſ.* 171. 2. *Pl.* አስማት: Pſal. 48. 11. (ማኅበረ: ሥ: አስማት: *Congregatio trium nominum, i.e. Eccleſia Chriſtiana, à cultu SS. Trinitatis. IL.*, *et* ሰማይት: 4. *Apr.* ስሙይ: Vocatus, nominatus, *Pl.* ስሙያን: ስማይ: c. g. Pſ. 103. 3. *et* 101. 26. *Pl.* ሰማያት: Cœlos *ſeptem Æthiopes numerant, ex quibus altiſſimus* አርያም: ሰማያዊ: Cœleſtis, Pſal 67. 15. *Pl.* ሰማያውያን: Cœlicolæ, cœlites, f. ሰማያዊት: ሰማ: *Ambar.* Audivit, *i.q.* ሰምዐ: *IL.*

AR. سموت 2 سما 3 سمو ; *prim.* Ferrum. *v* שמנר *ſec. Fut. O.* Altus, elatus fuit. *v. Ar.* סמו *tert. Act.*

---

**שמז** AR. دسمر 2 اسمار 3 اسمئرار
(اسمار) 4 السمر 5 سمري 6 سماريره
(س) 7 مسمئر ; *prim.* V. Contractus fuit *vultus.* *ſec.* Contracto corpore fuit. 2, Cohorruit (horripilavit) terrorem concepit. Fugax, pavidus fuit. Abhorruit, *ccar.* *tert. Act. G.* Horror, horripilatio. *quart.* Pavidum eſſe. Fugere ab eo quem horreas. *quint.* Quidam ita appellatus. *ſext* Mulier talis, *G. poſt.* Horror. Contractio cutis, *et* vultûs. Trepidatio. *ſept. Ag.* Abhorrens, &c.

---

**שמח** שָׂמַח Lætatus, lætus, hilaris fuit, factus eſt, *cc.* ב, ל, מן, אל, על, לפני Pſ. 16. 9. שָׂמֵחַ Prov. 29. 6. *de Augmento dicitur*, c. 13. 9 *ut Palmus magnus* שוחק & *minor* עָצֵב *mœrens, dicitur. Pih.* Lætificavit, exhileravit, Deut.

24. 5. *Par.* Jud. 9. 13. Pſal. 19. 9. *Imp.* Pſal. 86. 4. *Fut.* Pſal. 46. 5. *Hiph id.* Pſal 89. 43.

שָׂמֵחַ m. Lætans, lætus, hilaris, Prov. 15. 13. *Pl.* שְׂמֵחִים 1 Reg. 1. 45. *Cn.* שְׂמֵחֵי שְׂמֵחֵי Iſai. 24. 7. Pſal. 35. 26.

שִׂמְחָה f Lætitia, Pſal. 4. 8. *Cn.* Pſal. 106. 5. שמחת תורה *ſ.* הברכה *Lætitia Legis ſ. Benedictio, 23 Tiſri, quo abſolvunt Lectiones Sabbathinas, & ſequ. Sabbatho, eaſdem iterum inchoant à* Gen. 1. *Inſtitutio vetuſtiſſima. Scal. d. Em. T.* 648. *Bx. Syn. Jud. c.* 27. *Aff.* Pſal. 137. 6. *Pl.* שְׂמָחוֹת Pſal. 16. 11.

CHAL. שַׂמְחָזַאי *Nom.* Angeli, *qui de cælo fuit deturbatus,* Gen. 6. 4. *Jon.*

SYR. ܡܫܡܫܡܣܘܬܐ 2 ܫܡܚܬܐ ܡܫܡܚܢܐ; *prim.* Unctionis cujuſdam genus. *ſec.* Surdaſter, ſurdum ſe præbens.

AR. سمح 2 سماحا مادوب 3
سموح ¶ 4 سمحط سمحاط سمحوط
¶ 5 سمكر 6 سمح 7 سموح سمح 8
ه 9 سامح f ة *Pl.* سمح 10 سوامح
11 سمح 12 السماح 13 سماحة 14 دسامح
15 مسامح 16 دسماحة 17 سموح
¶ 18 سمكر سه 19 سمكرير 20
سمكره ¶ 21 سمحط -لحاط سمكوط
22 اسمكر 23 سمكر 24 سماحير 25
سمكره 26 مسمكر (لكر) 27 سمكر

*prim.* Ex oryza panem craſſiorem confecit. *ſec.* Nihil *deguſtavit. Gg.* *tert.* Veſtis ſubtilis. *quart.* Admodum longus, procerus. *quint.* Cucurrit territi more. *G.* Inimicitias exercuit. Timuit. *ſext. Fut. O, Gg.* Altus fuit *mons*; שמח באנפה Alto naſo, *h. e.* ſuperbus fuit. II. Inſolentem fecit, 1 Cor. 8. 1. VI. Seſe extulerunt, Iſai. 2. 12. *ſept. Act.* *oct.* Longinquum *iter.* *non.* Sublimis (ſuperbus, tumidus) Iſai 2. 13. Deut. 3. 5. c. 28. 52. Gen. 7. 19. Pſal. 47. 2: 103. 19. *R.* & *Pl. ſan. Cor. Sur.* 77 10. *dec.* Alti, *pec. montes.* & *abſolutè,* Tales montes. *und.* Alti; elatiores naſi. *duod.* Quidam ita appellatus. *dec. tert.* Inſolentia, arrogantia, Jer 42. 2. Bar. 4. 34. Iſai. 62. 7. *dec. quart. id.* Thr. 1. 9. c. 3. 50. *dec. quint. i. q. non.* שאמח *dec. ſext.* Elatio, faſtus, Lev. 26. 19. *E. dec. ſept.* Longinqua *ſolitudo.* *dec. oct.* Acer viſu. Magnæ molis *camelus, homo.* & *prius, uti et. dec. non. i. q.* כבר Superbia, faſtus. *vig. id.* *vig. pr. i. q. quart.* שמחט *vig. ſec.* Procerus, excelſus fuit. *vig. tert.* Faſtus, elatio. *vig. quart.* Montes quidam in Hegjaz. *vig. quint.* Proceritas. Celſitudo. *vig. ſext.* Mons excelſus. *G.* Procerus quilibet. *vig. ſept. quaſi Perſ.* משום אחרת Infelix, infauſto ſydere natus. Ignobilis, vilis. *G.* Obtrectator.

---

**שמט** שָׁמַט Intermiſit, Jer. 17. 4. Exod. 23. 11. Dimiſit, demiſit, deturbavit, 2 Sam. 6. 6. *Boch. d. An. Sacr.* I *p.* 374. 2 Reg. 9. 33. *Niph* Demiſſus eſt, Pſal. 141. 6. *Hiph.* Dimiſit, Deut. 15. 3.

שְׁמִטָּה f. Intermiſſio, remiſſio *mutui, & terræ, quæ ſeptimo quoque anno ſiebat,* Deut. 15. 1. c. 31. 10.

CH. שְׁמַט Exiliit, decidit, dilapſus eſt, Deut. 19. 5. *Jon. TH.* Rapuit, abripuit, eripuit, avulſit, ev— div— extraxit. *Nedar.* 48. 2. *M zia* 114. 2. *Bava Bra* 28. *Aph. i.q. Kal. Hebr.* Pſal 6. 7. *Nib. Ven. al.* Diſſolvo אשמט *noſtra.* Deut 15. 3. *Ithpe.* Elapſus eſt, Num. 25. 8. *Jon* Pſal. 141. 6. Lev. 11. 18 *Hith. Rab.* Reliquit, dereliquit, omiſit, עזב

שמטתא *i.q.* שמטה *Hib.* Deſolatio, *Marg.*

Jer.17.4. *quia terra inculta, eſt quaſi Deſolata.* Venia, *Plant.* Septennium, *ut* שבת *Dies ſeptimus, & Septimana.* שְׁמִיטִין Hebdomades annorum, Exod.12.40. *Jon.* הַשְׁמָטָה Dimiſſio. *De juribus,* שְׁמִטָּה *v. Scheviis c.* 10. *Gitt.* 36. 1. *Majm. Hal.* שמטה *c.* 9. משמוטא Raptor, prædo *ib.* 15.2. *Non autem qui occidit; Aruc.* שְׁמִיט שְׁמוֹט Prælongum, promiſſum. *i. q.* אריך *Becor.*43 2. *de Collo dicitur. Ketuv.*60.2.*al.* Endromis. Dimiſſus, laxatus, diſſolutus, diſcinctus, Ezech. 23. 21. למהוי שמוטה præceps in vitium ferri; *al. ex* שִׁמְשָׁא *R. Da.* Ancilla, ancillans. משמט Locus dimiſſus à cultura, Soph. 2. 9. שמיטה Diſlocatio.

SYR. ܫܡܰܛ 2 ܫܡܳܛܳܐ 3 ܫܡܳܛܳܐ 4 ܫܡܽܘܛܳܐ 5 ܫܡܺܝܛ, ܫܡܺܝܛܳܐ 6 ܫܡܺܝܛܳܐ 7 ܫܡܺܝܛܽܘܬܳܐ 8 ܫܡܳܛܽܘܬܳܐ 9 ܡܶܫܬܰܡܛܳܢܽܘܬܳܐ; *prim.* Eduxit, evaginavit *gladium*; Evulſit, extraxit; deglabravit, laxavit, Jud. 8.20,10. c. 9.54. Lev.14.40. *Ethpe.* Evulſus, elapſus eſt, Deut. 19.5. *Ethpa.i.q.*1,*præc.* Eſd. 6. 11. Calcitravit, 2 Sam.6.6. *F.* Solvit ſe, *noſter.* *ſec.* Evaginatio, evulſio, deglabratio, laxatio. *tert.* Aſcia. *quart.* Filum tubulo textorio agglomeratum, *Arab* עֻזֵל *quint.* Extractus, Num.22.23,31. Joſ.5.13. Laxus, laxatus. *ſext.* Laxatio. *ſept. id.* *oct.* Excoriatio. *Arab.* סלח *non. i. q. ſext.*

SAM. ࠔࠌࠈ Decuſſit, exc— Deut. 24.20. *i.q.Hebr.*c.15.1. ࠔࠌࠈࠄ *i.q.Hebr.* שמטה *ib.*

ÆTH. ሰምጥ፡ Lumbus, *pars dorſi, cui renes adhærent,* Lev. 3.9. *Differre videtur à* ሐቌ፡ *ut* Ψύα *ab* ὀσφύς, Ψύα *enim pro lumborum carne muſculoſa ſumitur.*

AR. شَمَطَ 2 شَمْطٌ 3 ، 4 ، *Pl.* شُمْطانٌ 5 شِمْطٌ (*) أَشْماطٌ 6 شَمِيطٌ 7 مَشْمُوطٌ 8 أَشْمَطُ f شَمْطاءُ *Pl.* شُمْطٌ شُمْطانٌ 9 شِمْطالَةٌ 10 شِمْطاطٌ طِيطٌ *Pl.* شَماطِيطُ 11 شُمْطُوطٌ ¶ 12 شِمْطالَةٌ مُشْمَطِلَّةٌ 13 شِمْطِرٌ 14 شَمْطٌ (ش) *prim. Fut. I,* (*O, Gg.*) Commiſcuit *duas res, eca.* (Implevit *vas.* Hinc inde diſperſi fuerunt *palmæ dactyli.* Diſperſis foliis fuit *arbor*) 2, *med. Keſr. Fut. A,* Crine membrorum, *al.* capitis, partim albo, partim nigro fuit. IV.*i.q.*2,I. Canum reddidit, Eccli. 30.25. XI.*i.q.*2,I.*Gg. ſec. Act.*1,I. *& i.q.* חואבל Olera, & aromata, quæ inter coquendum adduntur cibo. *tert.* Canus tempore immaturo, *Gg. quart.i.q.*2, *ſec. & Act.* 2,I. *quint.* Legumina. (*) *id.* *ſext.* Ex duobus mixtus. *hinc* Aurora *ob lucis, & tenebrarum mixturam.* Partim ſicca *herba,* G. partim flava, partim alterius coloris. *Cauda* partim alba, partim nigra. Tenui caudâ *avis.* *Lac* quod ignores acidum ne ſit, an alterius rationis. *Filii,* quorum media pars maſculea, pars altera fœminea ſit. *ſept.i.q.*1,*præc.* *oct.* Semicanus. Bicolor. & f. Aurora. *non.* Dactylus, cujus pars matura ſit. *dec.* Pars diviſa ab aliis, *ut veſtis hominum, &c.* G. Turma virorum diſſita. Procerus. *Accuſ.* שמטיט Diſgregatim. *und.i.q.præc.* שמטאט *duod.* Fruſtum carnis adipoſum. *dec. tert.* Equum concitavit, *Gg.* *dec. quart.i.q* מנע & חלט Cùm quis à re ſe, aliumve cohibet. Commixtio. Capere quid paulatim. Incitare. Inſtigare. Citra violentiam movere. Cùm quis lenia duris miſcet in oratione. *G.* Verecundia.

ÆTH. ሰመየ፡ *vide* שמה

---

## שמך

שְׁמִיכָה f. Stragulum villoſum, *Germ.* Zott *R.Da.quo teguntur Decumbentes: convenit cum* סמך *Angl.* A coate.*id* Jud 4. 18. *tantum. v.Vajicr.r.in loc. Judæis Babylon. eſt* סודרא *Iſraëliticis* מסיכלא *Emp.* שְׁמִיכְתָא *Talm.* Res craſſa villoſa, & magni pretii, *R.Da.* *Hinc* סמך Spiſſum עב *Munſt.* שְׁמִיכִין Cepæ, *Kidduſh.*52.2. *Sanh.*109.2. *Erach.*19.1. סמכא Genus piſcis minuti ſaliti, *DP. Aruc.v.Arab.* סמך *pro quo Ketuv.* 60.2. כמכא שמך Baſis, *videtur pro* סמכא SYR. ܫܡܟܐ *i.q.* שמכין *BB.* Graveolentia. *F.*

SAM. ࠔࠌࠊ Lev.8. 14. *Pariſ.i. q.* ࠎࠌࠊ

ÆTH.IV. አስመከ፡ Reclinavit, jacuit, recubuit, *cc* ላዕለ፡ Matt.8.20. Luc.9.58. Cant.1. 11. Nixus, inn— eſt, *cc* በ፡ (Reclinavit ſe, Jud. 16. 26. V. ተሰመከ፡ *dicitur de duabus rebus inter ſe fultis,* Aliud alio fultum fuit, Exod.25.14.*v.*c.26.5. *IL.* ምስማክ፡ Fulcrum, fulcimen, Pſal.59.7. & 71.16. Reclinatorium, Cant.3.10. *Pl.* ምሳምክት፡ Exod. 25.12. ምስማክት፡ *ib.*v.12.

AR. سَوامِكُ Montes, loca excelſa. *v. Ar.* סאמך *rectius cum* ס

---

## שמל

שְׂמֹאל m. Siniſtra *manus, pars,* א *pro* ו *R.Da.* Gen.24. 49. Septentrio, c. 14.15. *Aff.* c.48.14.

שְׂמָאלִי m. Siniſter, 1 Reg. 7.21. f. שְׂמָאלִית Lev.14.15,26. הִשְׂמִיל Siniſtravit, ad ſiniſtram, *ſ.* ſeptentrionem tendit, *Par.* מַשְׂמְאִלִים 1 Par. 12.2. *Inf.* 2 Sam.14.19. *Imp.* Ezech.21.16. *Fut.* אַשְׂמְאִילָה Gen. 13. 9.

שִׂמְלָה f. Veſtis, Iſai.3. 7. *Cs.* Deut. 21. 13. שמלת שביה *Veſtes pulchras induebant puellæ Gentiles tempore belli, ut invenirent gratiam apud illos, à quibus caperentur, & eos ad ſcortationem pellicerent. Aff.* Deut.8.4. *Pl.* שְׂמָלוֹת Gen.45. 22. *Aff.* c. 44. 13.

CHAL. שְׂמָאלָא *i.q.ib. Sæpius cum* ס *in initio.* שְׂמָאלִי f. שְׂמָאלִית שְׂמָאלִיתָא *id,* Deut.11.18. *Jo.*

SYR. ܫܰܡܠܺܝ (*a*) ܐܰܫܠܶܡ 2 ܫܽܘܡܠܳܠܳܐ 3 ܡܫܰܡܠܝܳܐ ܡܫܰܡܠܝܺܢ ܡܫܰܡܠܝܳܐ f. ܡܫܰܡܠܝܳܬܳܐ 4 ܡܫܰܡܠܝܳܢܳܐ 5 ܡܶܫܬܰܡܠܝܳܢܳܐ; *prim.* Perfecit, abſolvit, conſummavit, Act.13.33. Col. 1.25. *Par.* c.4.17. Rom. 15. 14. (*a*) Impoſuit ſummam operi manum, perfecit opus, Lev. 16. 32. c.21. 10. *Ethpa.* אִשְׁתַּמְלִי *Paſſ.præc.* Joh.15. 11. Luc.12.50. *Par.* c. 13. 32. *ſec.* Perfectio, complementum, finis, Rom. 11. 12. Eph. 4. 13. Ordinatio, *Eutych.Vin.*175. *tert.* Plenus, perfectus, Act.11.24. 1 Joh.4.18. Joh.16.24.c.17. 13. *Pl.* Col.4.12. f. Jac.1.16. Mar. 4.28. *quart.* Perficiens. *quint. i.q.tert.* Perfectibilis.

AR. شَمَلَ ، 2 شَمْلٌ شَمالٌ شَمُولٌ 3 ش شَوْمَلٌ شَمِيلٌ 4 شَمالاتٌ 5 شامِلٌ ل شَمالٌ 6 شَمْلٌ 7 ، *Pl.* أَشْمالٌ 8 شامِلٌ 9 شِمَلٌ 10 ، 11 ـة 12 شِمالٌ *Pl.* أَشْمُلٌ شَمائِلُ 13 شَمْلَةٌ ، (ش) 14 شَمالِيٌّ 15 مَشْمَلٌ 16 مِـ & ـة 17 مِشْمالٌ 18 مَشْمُولٌ f ـة 19 مُشْمِلُونَ 20 تَشْمِيلٌ تَشْمِيلٌ 21 مُشْمِلٌ f ـة 22 إِشْمالٌ 23 شُمْلُلٌ 24 شِمِلَّةٌ شِمْلالٌ شِمْلِيلٌ 25 شَمْلَلَ; *prim. Fut. A, quibuſdam poſt. Fut.O,* Comprehendit undique, continuit, cinxit, circundedit *eum res.* Ambivit. 2 Par.7.3. Pſal.58.10. *R.* Luc.24.53. Act.24.3. Sap.17.14, *eca.* Ad omnes pertigit, communis, univerſalis fuit. 2, Excepit initum maris, & concepit *camela.* 3, *med. Phat. Fut. O,* Appoſuit. שמאלא (*v.duod.*) *ovi.* 4, Cepit *ab eo, ſ.* clauſit *illi* latus ſiniſtrum, *cc* ל *p.* 5, Septentrionem verſus ſe convertit *ventus* (Decedentibus *dactylis* boſtrum palmæ aſſumento ligavit. *med. Keſr.* Strinxit. Modico lacte prædita fuit *camela.*) *Paſſ.* Septentrionali vento affectus fuit. II. Expedivit ſe. Succinctus in opere feſtinavit. *v.* II. שמר IV. Septentrionalem ſubivit *ventum.* 2, Dedit *illi operimentum totius corporis, eca.* 3, Paravit *ovi* שמאלא *eca.* 4, Decerpſit proventum dactylis ſpoliavit *palmam,* exiguâ relictâ parte. *ſic &* Dimidiam *gregis* partem uſque 30 prægnantem reddidit *admiſſarius camelus* (*cùm totum* אקם *Acamma dicitur.*) 5 Amicivit, totum ſe operuit, involvit *ſuâ veſte, cc* ב Pſ.102.4. *R. Mala* univerſa intulit. Valido greſſu inceſſit. V. Opertus fuit. VII.*i.q.*II. *Ca.* VIII. Undique comprehendit, circumvenit, continuit *liber quatuor partes,* conſtitit *iis, cc* עלי Pſal.77.6: 91.2: 108. 18, *R.* Act.20.9. c.23.26. *ſec. Act.* 1,I. & שמל Opera diſgregata, *etiam* collecta, conjuncta. Diſgregatio, Deut.30.5. Mal. 2. 3. *Ox.* Conjunctio (concilium. Gyrus, circuitus. Perimeter. Peripheria) Septentrio. *v. G. Nub.* 18. Botrus dactylorum, *pec.* paucis dactylis refertus. & שמאל Septentrio, *ſc.* plaga, & ventus. *G. Av.*I.506.23: 544.26. *Pl.* שמ·ל אשמל *Sjomolon.* אשמאל Siniſtra pars, Gen.13.9,14. Auroræ tempus, *quod ſtatutis temporibus ventus Septentrionalis ab aurora uſque ad occaſum Solis, non autem noctu perflet.* & *Pl.* שמול Nota in papillis ovium. Receptaculum quoddam velut crumena, in quo ubera ovium reconduntur, cùm gravia ſunt; *propr. de capra dicitur.* Sacci genus, *ſ.* receptaculum ſuper quod meſſor ſemina recepit. *it.* שמול Res quælibet pauca, *de viris, pluvia, dactylis, &c. uſurpatur.* *tert. prius,* Vinum, *pec.* frigidum. Aquilo, *G. duo poſt.* Ventus ſeptentrionalis. *quart. Pl. ſec.* שמאל *quint.* Septentrio. *ſext. i. q. ult. tert.* שמיל *ſept. Act.*2,I.2. *Pl.* מא שחת מן אמר Parva quantitas *pluviæ, hominum, fructuum.* Septentrio. *G.* & אשמאל *Pl. non.* שמל *oct. Ag.* Ad omnes partes pertingens. *G.* Sanus, Prov.15. 23. Circundans, *Av.* I. 2. 22. *non. i. q.* 2. *ſept.* שמל *dec.* Botrus dactylorum, *pec.* paucis dactylis refertus. *und.* Ratio, quâ quis totus operitur veſte, *ſ.* quâ quid ab alio comprehenditur. *duod.* f. Siniſtra manus. 2 Cor.6.7. *E. Cor. Sur.*69.17. *c.* 16. 47. *hinc* Inſauſtum augurium. *i. q.* שואם Æqualitas. In partes diviſa, panniculis conſtans *veſtis.* Aquilo ventus, Exod.26.20. Pſal. 47.2. Mergus. Manipulus frugum, quantum manu meſſoris comprehenditur. (*Camela* velox. אבו אלשמאל Quidam ita appellatus) & *Pl.* שמאיל Indoles, naturâ inſita virtus. Res ſacci inſtar, cui imponitur uber *ovis, caprave, ne ſugatur.* Racemus dactylorum, *ne quid decidat.* *G.* Malignitates, Prov.15.2. Deut.28.20. *dec.tert.* Pauca quantitas, *ut* dactylorum in palma reſidua. & *duo poſt. Hebr.* שמלה Veſtimentum, *pec.* totum corpus involvens. & *i.q vig.quart.* שמלה *dec. quart.* Septentrionalis, & frigidus *dies,* Exod. 26. 35. *dec. quint.* Gladius brevis, qui ſub veſte portatur. *dec. ſext. id.* Jud.3. 21. Veſtis, *ſ.* panni genus infra קטיפה quo quis totus operitur. *dec. ſept.* Operimentum capitis muliebre. *G.* Sindon. *dec. oct.* Septentrionali vento afflatus, eo perflatus, motus, refrigeratus. Vinum, *pec.* in ore frigidum, *quaſi illo refrigeratum vento.* Bonæ, gratæ indolis *homo,* G. Circumdatus, —a, *Av.* I.2.23. *dec.non.* Huic vento expoſiti, *v.* 1.*præc.* *vig. Act.*II. *vig. prim.* Complectens, *Av. præf.* 3, 5, *cc* עלי Amictus, a, Pſal. 44.10. Jer. epiſt. 12. *vig. ſec. Act.* VIII. Comprehenſio, Collectio. *Av.* I. 568.12: 572.3. Dominium, I.544.26. *vig. tert.* Celer, promptus, expeditus fuit. Spoliavit *palmam,* dactylos decerpſit, nullâ relictâ parte, *eca.* *vig. quart.* Leviter incedens, agilis *camela. i. q. ſec.* שמאל & שלאל Æqualitas. *vig. quint. Act.*

---

## שמן

שָׁמֵן Pinguis, impinguatus, ſaginatus fuit, Deut.32.15. Jer.5.28. *Hiph id.* Impinguavit (infatuavit) Iſ.6.10. *Fut.* Neh.9.25.

שֶׁמֶן m. Pinguedo, Oleum, unguentum, Gen. 28.18. Cant.1.3. Lev.18.2. Pinus, 1 Reg.6.31. *Arab.* Iſai.41.19. Nux, Neh.8. 15. *et. Syr.* Cypreſſus, LXX. Oliva, *Chal. at hic à* זית *planè diſtinguitur, nec magis inter ſe diſſentire videntur Intt.Or. omnes, quam ab ipſa Veritate: Multum fallor, niſi* שמן *hic idem ſit, quod* הדר Lev.23.40. Citrus, *v.* תרג *Arbor oleaginoſa, à cujus vel cortice elicitur Oleum, Av.*I. 133. 38. כּכתוב *apud* Nehem. *apertè hoc indicat. Aff.* Hoſ. 2. 5. *Pl.* שְׁמָנִים Iſai.25.6. Am.6.6. *Aff.* Cant.1.3.

שָׁמֵן m. Pinguis ; opulentus, Jud.3.29.*al.* robuſtus f שְׁמֵנָה Gen.49.20.

שְׁמֹנָה m. Octo, Num. 29. 29. בן שמונה Octennis *genitor liberorum*, *Sanh* 69.2.*Cn.*Gen. 17.12.f. Ezech 40.9.*Pl.*c.g. שְׁמֹנִים Octoginta, Exod.7.7. שְׁמוֹנִים Octogeſimus, 1 Reg. 6 1.

שְׁמִינִי m. Octavus, Lev.23.39 c. 12.3. *Die octavo Judæi circumcidunt, cum cœna poſt peracta ſacra; ad quam invitant propinquos; Turcæ circumcidunt cum magna conviviorum celebritate, anno 7° ſ. 8° cùm Circumciſus recitare poteſt eorum Symbolum; Non eſt Deus niſi, &c.* f. שְׁמִינִית Lev. 25. 22. *it.* Inſtrumentum Muſicum octochordon, Pſal. 6. *t. Chal. Accedunt LXX. A. Eſra,&c. Al.de Circumciſione, de Symphonia ſ. cantionis genere al. expon. v. Diodati, & Malvend.* 1 Par.15 21. מִשְׁמָן Pinguedo, pingue, Iſ. 17.4. *Pl. Cn.* מִשְׁמַנֵּי Gen.27.39. *Aff.* Iſai. 10. 16. Pſal.78.31. מַשְׁמַנִּים Pingues, Neh.8.10. אַשְׁמַנִּים Pingues, Iſai.59 10.*h e.rerum omnium affluentia: At Intt. Or. omnes, & Hebr.antiquiores* Sepulchra, ſ.loca deſolata *exponunt: favet uſus Syr. & Arab. vide* אשם

CHAL. שָׁמֵן Æſtimavit *v.* שום *Mezia* 87. 1. *Becor.c.*2.6. שְׁמֵינָא שָׁמֵן *i.q Hebr.* Iſai.5.1. 1 Sam.15.9. Deut.32.14.*Jon.* שְׁמַן *i. q. Hebr. Schab.*6. 2.1. Butyrum,Gen.18.8. Jud.5.25.Iſai. 7.15,21. שׁוּמָן Pinguedo. שׁוּמָן *id.* Adeps (ſumen) שׁוּמְנָא Jud.3.22. Pſal. 73.7. שַׁמְנוּנִית שַׁמְנוּנִיתָא *id.* Gen.45.18.*Jon.* שומנית *v.Ch.* שום שְׁמִין שְׁמוֹן Semis. —iſſis; Numulus minutus æreus antiquus Hebr. *quibus Pruta duplex, vel Octonarius aſſarii. Kidduſh.*12.1. *(unde conſtat Siclum valere 4 Dinarim, ſ. drachmas; Dinar 6* מעה *qui faciunt 12* פונדיונין *qui faciunt 24 Aſſaria, qui faciunt 48.* מוסמיסין *qui faciunt 96* קונטרינק *qui faciunt 192 Prutas,qui numerus per 24 Aſſaria diviſus, invenitur 1 Aſſarium valere 8 Pruta;) vel eſt Sextarius aſſarii, ib. in hunc ſenſum; Siclus valet 4 drachmas, Drachma 6 Maas;qua valent 18* הדרסין *qui valent 36* הניצין *qui valent 72* שמינין *qui valent 144 Prutas, qui numerus diviſus per 24 aſſaria, 1 aſſarium valebit 6 Prutas; Hinc Syr.* שמונא Luc.12.59.*quorũ 72 valent quadrantem ſicli. Shevuoth.*37.1. *TH.* שמונה שלוחב *expon.* שמונה דינרי וחב 8 *denarii aurei; ut 50 Sicli,& 200 denarii idem ſunt. DD.* שמן ערת Numi *inſcriptio tempore Salomonis. Kirch. Oed.* II. 95.

SYR. ܫܡܶܢ 2 ܫܰܡܺܝܢܳܐ 3 ܫܡܽܘܢܳܐ *Pl.* ܫܡܽܘܢܶܐ 4 ܫܽܘܡܢܳܐ 5 ܡܫܰܡܢܳܐ ; *prim. i. q. Hebr. ib.* Maturus fuit *fructus*, Mar. 4. 29. *Pah.* Pinguefecit, ſaginavit. *ſec.* Pinguis. *tert.* Quadrans, *v. Chal.* שמון *d. Dieu.* Matt. 5. 26. Luc. 21. 2. *quart.* Adeps, pinguedo, Pſal.36.9. Rom.11.17. *quint.* Impinguatus.

ÆTH. ሰመነ: Octo confecit, octies fecit. ሳምን: Octavus, *Aff.* ሳምኖሙ: Apoc. 17. 11. Octo. f. ሳምንት: Luc.9.28. ሰመንቱ: *id.*Luc.13.4. *Accuſ.* v.11. ሰመኒቱ: *id.* 1 Pet.3.20. *Accuſ.* ሰማኒተ: *Jan.* 27. ሰመን: *forma antiqua,id.* 1Reg.7.15. ሰሙን: Octiduum, Joh. 20 26. Octavus, Luc. 1. 59. ሳምናዊ: *Contract.* ሳምናይ: *id.* ሰማንያ: Octoginta, Luc.16.7. ሰሙንጦን: *Miſſ.* 158.4. Σήμαντον Segmentum? *Meurſ. Gloſſ.* 497. *an* Σημειώτων πνευμάτων; *Spiritûs enim eſt Sigillare*, Eph. 1.13. c.4.30. & አገድስ: *Hebr.* הקדש *indigitari videtur Spiritus Sanctus. vel ſo.* አገድስ: ሰሙንጦን: ፕንቆመጦን: አግዮስ: *ſunt Nom. Angelorum, quos Æthiopes adjurationibus (quibus nulla gens eſt magis dedita) invocant; ut eos in orando adjuvent: pro more Judæorum (in multis etiam Judaizat hic populus) quorum* חזן *ſub initio Liturgiæ eorum, ejuſmodi nomina proferre ſolebat. Levuſh* I. 584.א ሰሜን: Auſter, Luc.13.29. תימן Cant.4. 10. *mutatur ordo verborum, ſo non ſine cauſa.* ሰሜናዊ: Auſtralis, *Pl.* ሰሜናውያን: Apoc.21.13. ሰሜን: Samen, *Regio magna Æthiopiæ, media inter Tigre & Dembeam; al.* Ximcho, *Suarez. Hiſt.*99.

A R. سَمَن 2 شَمُونِي 3 سَمْنِي 4
سَمْلَك 5 دـ 6 سَمَلْصَر 7 صِيلَم ;

*prim.* Regio quædam. *ſec.* Mater ſeptem filiorum, 2 Mac.7. *Poc.Hiſt.Dyn.* 102. *tert.* Colaphus, alapa. *quart.* Ferrum. Res acuta. *quint. id.* Cùm res acuitur. Cùm ferrum ſubtile efficitur. Canis levis, & ſummis dentibus acutis. *ſext.* Mons quidam. *ſept.* Regio quædam.

שמס A R. سَمَس 2 سَمُس *Pl.*
سُمُوس 3 سـ 4 سِمَاس سـ 5 ـه & ـة *Pl.*
سَمَاسَة 6 سَمِيسَة 7 سَمْس 8 عَبْسَمْس
9 عَبْسَمْسِي 10 سَمْسَانِ 11 سَمَيْسَانِ
12 سَامِس (*) ـة 13 سَمَاسِيَة 14
سَمْسَة *Pl.* سَمْسَات 15 دُسَيْمِس 16
مُسَمَّس مُتَسَمِّس 17 مُتَسَمَّس (•) 18
شَامُوس 19 شَامِيُوس 20 سَمْسِي f ـة
21 شَمْسِيَات 22 سَمْسَل ; *prim. Fut. I, & O,* Sole lucente claruit, micuit *dies.G.* Solis æſtus ferventiſſimus fuit. 2, *et.med.Keſr.Gg.* Malâ, durâve indole fuit *equus*, *homo* (inimicitias apertas indixit *illi*, *cc* ל *p.*) Inſeſſorem non admiſit, ſternax fuit, *equus.* II. Soli expoſuit *rem. Av.* I. 172. 35. Ad Solem ſedit, I.59.47.*cca.*IV.*i.q.*1,I.& V.*Paſſ.*II. *ſec.* f. Sol; Gen.15 17,11.*Cor.Sur.*91.*t.* Species pectinis. Genus cinguli, monile, res quæ appenditur collo brutorum. Idolum quoddam. Fons quidam, *c*—עין Joſ.18.17.*G. Nub.* 113.8 Alkairo, *metropolis Ægypti, Av.*I.140.25. *v. Plemp.cum* בית Heliopolis. *Kirch. cum* —אלרולה *Nom. regis, Av.*II.156.41. *Pl. uſurpatur, quaſi parte ſui quavis Sol ſit.* & שמוש *Act.*2, I. *Vir* cui Sol æſtuans accidat. *tert.* Vinum. 2, Rubedo. 3, Difficilis naturæ (refractarius) *vir.* Sternax *equus. quart. Act.*2,I. *G. Nub.*107.21. *Gol. A. Gr.* 67. *quint.* Miniſter ſacrorum, diaconus, *pec* Chriſtianorum. Phil.1.1.*E* f. 1 Tim.5.9. *ſext. Dim. ſec.* שמס *ſept.i.q.* שאמס *oct. Quidam ita appellatus, vel quia ſimilis Soli videretur, vel quaſi* עבר שמס *quod illum velut Solem colerent. non.* Ab eo denominatus. *dec.* Duæ quædam res in corpore lato. Res quædam ad extremum jugi. *und.* Duo quidam horti è regione paradiſi. *duod.* Contumax *equus.* (*) *Præcipua res* adoratæ. *dec. tert.* Statio quædam Damaſci. *dec. quart.* Simulachrum Solis, Lev.26.30. *E. dec. quint. Act.* II. *Av.*II.6.51.& 156. 4. *dec. ſext.* Cùm res Soli exponitur. Solis adoratio. Res Soli expoſita. *Av.*II.341.35. *dec. ſept.* Firmus, durus. Admodum avarus. *S. & poſt.* Ad Solem expoſitus. *dec.oct.* Sumius, *Nom.* inſulæ, luti, lapidis. *Av.*I. 184 8,*t.* *dec.non. Nom.* lapidis. *Poc. Hiſt. Dyn.* 19. *vig.* Solaris. Soli ſimilis. ad Solem pertinens. *Av.*I.184.19.*Pl.* *veg. prim. Pl. præc. G. Nub.* 13.12. *vig. ſec.* Elephas.

---

**שמע** שָׁמַע שְׁמַע Pſa.34.7. Audivit, exa— *cca.* את Deut.4.33,36.c.12.28 *cum* אל ל & Attendit, advertit, obedivit, Gen. 3.17. c.16.2. Iſai.36. 16. *Abſ.* 2 Reg. 14 11. *c* ב Acquievit, Gen.26.5.c.21.12. *Par.* הַשֹּׁמֵעַ v.6. *abſq;* ה *ſemper* c.18.10, *Auditoris privilegia, Coſri* 134. *Inf.*Gen.27.34. *Fut.*c.41.15.c.3.8. *Niph.* Auditus eſt, Iſai.15.4.*Fut.*c.60. 18. *Pih.* Audire fecit, convocavit, 1Sam.15.4.c.23.8. *Hiph.id.* Audiendum propoſuit, ſonuit, perſ— pronunciavit, an— promulgavit, *cca.* על,אל Iſai.45. 21. *Par.* c. 41. 26. *Inf.* 2 Par.5.13. Pſal. 26. 7 לַשְׁמִעַ *abſque* ה *Imp.*Pſal.143 8.*Fut.*Pſal.51.10.

שֵׁמַע שֶׁמַע m. Auditio, rumor, fama, ſermo, ſonus, Gen.29.13. Exod.23.1.*Cn.* 1 Reg. 10.1. *Aff.* Iſai.66.19.

שְׁמֻעָה שְׁמוּעָה f. *id.* 2 Sam.13.30. *Cn.* c. 4. 4. *Aff* Iſai.53.1. *Pl* שְׁמֻעוֹת Dan.11.46.

שֹׁמַע m. *id.* Jer. 6. 24. Eſth. 9. 4.

מִשְׁמָע m. *id.* Iſai. 11. 3.

מִשְׁמַעַת f. *id.* Auſcultatio, obedientia, *Aff.* 2 Sam.23.23. Iſai.11.14.

הַשְׁמָעוּת f. Auditus, Ezech. 24. 26.

CHAL. שְׁמַע *i. q. Hebr. ib. Sæpius pro eo* קבל *Par.* שמע מינה Percipio *inde. Tal.* אם שמעו Siquid in illa cauſa ſtatuendum eſſet, ſ. Traditione accepiſſent. *Sanh. c.* 11.2. שומע אני Subaudio, intelligo, Deut.6.4, 5, 6. שמע *Hos verſus Judæi quotidiè bis, manè & Veſperi, recitant, tanquam fidei ſuæ ſymbolum. Etiam in hoc* ࠔࠌࠏ *ſæpius repetendo, multum ſunt Samaritani. Lit. Dam.*70. *Ithpe i.q Niph ib.* Obedivit, obedientem ſe præbuit, Jer.46.16. c.37 13. c.51.44. *Prov. Dum es in via* לבעל דבבך אישתמע *accommodata te inimico tuo, Sanh.*95. 2. *v.* Matt. 5. 25. *Pah.* Miniſtravit, ſervivit, עָ c.10.2. *Berac.*41.2. *Aph.i.q. Hebr.Hiph.* Iſai.62.11. c. 43. 12. c. 52.7. Pſal. 26.7. & 43.8. שַׁמַּע *i. q. Hebr. ib.* ספר השמע *ſic dicitur Ariſtot.* Liber ἀκροάσεως. שְׁמוּע *id.* 1 Sam.22.45. שְׁמָעָא *id.* Joſ. 6. 27. שׁוּמְעָן *id. Moed. ca.* 17. 1. *v. Megil.* 25. 2. שְׁמוּעָה *id.* שְׁמוּעֲתָא 1 Sam.2. 24. Job 28. 22. *Pl.* שְׁמוּעָן Cant.5.10. הַשְׁמָעֵי הַשְׁמָעִיּוֹת Leges acroamaticæ, *Coſri* 114.288. שְׁמַעְתָּא Lectio, *qualis in Scholis audiendis diſcipulis proponitur, & prælegitur. Sic etiam vocantur* Explicationes, *quas à Majoribus ſuis acceperunt, didicerunt, & in Talmud retulerunt. Hal.Ol* 63.157. שמעתתא Placitũ. *ib.*225. שמעתין Conſtitutiones, 56. שמעיה *No.* viri: (*al.* Moſis. *Gaulm.v.Moſ.*4.) *cujus tanta fuit authoritas, ut ejus dicta, non minus quam Platonis* αὐτὸς ἔφα, *ab omnibus fidem extorquerent. Peſach.* 33.1.*TH. v.* סמנגלוף מַשְׁמַע Auditus, obedientia, Iſai.11.3. Job 42.5. משמע ודומה ומשא Gen.25.14. *Prov. Auditus, ſilentium, tolerantia; ut Gr.* Ἀνέχου ἀπέχου. מִשְׁמַעַת Obedientia, 1Sam. 22.14. 2 Sam.23.23. *ſo.* Miniſterium, præfectura. מַשְׁמַע Auditio, *i. e.* Senſus literalis vocis alicujus, *Sanh.*106.2. *Shevu.*19.1. Audire faciens, proponens, קמשמע לן Docet nos, ſ. unde colligi ſolet, *DD.* Subaudiendum, intelligendum, *Medr. Echa. c.* 1. 5. שַׁמַּע Miniſter, ſervus. שִׁמְעוֹן Simon *filius Jacobi,* Gen.29.33.*alius, qui Chriſtum ulnis tenebat, Eutych.*I.297. *v. Druſ.d.* 3. *ſect. Jud.*424. יִשְׁמָעֵאל Iſmael, Gen.16.11. *ſic vocantur* Turcæ, & Mahumedani,

SYR. ܫܡܰܥ 2 ܫܡܳܥܳܐ 3 ܫܳܡܽܘܥܳܐ,
*Pl.* ܫܳܡܽܘܥܶܐ 4 ܡܫܰܡܰܥ 5 ܡܫܰܡܥܳܢܳܐ 6
ܡܰܫܡܰܥܬܳܐ, ܡܫܰܡܥܳܢܳܐ 7 ܡܶܫܬܰܡܥܳܢܳܐ,
*Pl.* ܡܶܫܬܰܡܥܳܢܶܐ f. ܡܶܫܬܰܡܥܳܢܺܝܬܳܐ 8
ܫܶܡܥܽܘܢ 9 ܡܶܫܬܰܡܥܳܢܽܘܬܳܐ ; *prim.* *i.q.Hebr.ib. Ethpe. Paſſ.præc.* Matt.4.24. Phil.2. 8. Commonefactus eſt, 2 Cor.9.5. *Inf.*c.11.19. *Imp.* Eph.6.1. *Par.* Luc.17.6.c.8.25. *Fut.*c.12. 3. *Aph.* Audire fecit, Cant.2. 14. *ſec.* Auditus, rumor, Matt.13.14.c.14.1.c.24.6. Gal.3.2,5. 2, Obedientia. *tert.* Auditor, Rom 2.13. Jac. 1.22. *quart. quint. ſext. i. q. ſec.* Pſal. 18. 45. Rom.10.17.c.6.16.c. 15. 18.c. 16. 26. 2 Cor. 10 5. 1 Pet.1.2. *ſept.* Obediens dicto audiens. f. Jac. 3. 17. *oct.* Simeon, Luc. 2. 25. Simon, Matt.4.18. *non. i.q.*2,*ſec.* Rom. 5. 19. c. 16.19. Heb. 5. 8.

S A M. ࠔࠌࠏ *i.q.Hebr.ib.* ࠔࠌࠏࠕ Obediens, obedientia. ࠔࠌࠔࠌࠏ *i. q. Ch.* ࠔࠌࠔࠌࠏ ࠁࠒࠋ· *Voce audibili (alta) Lit. Dam.*

Æ T H. ሰምዐ: *i.q.Hebr.* Pſal. 9. 41. & 4. 4. Matt.8.27. ሰምአ: Act.9.39. በዘሰምዑኒ: *ſecundum quod audiverant (de) me*, 2 Cor. 12. 6. *Inf.* ሰሚዖ: Mar.4.23. IV. አስምዐ: *i.q. Hiph. Hebr.* Pſal.50.9. Auditum reddidit, Mar.7.37. Teſtatus, obt— eſt, 2 Tim.4.1. teſtimonium dixit, Heb.2. 6. V. ተሰምዐ: *Paſſ.*I. Matt.28.14. Act.19.17, 26. Luc.1.13. Divulgatus fuit, Rom.16.19. VI. ተሳምዐ: Alter alterum intellexit, Gen.11.7. *IL.* ስሙዕ: Auditus, —um. 2, Celebris, famâ clarus. *Pl.* ስሙዓን: Heb. 4.2. ሰማዒ: Auditor, *Miſſ.* 174.4.*Pl* ሰማዕያን: ስምዕ: (ሠምዕ: *Miſſ.*170.) f. Teſtimonium, teſtamentum, fœdus, Pſal. 118. 2, 24, 31, 36, 46, 59. 1 Joh. 5. 9. Martyr, 8 *Oct.* Martyrium. ¶ m. Cera, Pſal. 21. 15. & 67.2. *Pl.* ስምዓት: ሰማዕት: *Utriuſque num.* Teſtis, Pſal.26.18. Mar.14.57. Joh.15.26. Rom.1. 9. Pſal. 10.*t. v. Syr.* ቀዳሚ: ሰማዕት: Protomartyr, *Miſſ.*164.2 Teſtimonium, Joh.3.11. 2 Cor. 8.3. & *Pl.* ሰማዕታት: ሰማእታት: ስምዓት: Fama, ma, rumor, Matt. 4.24. c.9.26. ምስማዕ፡ Spatium auditûs, *quousque vox, ſ. ſonus audiri poteſt denotans*, Pſal 17.48. 2, Pretium, quod pro officio judicis ſolvitur. ሰምዖን፡ *Nom. propr.* በዐለ፡ ሰምዖን፡ Feſtum Simeonis, *ſic dicitur Dies purificationis Mariæ. Scal. d. Em. T.* 699. ሰምዐዝ፡ Hyſſopus. *vide* הסף

AR. سمع سموع سِ 3 سماع 2 سمع
8 سمعون 7 سماع 6 سموع 5 ـه 4ـ
11 مسامع Pl. ـه 10 مسمعة 9 السمعيون
14 سمعي 13 سميع 12 مسموع
مسمع ¶ 15 اسمط ـط 16 سمعل
17 اسمعل 18 سمعل ـه 19 مسمعل ـه
*prim Fut. A*, Luſit. Riſit, jocatus (Deliciatus) fuit. *G. cc* מן & *med. Keſr. Res* diſſecta, diviſa fuit. II. Luſui, joco, ludibrio expoſuit *eum*, obnoxium reddidit, *cc* ב *G.* Ludere curavit *illum, cca. Veſtem* in cera liqueſcente immerſit. IV. Luxit, ſplenduit *lucerna* (ſplendor latè diffuſus fuit. *ſec.* Faces. Intortitia cerea. *tert. Act.* & שמוע *Pl. quart.* 2, Puella pulchra florentis ætatis, animo liberali, ludibunda) & שמע *ſ. potius quart.* Cera. Cereus; Candela, 1 Reg 7.50 Pſal. 21.15: 67.2: 72.7: 117.11. *Av.* I. 259. *t.* שמעה Pſal. 57.8. *R. quint.* Ludens, jocans *fœmina. G* Luſus colluſio. *ſext.* Cerearius. Ceræ liquator. *ſept. Nom.* viri *cum* אלצפא— Simeon Cephæ. *S. Petrus; licet Arabes velint eſſe Simeonem fratrem Joſephi Patriarchæ. oct.* Quidam ita appellati. *non. Act. & ipſe* Riſus, jocus. *dec.* Candelabrum. *und.* Cum ſuccino mixtus *muſcus. duod. Act.* II. *dec. tert.* Gummoſus, ceræ ſimilis, ceroſus. *Av* I. 151.26. *dec. quart.* Redactus, compactus, מגתמע *ſ. pro eo Pſalt. Neb. præf. dec. quint.* Impletus irâ fuit. Properârunt, diviſi fuerunt *homines ad petendum quid, cc* פי Rapidè cucurrerunt (ſaltitantes, & ſuccuſſantes) *equi ad aliquid, cc* אלי Diſgregati ſunt *cameli.* Arrexit ſe *membrum virile. dec ſext.* Diſperſus, diviſus fuit. *dec. ſept. i. q.* אשרף (Imminuit, eminuit.) Cum ſtudio properârunt, diffuderunt ſe *in quærenda re, diripienda regione, cc* פי Huc illuc paſcendo, & exſpaciando diffuſi ſunt *cameli. dec oct.* Lubens, alacris *camela.* Levis, longus, elegans *vir. & poſt.* Lectura, *ſ.* ſcriptura Judæorum. *dec. non. Ag. & prim.* Camela velox, *G.* læta, alacris *Vir* peritus, rebus agendis dexter; Procerus. Lac acidum.

**שמת** שומפוזין פטרדה *q. d.* Simeonis topazion, *H. Shem. r. ſ.* 38. *fi.*

---

**שמץ** שֶׁמֶץ m. Portiuncula, pauxillum, minimum, Job 4.12. c.26. 14. *de Sermone dicitur raptim prolato, ex uſu Ar.*
שִׁמְצָה f. Infamia, ignominia, Exod. 32.25.

CHAL. שְׁמָץ *i. q. Hebr. De Vetito dicitur. Megil.* 25 ע׳ 31.1. *Æth.* ሸማኀጺቢ፡ *Amhar.* Fullo.

AR. سمص 2 سمص 3 سموص 4
8 سميص 7 سمص 6 سـ 5 سماص
مسمص 9 سمصر 10 سماصير ; *prim.*
Propulit, abegit *jumentum* agili, *ſ.* violento impulſu, *cca.* Percuſſit *eum, ccap.* II. *i. q.* 1, I *cca.* Stimulo punxit *jumentum* ad incitatiorem greſſum, *cca.* VII. Prope locutus eſt, *Gg. ſec.* Celeriter loqui. *tert.* Properans. *G* Actio, qualis *ñ* חשמיץ *al.* Lignum, quo agitur *jumentum. quart.* Properantia. Feſtinatio. *quint. Puella* gravis. *ſext.* Contractio Cùm quid ſe contrahit. Cùm *equus* nauſeâ laborat, quod humida, *ſ.* recentia comederit. *ſept. Act.* II. & Cùm ligno ad poſteriora jumentum agis. *oct.* Contractus in ſe. Ex recenti, viridique pabulo nauſeabundus *equus. non. i. q.* צץ Gravis *illi* fuit, *cc* עלי *p. dec.* Mons quidam.

**שמק** SAM. שמק Audivit, Gen. 3.10, 17. c. 11. 7. *i. q.* שמע

AR. سمق 2 سمق 3 سمق (سمق)
ـه 4 اسمق 5 سمقمق ; *prim Fut. A*, Alacer, lubens fuit. Luſit. V. Exhilaratus fuit. Hilaritatem præ ſe tulit. Depredatus eſt, *Gg. ſec. Act. G.* Alacritas, lætitia furentis. Cùm in re quis levis eſt. *tert.* Longus (procerus.) *quart.* Mucilago oris cameli cum ſanguine mixta. *quint. i. q. tert.* 2, Alacer, lubens.

---

**שמר** שָׁמַר Servavit, aſſ— conſ— tenuit, retinuit, repoſuit, abſcondidit, *cca.* Gen. 37.11. c.18.19. *cum* אל 1 Sam. 26. 16. Animadvertit ad, conſideravit, convertit, reſpexit, 2 Sam. 11 16. *cum* מן Cavit, cuſtodivit ſe, Joſ. 6. 18. & *abſque* Pſal. 17.4. *cum* על Curam geſſit, Prov. 6.22. 1 Sam. 26.17. *cum alio verbo ſequ.* Curavit, 1 Reg. 2. 4. *Par.* Pſal. 121. 4. & 130. 6. 1 Par. 9 19. *PP.* Eccl. 5 12, *Inf.* c. 3. 6. *Imp.* Pſal. 37.34. *Fut.* Pſal. 89.29. *Niph Paſſ præc.* Hoſ. 12. 13. Pſal. 37.28. 2, Cavit ſibi, cuſtodivit ſe, 2 Sam. 20.10. *Imp.* Iſai. 7.4. הִשָּׁמֵר *al. à* שמרים Reſide *ſuper* fæces, *cc* ב. מן. על. ל Exod. 19. 12. Jer. 9. 3. *Pih. i. q.* 1, *Kal.* Jon. 2. 9. *Hithp. i. q. Niph.* Pſal. 18.24. Mic. 6. 16. 2 Sam. 22. 24.
שָׁמִיר m. Sentis, ſenticetum, Iſai 5.6. c.7.24. *Boch.* II. 6. 11. Adamas, Iſai. 7. 23. *al.* Silex, ferrum forte, *Aff.* c.10.17 *Affine*, Smyris, *Nom Urbis*, Jud. 10. 1. שְׁמָרִים Fæces, *quia Conſervant vinum*, Iſai. 25. 6. *Aff.* Soph. 1. 12. Pſal. 75 9. שִׁמֻּרִים Obſervationes, cuſtodiæ, Exod. 12.42. *al.* Vigiliæ, *ut non dormirent nocte illa, ſed laudarent, &c.* שְׁמֻרוֹת *id.* Pſal. 77. 5. *al.* Palpebræ, *quia Cuſtodiunt oculum.*
מִשְׁמָר m. Carcer, Gen. 40. 3. Lev. 24. 12. Cuſtodia, cautio, obſervatio, Prov. 4. 23. Neh. 7. 3. *Pl.* מִשְׁמָרִים *Aff.* c. 13. 14.
מִשְׁמֶרֶת f. *id.* Num. 3. 28. Officium, munus, ſtatio *militum, ſ. excubiarum*, v. 25. *Aff.* Num. 3. 7, 31. *Pl.* מִשְׁמָרוֹת Neh. 13 30. c. 7 3. *Aff* Num. 8. 26.
אַשְׁמוּרָה f. Vigilia, Pſal. 90. 4. & 119. 148. *Pl.* אַשְׁמֻרוֹת Pſ. 63. 7. *Sub V. Teſtam. Nox in tres Vigilias diviſa eſt; ſingulis erant quatuor horæ*, 1ª Thr. 2. 19. 2ª אַשְׁמֹרֶת הַתִּיכוֹנָה *dicitur*, Jud. 7. 19. 3ª אשמרת הבקר Exod. 14. 24. *Sic Græci Hom. Illiad.* κʹ. & *Arabes: Hoc reſpectu Cœlorum; Berac.* 3. 1. *reſpectu Terræ* 4. *erant, à Romanis introductæ, ſic in N. Teſt.* Mar. 13. 35. Matt. 14. 25. *Ita & Syri, Sunt* 4 מטרן דלליא & *cuique* 3 שעין (*horæ*) *BB. Maronitæ noctem in* 4 קומתא *ſurrectiones dividunt, Off. Mar.* 100. 104. 107. 121. שֶׁמֶר *Nom viri.* 1 Reg. 16. 24. *à quo* שמרון Samaria, & Samaritanus. f. שמרונה *Pl.* שמרונים *Samaritanorum origo, dogmata, &c. Eutych.* I. 233. *Abulphar. H. Dyn.* 14, 58, 62, 65, 103, 109, 125, 148. *Morin. Benjam. It* 169. *Seld. Syn.* I. 142. *Druſ. d.* 3. *ſect. Jud* III. *c.* 10. *Cl. Lightf. Cent. Ch.* 106. *eorum character, id. Hor. Heb.* 81, 149. *Capell. d. lit. Ebr. Coch Sanh.* 186. *Druſ. in Pentat* 223. *Gerhard. Harm. ling. Or.* 14, 16. VIII. *Diſſertat.* 167.

CHAL. שְׁמַר Defæcavit. אִשְׁתַּמַּר In fæcibus reſedit, conſervatus eſt, Iſai. 7. 4. שְׁמָרִים *i. q. Hebr.* Jer. 48. 11. שׁוֹמֵר Cuſtos. *Talm. Id quod aliquid protegit, cuſtodit, ut* Cutis *in carne*, putamina *in nucibus, &c. Oketz. c.* 1. שְׁמִירָה Cuſtodia, obſervatio. מִשְׁמֶרֶת מִשְׁמָרָה מִשְׁמָר שׁוֹמִירָה אַשְׁמוֹרֶת *id* Vigilia, excubiæ *v. Hebr. ib.* Locus cuſtodiæ tugurium, *Eruv. c.* 2. *Kil. c.* 5. *Baſra* 68. 2. מִשְׁמֶּרֶת Reconditorium, *in quo aliquid aſſervatur.* 2, Saccus colatorius, *per quem vinum turbidum colatur. Schab. c.* 20. 1. *Avoth. c.* 5. משמרים Ceremoniæ. שָׁמִיר *i. q.* 2, *Hebr.* Deut. 32. 13. *TH. c.* 8. 15. *Jon.* 2, Vermiculus, *inſtar grani hordeacei, quem poſuerunt in arcula plumbea cum furfuribus hordeaceis; cujus virtute fiſſi, & ſciſſi fuerunt à ſeipſis lapides duriſſimi; eo dolavit Moſes lapides Ephodi, item Tabularum primarum. & ſecundarum Legis; eo etiam uſus Salomon ad ædificationem Templi. S. D.* Ezech. 3. 9. *v. R. Da.* 1 Reg. 6. 7. *Avos c.* 5. *Gitt.* 68. 1. *Sota* 48. *Chol.* 63. 1. שְׁמִירָמִית Semiramis, *Medr.* Eſth. 1. 9. *Uxor Nebuchadnezzaris, Va*jicr. *r. ſ.* 19. *fi.* שמירין Σήμερον, & סימרון *Sota* 26. 3 *TH.* שַׁמַּרְקְעִין Cepæ acerrimæ, & medicinalis genus, *Oketz. c.* 3. 2.

SYR. ܫܡܰܪ 2 ܫܡܳܪܳܐ 3 ܫܽܘܡܳܪܳܐ (*a*) ܕܒܶܣܡܳܐ (*b*) ܕܰܐܬܽܘܢܳܐ (*c*) ܕܣܽܘܣܝܳܐ 4 ܫܶܡܪܳܐ 5 ܫܳܡܪܳܝܳܐ 6 ܫܳܡܪܺܝܢ 7 ܫܳܡܪܳܝܽܘܬܳܐ, ܫܳܡܪܳܝܽܘܬܳܐ 8 ܫܽܘܡܳܪܳܐ 9 ܫܽܘܡܳܪܳܝܳܐ 10 ܫܽܘܡܳܪܳܝܳܐ ; *prim.* Abegit, dimiſit, em— amandavit: Effudit, Exod. 22. 5. *ſec.* Fœniculum montanum, *Novar* 131. *tert.* Fumus (*a*) thuris (*b*) fornacis (*c*) Prolixa equi juba. *quart.* Dulciarium opus, libum. *quint.* Samaritanus. *ſext.* f. g. Samaria *ſept.* Samaritaniſmus, *mixtus ex Judaiſmo, & Ethniciſmo religio. BB. oct. i. q. ſext.* 2, Effuſio. *non.* Effuſio larga. *BB. dec.* Nyctalops, *idem*, luſcioſus, *F.*

ÆTH. ሰምረ፡ Proſperè, feliciter ſucceſſit *negotiatio, IL.* Ubertim fructus tulit, Luc. 12. 16. IV. አስመረ፡ Fœcundum reddidit, Pſal 64. 11. 2 Cor. 9. 10. ስሙር፡ Uber, fertilis, fœcundus, Pſal. 51. 8. & 127. 3. ስሙረ፡ Fœcundè. ሰመር፡ Ubertas, fertilitas. *Pl.* አስማር፡ Uberrima, optima, placidiſſima. *vide* ሠምረ፡ ሰማርያ፡ Samaria. ሰምራዊ፡ Samaritanus, *Pl.* ሰምራዊያን፡ f. ሰምራዊት፡ ሰምርኔ፡ Smyrna, Apoc. 2. 8.

AR. سمر 2 سمر 3 سِ 4 ـه 5 سمر 6
سامر 8 سمر سمير سـ 7 (ـه) سمير ـه
ـه 9 سمار سمرة سـ 10 سِ 11 (سمري)
سمري سـ 12 ـه 13 اسمر 14 مسمر 15
مسمرة 16 مسمرون سمير 17 سمور 18 مسمر
19 مسمرة 20 مسمرة f. ـه (*) سمر 21
سمرج 22 ـه 23 سمرج 24 سمروج
سمراج (س) Pl. سماريج 25 سمردي
ـه 26 سمرداء 27 سمردل سمردال ـدل
f. ـه 28 سمرج 29 سمراج سمروج Pl.
سماريج 30 سمراديد 31 سمرطل سمرطول
32 سمرس 33 سامريوس 34 سمرصاص
35 سمارف مريف مسمرف ; *prim. Fut.* ◌ُ, (*O. Gg.*) Diligenter, cum ſtudio, *vel* ſuperbè, arroganter inceſſit, (fraudulenter, *vel* vehementi greſſu.) 2, Putavit *palmam, qſ.* extulit, *laciniâ ſublatâ. v.* 2, II. *G.* שמרת ספתה *illius labra* contracta, congeſta fuerunt. לישמרהא *propter* collectionem ſuam, *Av.* I. 589. 23. II. *i. q.* 1, 2, I. 2, Laciniam amiculi, *ſ.* operimenti ſuſtulit. (שמר ען סאקה Ita denudavit *tibiam.*) Studioſus, promptus, expeditus fuit, feſtinavit *in negotio, cc* פי Expedivit, dimiſit, emiſit *navim, ſagittam, cca G. In re* levis fuit. IV. *Illum enſe* procedere curavit, *ccap.* & ב *r. Camelum* egit, properare curavit. V. & VII. *i. q.* 1, I. & Paravit, expedivit ſe, accinxit *ad rem, cc* ל & VII. Agiliter, celeriter inceſſit *equus, G.* VIII *i. q.* 2, V. *ſec. Act. G.* Inceſſus fraudulentus. Fraus. *tert.* Liberalis. Perſpicax, diligenter examinans rem. *quart.* Vehemens *malum. quint.* Equus cujuſdam celeber. *ſext.* Studioſus, expeditus *vir.* 2, *prius Annus* anguſtus, penurioſus. 3, שמיר Agilis, velox *camela. ſept.* Solertia in negotio. Acrimonia, celeritas in conficienda re. & חשמר Cùm *palma* ſcinditur, *Gg.* Cùm *navis* mari committitur. *oct.*

